Hungary

CODEX DIPLOM. HUNGARICUS ANDEGAVENSIS.

ANJOUKORI

OKMÁNYTÁR.

A MAGYAR TUD. AKADÉMIA

TÖRTÉNELMI BIZOTTSÁGA MEGBIZÁSÁBÓL

SZERKESZTETTE

NAGY IMRE

M. AKAD. RT. TAG.

II.

MÁSODIK KÖTET

(1322—1332.)

BUDAPEST,

A M. TUD. AKADÉMIA KÖNYVKIADÓ-HIVATALA.

(Az Akadémia épületében.)

1881.

A MAGYAR TUDOMÁNYOS AKADÉMIA
TÖRTÉNELMI BIZOTTSÁGÁNAK KIADÁSAI.

Kaphatók saját könyvkiadó-hivatalában (Akadém. épületben) és minden könyvárusnál.

ANJOUKORI OKMÁNYTÁR, Szerkesztette Nagy Imre. I. kötet (1301—1321) 1878. IV. és 678 lap. Ára 3 frt 60 kr.

A SZÖRÉNYI BÁNSÁG és Szörény vármegye története. Irta Pesty Frigyes. Három kötetben. 1878. I. 482. lap. II. 579. lap. III. 426. lap. Ára 7 frt.

ARCHIVUM RÁKÓCZIANUM. II. Rákóczi Ferencz levéltára, bel- és külföldi irattárakból bővitve. I. Oszt. Had- és belügy, szerkeszti *Thaly Kálmán*. I. köt. Rákóczi Ferencz fejedelem Leveleskönyvei, levéltárának egykorú lajstromaival 1703—6. XXVIII és 688 l. — II. 1707—9. XXVIII és 656 l. — III. 1710—12. X és 747 l. Pest 1873—4. Mindenik kötet ára 2 frt. — IV—VII. kötet. Gróf Bercsényi Miklós leveleiRákóczi fejedelemhez I—III. köt. 1704—1712. Közli Thaly K. I. kötet. XII és 764 lap. Egy kőnyomatú táblával. — II. kötet. 671 lap. — III. kötet. 724 lap. Mindegyik kötet ára 3 frt 60 kr. — IV. kötet. (Pótkötet.) 1711—1712. Ára 2 frt.

— — II. Oszt. Diplomatia I. II. és III. köt. Angol diplomatiai iratok, angol levéltárakból közli *Simonyi Ernő*. Pest 1871—77. 639, 672, 496 l. Egy-egy kötet ára 2 frt.

II. Rákóczi Ferencz Önéletrajza és »Egy keresztény fejedelem áhitásai« czimű munkája. Budapest, 1876. VIII. 589. l. Ára 3 frt.

TÖRÖK-MAGYARKORI TÖRTÉNELMI EMLÉKEK. Első osztály: I. II. köt. Okmánytár a hódoltság történetéhez Magyarországon. Szilády Áron és Szilágyi Sándortól. I. II. köt. 1863. XXX és 458 és 480 l. 4 frt.

— — — III.—IX. köt. 1868—73. Török-magyar-kori Állam-Okmánytár szerk. és jegyzetekkel ellátták, Szilády Áron és Szilágyi Sándor. I.—VII. k. 1868—73. mindenik kötet 2 frt.
A kilencz kötet együtt megrendelve 15 frt.

MAGYAR TÖRTÉNELMI TÁR. A történelmi kútfők ismeretének előmozditására. Szerkeszti *Toldy Ferencz* I—XXV. kötet. 1856—1878. 8-rét. Ára a 25 kötetnek együttvéve 22 frt. Egyenkint egy-egy kötet ára 80 kr., kivévén a XX., XXI. és XXV. köt. egy-egynek ára 1 frt 80 kr., a XXII—XXIV. köt. egy-egynek ára 1 frt 60 kr.

MAGYAR LEVELES TÁR. I. köt.: Négyszáz magyar levél 1504—1560. Szalay Ágostontól. XX. és 432 l. kilencz kőiratu hasonmásos táblával 1 frt 20 kr.

— Második kötet. Magyar hölgyek levelei. 499 darab 1515—1709. Közli Deák Farkas. XVI és 464 l. Ára 2 frt.

FEJÉR GYÖRGY MAGYARORSZÁGI OKMÁNYTÁRÁNAK betürendű tárgymutatója Czinár Mórtól. XVI és 549 l. 2 frt.

ÉVMUTATÓ Fejér György Okmánytárához. Knauz Nándor által. 44 l. 20 kr.

HUNYADIAK KORA MAGYARORSZÁGON Gr. Teleki Józseftől. I.—V., VI: 1 és X.—XII. köt. Mindenik kötet ára 3 frt 50. kr. — (VI. köt. 2. része sajtó alatt.)

PAULER GYULA. Wesselényi Ferencz nádor és társai összeesküvése 1664—1671. Két kötetben. 1876. Kis 8-rét. I. Köt. X és 412 lap, — II. köt. 450 lap. Ára 5 frt 60 kr.

MAGYARORSZÁG HELYRAJZI TÖRTÉNETE. Főtekintettel az egyházi intézetekre vagyis a nevezetesebb városok, helységek, s azokban létezett egyházi intézetek, püspök-megyék szerint rendezve. Rupp Jakabtól. Első kötet két darabban. Az esztergami egyháztartomány a hozzá tartozó püspökmegyékkel együtt. Pest 1870. XVIII és 807 l. 1 frt.

— — Második kötet: Az egri érseki egyháztartomány, a hozzá tartozó püspöki megyékkel együtt. Pest 1872. XIV és 478 l. Ára 50 kr.

— — Harmadik kötet: A bácsival törv. egyesitett kalocsai főegyházmegye. 1876. XV. és 375. lap. Ára 1 frt 80 kr.

BUDA-PEST és környékének helyrajzi története, Rupp Jakabtól. Két térképpel. Pest 1868. 306 l. 50 kr.

ACTES ET DOCUMENTS pour servir à l'histoire de l'alliance de George Rákóczi, Prince de Transylvanie, avec les Français et les Suédois dans la guerre de Trente ans publiés par A. Szilágyi. 1874. In 8. VI. 491 pag. 3 frt 60 kr.

BETHLEN GÁBOR fejedelem kiadatlan levelei. Kiadta Szilágyi Sándor. XIV és 498 l. Ára 2 frt 40 kr.

ANJOUKORI OKMÁNYTÁR.

MÁSODIK KÖTET.

(1322—1332.)

MONUMENTA HUNGARIAE HISTORICA.

MAGYAR

TÖRTÉNELMI EMLÉKEK.

KIADJA

A MAGYAR TUDOMÁNYOS AKADÉMIA

TÖRTÉNELMI BIZOTTSÁGA.

ELSŐ OSZTÁLY.

OKMÁNYTÁRAK.

BUDAPEST,
A M. TUD. AKADÉMIA KÖNYVKIADÓ-HIVATALA.
(Az Akadémia épületében.)
1881.

CODEX DIPLOM. HUNGARICUS ANDEGAVENSIS.

ANJOUKORI
OKMÁNYTÁR.

A MAGYAR TUD. AKADÉMIA

TÖRTÉNELMI BIZOTTSÁGA MEGBIZÁSÁBÓL

SZERKESZTETTE

NAGY IMRE

M. AKAD. LEV. TAG.

MÁSODIK KÖTET.

(1322—1332.)

BUDAPEST,

A M. TUD. AKADÉMIA KÖNYVKIADÓ-HIVATALA.

(Az Akadémia épületében.)

1881.

Budapest, 1881. Az Athenaeum r. társ. könyvnyomdája.

A M. Tudományos Akademia Történelmi Bizottsága az Anjoukori Okmánytár további folytatását, azon alapelv föntartása mellett, mely az I-ső kötet előszavában érintve volt, elrendelvén, e szerint szerkesztve a II. kötettel szolgálunk a szíves olvasónak.

A XIV. század harmadik tizedétől fogva hazai levéltárainkban a még ismeretlen oklevelek már oly tömegben találhatók föl, hogy ezúttal mindannyinak nyomtatásban való közzététele azon kitűzött czél elérhetését, hogy a közérdekkel bíró okleveleket minél előbb nyomtatásban bírhassuk, csak hátráltatná.

Ezen kötetben tehát csak oly oklevelek vétettek föl, melyek a köztörténelemre, a vármegyékre, egyházi- és világi hatóságokra, tisztviselőkre, vagy pedig egyes nevezetesebb családok viszonyaira vonatkoznak s felvilágosító adatot nyujtanak a mívelődés történetére s a családi beléletre, egyszóval olyanok, melyek ezen szempontokból tekintve, közérdekkel bírnak.

A föntebbi czél elérhetése tekintetéből szükségesnek tartotta a Történelmi Bizottság, az eddigi szokástól eltérve, azon eljárást is alkalmazni, hogy az ismeretes czímek, bevezetések és oly mondatok, melyek a tárgyukra nézve egymáshoz hasonló oklevelekben majdnem mindég ugyanazon szavakkal fordulnak elő, kihagyassanak; hogy ekkép az oklevelek

teljes tartalmukban ugyan, de minden felesleges mondatnak vagy ismételt körülírásnak kihagyásával, rövidítve és pedig a jelenleg dívó latin helyesírás szerint tétessenek közzé. Ily rövidítéseket, illetve kihagyásokat a szövegben két ponttal jelöltem meg.

A Bizottság ezen határozatának tehát eleget teendő s megtartva ezen írás-szabályt, kivételt csak a személy- és helyneveknél, s oly esetekben alkalmaztam, a hol az oklevelek irásánál valamely szokás következetesen megtartatott, mint p. o. a *j* betű helyett az *i* betűnél.

A jelen kötetben az oklevelek 1322. évtől fogva bezárólag az 1332-ik évig terjednek; legtöbb oklevelet ismét az Országos Levéltár kincstári osztályából nyertünk, néhai Vincze Gábor, kinek oly kora elhunytát e kötet is gyászolja, valamint Nagy Gyula, Tagányi Károly országos levéltári tisztviselők és Kovács Nándor történelmi társulati tag pontos másolatai után. Az Országos Levéltárból közlök összesen 372 darabot, a N. Muzeum könyvtárából, valamint a Bekássy, Darvas, Hamvay, Jeszenák, Kállay és Soós családoknak ott letett levéltáraiból 62 darabot. Továbbá a pannonhalmi convent levéltárából 9., a gr. Festetics család keszthelyi levéltárából 8., az Erdélyi Muzeumból 6., a M. T. Akadémia könyvtárából 5., a Máriássy-család levéltárából 4 darabot.

A gr. Bethlen, gr. Draskovics, bődi Balogh és Bory családok levéltáraiból mindegyikből 3., a gyulafehérvári káptalan, a gr. Keglevics, b. Révay, Bárczay, Csicseri, Görgey és Thaly családok levéltáraiból mindegyikből 2 darabot.

Végre a nyitrai káptalan, egyház-gellei plébánia, a b. Apor, b. Bánffy, gr. Csáky, gr. Forgács, gr. Károlyi, gr. Pejachevich, b. Vesselényi, gr. Zay, Bátor, Fekete, Kisfaludy. Majtényi, felső-büki Nagy, Tornallyai és Zerdahelyi családok levéltáraiból s a magam gyűjteményéből egy-egy darabot.

Fogadják köszönetemet a magán-levéltárak birtokosai, hogy okleveleiket közlés végett átengedték. S köszönetemet nyilvánítom Bölöni Sándor, Csontosi János, Géresi Kálmán, Kammerer Ernő, Kovács Nándor, Nagy Gyula, Pesti Frigyes, b. Radvánszky Béla, Szabó Károly, Stachovics Remig és Tagányi Károly uraknak, kik hű és pontos másolataikkal e gyűjteményt gazdagíták, s lehetővé tették azt, hogy az oklevelek e kötetben is lehetőleg hibátlanúl közöltessenek.

Végre fölemlítem, hogy a III. kötet legközelebb szintén nyomtatás alá kerűl.

Nagy Imre.
Akad. lev. tag

1.

1322. jan. 27. I. Károly király Tiboldfi János fiait: Lőköst és Jánost, mindennemű szerpénz adózás alól fölmenti.

Karolus dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Servie, Gallicie, Lodomerie, Comanie, Bulgarieque rex . . ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod nos pensatis fidelitatibus et serviciorum illustribus meritis quibus nobis magister Leukus et Johannes filii Johannis filii Tÿbold dilecti et fideles nostri in nostris et regni nostri negociis et agendis . . meruerunt . . complacere . ., volentes eorum fidelitatibus laude dignis et serviciis que nobis iidem cum magnifico viro Johanne bano tocius Sclavonie dilecto et fideli nostro pro nostri regii honoris incremento procedendo non absque sui sanguinis effusione impenderunt, regio occurrere cum favore . ., universas possessiones eorundem magistri Leukus et Johannis tam hereditarias quam acquisitas quamque emticias et alias . . in quibuslibet comitatibus . . existentes . . a collecta marturinarum et septem denariorum et ab aliis omnibus collectis et eciam singulorum fertonum nomine nostro regio vel regios honores tenencium deinceps exigendis in perpetuum de gracia speciali exemimus . . Datum per manus discreti viri magistri Johannis Albensis ecclesie prepositi aule nostre vicecancellarii et arehidiaconi de Kukulleu dilecti et fidelis nostri, anno domini Millesimo CCC⁰ XX⁰ secundo, sexto kalendas Februarii, regni autem nostri anno similiter XX⁰ secundo.

Fehér és lila-színű selyem zsinóron függött kettős királyi pecsét maradványaival; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 587. 8. dipl lt. 2088. Ugyancsak I. Károly király ezen adományt 1323. oct. 18-kán megerősíti u. o. dipl. lt. 2089.*) Közli: Nagy Gyula.

*) Ezen korban a papirra irt oklevelek még igen ritkák, a II-ik kötetben is tehát csak a papírra írottakat fogjuk külön megjelölni; a többi oklevél mind hártyára van írva. Szerk.

2.

1322. jan. 28. I. Károly király a valkói várhoz tartozott azon földtér birtokában, melyet Giletfi János Philpus fiának Péternek ajándékozott, ez utóbbit megerősíti.

Karolus .. rex .. ad universorum noticiam harum serie .. volumus pervenire, quod cum nos fidelibus nostris capiulo ecclesie Boznensis, ut ipsorum mitterent testimonium fidedignum coram quo Jacobus filius Marchardi homo noster quandam terram castri nostri de Wolkow, in qua quondam Syle filius Myh et Stephanus filius Chuda morabantur, statueret magistro Johanni filio comitis Gyleti si non fieret contradictum perpetuo possidendam, dedissemus in mandatis, tandem idem capitulum fideles nostri, nobis rescripserunt in hec verba: Excellentissimo .. (l. a beiktatásról a boszniai káptalannak 1321-iki jelentését Anjoukori Okmánytár I. 543. sz. a.) Nos igitur ex huiusmodi relacione capituli ecclesie Boznensis fidelium nostrorum super predicta terra certificati, invenientes et cognoscentes eandem de iure nostre collacioni pertinere, consideratis fidelitatibus et fidelium serviciorum meritis ipsius magistri Johannis filii comitis Gyleti que idem nobis in diversis nostris et regni nostri negociis prosperis et adversis in obsessionibus et expugnacionibus castrorum et aliis locis et temporibus debitis cum sui proprii, proximorum, ac servientum suorum sangvinis effusione exhibuit et impendit, licet multo plura a nobis mereatur, tamen in aliqualem recompensacionem suorum serviciorum predictam terram castri nostri in dicto comitatu Wolkow adiacentem .. ipsi magistro Johanni donavimus .. Quiquidem magister Johannes filius Gyleti eodem instanti sepedictam terram de nostro beneplacito Petro filio Philpus servienti suo pro ipsius Petri serviciis cum utilitatibus suis .. universis, eo iure, ea plenitudine, quibus per nos ipsi Johanni extitit collata .. donavit .. Datum per manus discreti viri magistri Johannis prepositi ecclesiae Albensis aule nostre vicecancellarii et archidiaconi de Kukuleu dilecti et fidelis

nostri, anno domini Millesimo CCC° XX° secundo, quinto kalendas Februarii, regni autem nostri anno similiter XX° secundo.

I. Károly királynak 1323. 10-mo kal. decembris kelt jeles alaku oklevelébõl, melynek eredetije a gr. Draskovics cs. lban.

3.

1322. Temesvár, jan. 31. Lampert országbíró a Bárczay család elei és ellenfeleik között fönforgó ügyet elhalasztja.

Nos magister Lampertus iudex curie domini regis et comes Chenadiensis damus pro memoria, quod causam quam Johannes et Stephanus filii Elie, ex quibus idem Stephanus personaliter pro se et dicto Johanne fratre suo cum litteris procuratoriis capituli ecclesie Agriensis comparuit, contra Lachk et Johannem filios Nicolai in quindenis epiphanie domini movere habebant coram nobis, ad octavas medii Quadragesime nunc affuturas ad perhemtoriam responsionem faciendam, si medio tempore non poterunt concordare, duximus prorogandam. Datum in Themesvar, octavo die termini prenotati, anno domini M° CCC° XX° secundo.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije a Bárczay cs. lban.

4.

1322. Nagy-Semjén febr. 25. Lampert országbírónak bírságszedője Semjéni Mihályt bizonyos bírság megfizetéséről nyugtatja.

Nos magister Petrus exactor birsagii magistri Lamperti iudicis curie domini regis et quatuor iudices provincie de Scabolch damus pro memoria, quod magister Michael filius Michaelis de Semien secundo die Cinerum de omni birsagio regali super quo contra magistrum Stephanum fratrem eius-

dem remanserat, excepta porcione adversarii sui satisfecit et plenarie persolvit coram nobis. Datum in Semien, anno domini M⁰ CCC⁰ vicesimo secundo.

Zárlatán három pecsét töredékeivel; eredetije a N. Muzeumban, a Kállay cs. lban. Közli: Tagányi Károly.

5.

1322. mart. 17. Az egri káptalan előtt Benedekfi János fiai: Kun Miklós és László, Bebek Domokost és többi testvéreiket Berzéthe és Krasznahorka birtokoknak a Máriássy család ősei részére történt elidegenitésétől tilalmazzák.

. . capitulum ecclesie agriensis damus pro memoria, quod in die medii Quadragesime, anno domini M⁰ CCC⁰ XX⁰ secundo, Paulus filius Danus serviens Nicolai dicti Kun et Ladislai filiorum Benedicti filii Ditrici pro eisdem dominis suis coram nobis constitutus ex parte eorumdem dominorum suorum fuit nobis protestatus, quod magister Dominicus, Johannes et Petrus filii eiusdem Benedicti duas possessiones eorum Berzethe et Karaznahurka vocatas, cum ipsi essent parvuli et nondum in legitima etate positi, non ex consensu et voluntate ipsorum imo in preiudicium eorumdem, Nicolao fratri Batiz et alio Nicolao filio eiusdem Batiz ac Stephano filio Marcus mediante privilegio nostro perpetuassent, super qua perpetuacione ipsarum possessionum dictus Paulus filius Danus vice et nomine ipsorum Nicolai et Ladislai dominorum suorum ipsis partibus coram nobis contradixit. Datum in termino et anno prenotatis.

Zárlatán a lehúllott pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 1534. 41. dipl. ltár: 2091. Ugyancsak ott megvan az egri káptalannak 1323 apr. 3-án kelt oklevele, melyben Károly királynak »in Themusvar in 8-vis Omnium Sanctorum, 1322-ben kelt rendeletére a káptalan a föntebbi oklevelet átírja, említvén »quod ipsi Dominicum dictum Bebek a vendicione . . prohibuissent.« Közli: Nagy Gyula.

6.

1322. Temesvár mart. 18. Lampert országbíró Csabankafi János fiát Sámuelt, testvérének Lászlónak gyöngyösi és egyéb birtokaira vonatkozó ellenmondási ügyében Dózsa nádor ellen az egri káptalan által megidézteti.

Capitulo Agriensi magister Lampertus iudex curie domini regis et comes Chenadiensis . . vestre discrecioni presencium tenore declaramus, quod magister Andreas prothonotarius magnifici viri Douse palatini cum procuratoriis litteris suis vice et nomine ipsius Dowse palatini in octavis diei Cinerum ad nostram accedens presenciam nobis quamplures litteras domini nostri regis et vestras ac nostras formam iudicii nostri continencium (így) et iudiciales demonstravit, in quibus reperimus expresse contineri, quod quia Samuel filius Johannis filii Chabanka magistrum Petrum filium Johannis de Kwni hominem domini regis in festo beati Michaelis archangeli nunc preterito presente vestro testimonio a statucione omnium possessionariarum porcionum Ladislai fratris ipsius Samuelis in Gyungyws et aliis quibuscunque ipsum contingencium in nostras manus iudiciarias et ipsius Dowse palatini ordine iudiciario devolutarum nobis et ipsi palatino facienda non prohibendo ab eisdem porcionibus Ladislai excluserat, cum regia benignitas agnoscens quod idem Ladislaus nedum amissionibus suarum possessionum verum eciam sentencia capitali, ne divina pietate annuente de medio huius seculi temporis intervallo sublatus extitisset, deberet condemnari, scribendo vestre fidelitati mediante magistro Petro filio Johannis de Kwni homine suo sub vestro testimonio universas possessiones dictum Ladislaum contingentes in duabus partibus nostris manibus iudiciariis in tercia vero ipsius Dowse palatini statuisset nullo contradictore apparente possidendas, ipsumque Samuelem contra nos et ipsum Dowsam palatinum de sue importunitatis presumcione et audacia, ut hominem domini regis non pro hibendo contradicat sed iuris ordine exigente procedentem propria presumat auctoritate excludere et potencia,

ad octavas beati Andree apostoli iam preteritas, prout per litteras vestras informabamur, racionem redditurum ad suam presenciam fecisset evocari; ipsisque octavis advenientibus eodem Samuele causam evocacionis ignorare se asserente et terminum, ut requisito consilio fratrum et proximorum suorum super tam arduo negocio valeret respondere, ulteriorem sibi dari postulante, quia idem Samuel racione premisse potencialis exclusionis per prenominatum hominem domini nostri regis evocatus expresse reperiebatur, cum nos ipsi Samueli cum iudicio sex marcarum octavas Epiphanie domini nunc transactas pro termino racionem assignandi commisissemus, ipsis octavis Epiphanie domini occurrentibus idem Samuel non venisset nec misisset . . per procuratorem ipsius palatini novem diebus continuis expectatus; cumque vero premissis evolutis idem Samuel contra prenominatum Dowsa palatinum ad octavas diei Cinerum memoratas denuo citatus extitisset iamdictus Samuel iuris vigorem parvipendens et in ipsis octavis per prenominatum magistrum Andream in persona Dowse palatini novem diebus continuis expectatus minime curavit comparere; licet igitur talibus occasionibus et condignis evocacionibus factis iuris ordine exigente finalem decisionem in hac causa debuissemus, advertentes tamen maximum esse indicium pietatis demerita subito non ulcisci, vestre discrecionis amiciciam presentibus requirimus diligenter, quatenus receptis presentibus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum quo presente Rorandus filius Mark vel Petrus de Chereukwzy homo domini nostri regis . . memoratum Samuelem . . vocet et ammoneat ut in quindenis Resurreccionis domini de premissis racionem redditurus contra nos et Dowsam palatinum in regie compareat presencia maiestatis de suisque iudiciis quibus repertus, extiterit satisfacturus, alioquin finis debitus inponetur huic cause iuris ordine observato; post hec tocius facti seriem domino nostro regi fideliter rescribatis. Datum in Themuswar, octavo die termini prenotati, anno domini M° CCC° XX° secundo.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 694. 6. dipl. ltár: 2090. Közli: Nagy Gyula.

7.

1322. mart. 21. I. Károly király Péter fiának Jakabnak végrendeletét Razina és Zablatia birtokokról, Orbán fia Gyárfás részére megerősíti.

Karolus .. rex .. ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod cum unacum quibusdam prelatis et regni nostri baronibus in Themeswar essemus Gervasius filius Wrbanus fidelis noster ad nostram accedens presenciam exhibuit nobis litteras quasdam testamentales seu testamentum Jacobi filii Petri continentem (így), quas cum aperiri et perlegi fecissemus comperimus in eisdem quod quasdam possessiones Razanya et Zablatia vocatas idem Jacobus existens in suis extremis compos tamen sue mentis ob favorem proximitatis ultime vocis ewlogio eidem legasset et eciam reliquisset, idem Gervasius petens nos humili cum instancia ut ipsas possessiones legatas nostra auctoritate ratificare et approbare ac approbatam (így) confirmare dignaremur. Nos igitur qui ex officio suscepti regiminis nostri unumquemque in suo iure conservare et eorum commodis ac profectibus invigilare debemus, attendentes quod voluntas testatoriis (így) execucioni est mandanda, pium eciam est et humanum ut quod in vita agitur superstitibus proficiat ad iusticiam et defunctis ad salutem, ad instar consideracionis ducti huiusmodi unacum venerabilibus patribus domino Stephano Wesprimiensis, aule domine regine consortis nostre carissime cancellario et Nicolao Jauriensis ecclesiarum episcopis et magnificis viris Dosa palatino, Demetrio magistro tavarnicorum nostrorum, Lamperto iudice curie nostre et aliis regni nostri proceribus regios honores tenentibus et habentibus, ex serie predicti testamenti sufficienter instructi, volentes ut testamenti conditi fiat execucio, predictum testamentum et legacionem villarum predictarum dicto Gervasio factam ratam habentes confirmamus et iusticie tenendo tramitem cum omnibus suis utilitatibus et pertinenciis universis sub eisdem metis et terminis eidem Gervasio quibus ipse Jacobus tenuit et possedit in filios filiorum et heredum per

heredes possidendas decernimus et habendas, presentibus consencientibus et approbantibus prelatis et baronibus supradictis perpetuo valere statuentes . . Datum per manus discreti viri magistri Johannis Albensis ecclesie prepositi aule nostre vicecancellarii et archidiaconi de Kukullew dilecti et fidelis nostri, anno domini Millesimo trecentesimo vicesimo secundo, regni autem nostri anno similiter vicesimo secundo, duodecimo kalendas Aprilis.

Vörös-zöld selyem zsinóron függő pecséttöredékkel; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 669. 7. dipl. ltár: 2094. Ugyanott megvan a csázmai káptalannak 1323. jun. 26-án kelt oklevele (dipl. lt: 2173.), mely szerint a káptalan Miklós szlavóniai bán és Sopron s Komárom vármegyék főispánja által kiküldetvén, a nevezett Gyárfást, Circuenai Péter fia Jakab báni ember közbenjöttével »magistro Stephano filio Opoy, Georgio filio Johannis, Farcasio filio Philippi et Bartholomeo filio Ivan« mint körüllévő szomszédok jelenlétében Razina és Zablathia birtokokba beiktatta; a határjárás így íratik le: »prima meta incipit possessionis Rascina in arbore piri, inde tendit versus occidentem, cadit in aquam Rascina ad loca trium molendinorum eiusdem Gervasy et per ipsam aquam eundo venit in silvam quam pertransiens venit ad Bocon teleke, inde circa fossatum dicti Bocon venit ad viam iuxta metas Scombothel, abhinc tendit ad priorem metam ibique terminatur; item, prima meta possessionis Zablatia incipit in aqua vulgariter Zuha Begna vocata et per eandem procedendo in longo spacio venit ad aliam aquam que dicitur Byztra Begna, inde tendit ad metas nobilium de Chano circa fossatum, abhinc tendit ad magnam silvam, inde per eandem cadit ad prefatam aquam ad priorem metam et sic terminantur.« Közli: Nagy Gyula.

8.

1322. Vizsoly, apr. 17. Miklós comes Fülöp nádor udvarbírája Öklelö Mihályt János fia István ellen Bük birtokban elkövetett hatalmaskodás dolgában tanubizonyításra utasítja.

Nos comes Nicolaus iudex curie magistri Philippi damus pro memoria, quod . . sabbato proximo post festum Pasce Michael dictus Wkleleu coram nobis in figura iudicii contra Stephanum filium Johannis egit proponendo, quod preterito anno feria secunda proxima post festum beati Nicolai confes-

soris idem Stephanus ad possessionem ipsius Byk vocatam veniendo potencialiter, damnum quadraginta marcarum eidem intulisset, predicto vero Stephano proposicionem eiusdem Michaelis per omnia denegante iudicando decrevimus quod feria tercia proxima post octavas Penthecosten nunc venturas coram venerabili capitulo ecclesie Agriensis idem Michael assercionem suam testibus quibus evidencius poterit tenetur conprobare . . Datum in Wysl, in termino antedicto anno, domini M° CCC° XX° secundo.

Zárlatán gömbölyű pecsét maradványával; eredetije a Máriássy cs. ltban, Idegen okm. 38.

9.

1322. Keresztes, apr. 20. Tamás erdélyi vajda a Keresztesen tartott közgyülésen a Dályai Hennengfi Péter által Sarasfi Lászlótól és fiaitól vett Mohi és Sárostelek nevü birtokok iránt intézkedik.

Nos Thomas woyuoda Transsilvaniensis et comes de Zonuk significamus . ., quod cum Petrus filius Henneng de Dalya quasdam terras Mohy et Sarustheluk vocatas sitas in capite rivuli Gozd a Ladyzlao filio Saras et filiis suis, pro quibus ipsum Ladyzlaum patrem ipsorum astitisse comperimus emcionis titulo comparasset sicut in litteris capituli beati Michaelis archangeli ecclesie Transilvane vidimus contineri et demum easdem litteras capituli Albensis Andreas dei gracia illustris rex Hungarie felicis recordacionis ad peticionem ipsius Petri cum suis litteris privilegialibus confirmasset quas eciam nobis exhibere curaverunt cum aliis litteris regalibus et capituli quovis tempore emanatis; tandem processu temporum non modico factum predictarum terrarum per Michaelem filium ipsius Ladyzlai filii Saras actorem ab una parte et per Mathiam filium predicti Petri ab altera personaliter astantes legitime ad nostram presenciam est devolutum, petentes nos cum instancia ut super ipsis terris contenciosis debitum finem imponeremus inter partes iusticia mediante. Cum igitur nos

tam ex precepto domini nostri regis quam eciam ex debito nominis et honoris nostri de tranquillo et pacifico statu partis Transsilvane invigilare cupientes, ex consilio venerandi patris domini Andree dei et apostolice sedis gracia episcopi Transsilvani et capituli loci eiusdem, magistri Simonis comitis Siculorum fratris nostri et nobilium tocius partis Transsilvane de septem comitatibus Siculorum pariter et Saxonum consiliis et svasionibus interiectis, anno domini M° CCC° vicesimo secundo, in octavis Pasce, in loco Kereztus vocato congregacionem generalem habuissemus, cum eisdem nobilibus et aliis viris ecclesiasticis et secularibus prenotatis causam parcium coram nobis exortam ex ipsorum deliberacione seu consilio decrevimus determinare; qui cum in eadem congregacione nostra coram nobis et iudicibus nobilium ac aliis nobilibus ecclesiasticis et secularibus viris in ipsa congregacione nobiscum consedentibus litteras suas quovis tempore emanatas seu coram quocunque iudice contra invicem exhibuissent, empcionem quam idem Petrus filius Henneg a Ladyzlao filio Saras in predictis terris Mohy et Sarustheluk fecit, a tempore triginta trium annorum usque modo plene computatorum stabilem legitimam et condignam predicti iudices et nobiles regni et nos cum eisdem decreverunt, eo maxime, quod infra predictos annos idem filii Ladislai nullam litteram protestacionis vel prohibicionis legitime emanatam super vendicione vel emcione predictarum terrarum potuerunt nobis exhibere, alias tamen litteras predicti filii Ladislai super causis medio tempore inter eos exortis presentarunt que valoris modici et vigoris exhausti nobis omnibus contra formam litterarum ipsius Mathie patuerunt circa quod iidem iudices et nobiles regni in ipsa congregacione consedentes de commisso negocio per nos eisdem imposito habita deliberacione matura inter se decreverunt et pro lege statuerunt, quod iidem Mathias et Jacobus frater eius ipsas terras Mohi et Sarusteleck vocatas, quas pater ipsorum Petrus videlicet filius Henneng comparavit, possideant pacifice et inrevocabiliter in filios filiorum iuxta continenciam litterarum suarum super ipsis terris confectarum; nos eciam diffiniciones seu determinaciones predictorum iudicum et nobilium regni super ipsis terris inter partes factas approbantes et

acceptantes predictos filios Petri in ipsis terris prout decet perpetuos possessores duximus collocandos, litteras predicti Michaelis filii Ladislai nobis exhibitas reddentes eisdem iudicibus ad cassandum iuxta deliberacionem eorundem, et si quas ex ipsis litteris reservasset Michael antedictus inanes decreverunt et nos decrevimus cum eisdem ac iuribus carituras.. Datum in eodem loco Kereztus, feria tercia proxima post octavas Pasce anno prenotato.

Az erdélyi káptalannak 1329. mart. 21-én kelt »Andreas filius Petri de Dalya et Stephanus filius Michaelis de Seguswar« kérésére kiállított átiratából, dr. Zimmermann úr másolata után; eredetije báró Apor Géza úrnál. V. ö. Fejér, Cod. Dipl. X. 3. 288.

10.

1322. apr. 24. A szamosújvári convent elött Gyugyi Tamás fiai Hidasi Paulin fiainak egy szölöt elörökítnek.

Nos conventus monasterii beati Egidii de Simigio .. significamus .., quod Petrus filius Thome et Nicolaus frater eiusdem, de villa Gyog unacum Chaba fratre eorumdem ab una parte, Petrus et Thomas filii Paulin de villa Hedus ex altera personaliter coram nobis constituti, iidem Petrus et Nicolaus unam vineam eorum in territorie predicte ville Gyog in quatuor iugeribus terre olim plantatam in loco Wepleyn vulgariter dicto in vicinitate vinee Petri et Nicolai predictorum a parte occidentali, a parte autem septemtrionali vinee Johannis filii Chepani, a parte vero orientali vinee Beke filii Clementis et a parte meridionali vinee Pauli bani, Johannis et Andre magistrorum filiorum magistri Stephani de Gara adiacentem Petro et Thome filiis Paulin predictiš .. pro quinque marcis .. confessi sunt vendidisse perpetuo possidere .. Datum sabbato in vigilia beati Georgii martiris, anno domini Millesimo CCC° XX° secundo.

A somogyi conventnek »Petrus et Thomas filii Pauli de villa Hedus« kérésére pünkösd elött való napon kelt 1323-ki átiratából, melynek végén János somogyvári apát neveztetik meg; eredetije a Sándor cs. iratai között Csepen, az e családból nőágon leszármazott Thaly cs. ltban.

Szent-György vigiliája apr. 23-ra, tehát 1322-ben pénteki napra esik, azonban a föntebbi keletben határozottan »sabbato« áll, így az oklevél keltét apr. 24-re ez okból tettük. Ugyan ott van egy másik bevallása Gyugyi Beczke fiainak Péternek és Andrásnak a »Gamalakuthfew« nevű hegyen lévő szőlő eladásáról. Kovács Nándor másolata után.

11.

1322. Pereszlény, apr. 29. Domokos pereszlényi plébános és nyitrai alesperes, János elefánti lelkész és kegyurai között az ezek jobbágyai által szolgáltatandó mindennemü egyházi adózás minőségét és mennyiségét a felek által megállapíttatja.

Dominicus plebanus de Perezlen vicearchidiaconus Nitriensis . . significamus . ., quod dominus Johannes de Elephanth rector videlicet ecclesie eiusdem ab una, parte vero ex altera comites Deseu, Mogh et Martinus de Elephant superiori, item Mese vice et nomine comitis Mathie de Elephanth inferiori cum litteris procuratoriis honorabilis capituli ecclesie Nitriensis ad nostram pervenientes presenciam propositum extitit per eosdem ministerio vive vocis pariter et relatum taliter, quod ipsi in causa pro qua iidem comites per annotatum dominum Johannem in litem attracti extitissent in presenciam videlicet domini archiepiscopi Strigonienis in talem pacis et concordie devenissent unionem et devenerunt coram nobis, quod universi iobagiones ipsorum in predictis Elephant commorantes et in futurum residenciam habere volentes cuiuscunque condicionis et status existant coniuges habentes, cum proventibus infra declarandis prefato domino Johanni et per consequens sequacibus eiusdem tenerentur, quod singuli eorum singulariter singulis annis medium saponem tritici, unum pullum, item quelibet sponsa tempore intronizacionis sue unum manuterium vel duodecim denarios, item tempore baptismatis puerorum de quolibet puero unam tortam et unum pullum, item quelibet mulier quadragesimo die partus sui prolis unam tortam et unum pullum, item de quolibet funere pulsatori unum denarium, pro lectura psalteri XII. denarios, de vigiliis mortuorum XII. denarios, item in commemoracione septimi

XXXmi et anniversarii ac in posicione lapidum seu lignorum in signum monumenti duas tortas, unum pullum, unum caseum, placentem unam et unam anforam cervisii dare tenerentur; item quandocunque temporis in successu ex parochianis iam dictis quicunque ante iuramentum cum sua coniuge fieri debendum contraheret seu eandem carnaliter cognosceret centum et quatuor denarios, quicunque autem de ipsa parochia aliquam ad aliam parochiam legitime duceret et cum eadem sponsalia faceret similiter XII. denarios; si autem absque iuramento et sponsalibus quoquomodo eandem transduceret, tunc idem hospes de cuius domo seu hospicio transduceretur, sive pater, mater, frater aut proximus vel alienigena fore videretur ipsius transducte, duodecim pensas denariorum plebano ecclesie prenotate dare et persolvere teneretur; item de prandiis ad honorem quorumlibet sanctorum per ipsos parochianos dandis cutem pecoris et unum quartale carnium ad ipsum prandium permactati cum uno mensale, quatuor tortis et una tina cervisia, de simplicioribus autem prandiis modo quo supra dandis sexaginta denarios; item quelibet mulier absque legitimo maritali thoro pariens centum et quatuor denarios modo premisso plebano eiusdem ecclesie dare et persolvere teneretur; item tempore katezizacionis et baptizacionis puerorum pro candelis clericis denarium dare non tenerentur parochiani prenotati tali obligamine interserto, quod quandocunque prefati comites vel eorum superstites aut iobagiones presentes et futuri et eorumdem heredes in premissis omnibus modo aliquali persistere recusarent, tunc quilibet eorum absque porcione iudicis contra annotatum plebanum vel successores eiusdem ante litis ingressum eidem vel eisdem deponenda convinceretur in una marca denariorum, et ob quam rem ipsa litis materia inter predictas partes incitaretur eidem plebano inmediate plene persolvere tenerentur et integre, atque in quindenis ipsius satisfaccionis et solucionis ipsi plebano inpense quilibet ipsorum comitum et parochianorum predictorum vigesimo quinto se ipsis inclusive sumto eundem plebanum circa domum eiusdem placare tenebuntur, adque omnia premissa et singula premissorum prelibati comites se ipsos personaliter annotatum autem Mathiam procurator eiusdem

sponte obligavit coram nobis. Datum in Perezlen supradicta, feria quinta proxima post festum beati Georgii martiris, anno domini M° CCC° vigesimo secundo.

Hátlapján pecsét maradványaival; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 1671. 15. dipl. lt. 2097. Ugyanennek 1378. april 30-iki átirata, melyet a nyitrai káptalan, Jakab elefánti plebános részére állít ki, megvan az orsz. ltár kincst. oszt. Paul. Elefant. 2. 1. dipl. lt. 2098. Közli: Vincze Gábor.

12.

1322. Temesvár, máj. 1. I. Károly király a nyitrai káptalant utasítja, hogy levéltárában több főurak és nemesek által letett oklevelek elégvén, erről, különösen Dezső mester sebesvári várnagy jogai megvédése tekintetéből, a káptalan, a teljesített vizsgálat után jelentést terjeszszen föl.

Karolus .. rex .. capitulo ecclesie Nitriensis .. magister Deseu castellanus de Sebuswar fidelis noster dicit nobis, quod omnia instrumenta sua privilegia et alia quecunque super universis possessionibus et aliis negociis ac disposicionibus temporum necessitate urgente oportunis confecta et aquisita in vestra camera, ubi plurium nobilium ad maiorem tutelam et certitudinem specialem privilegia et instrumenta necessaria regni nostri reconduntur, casualiter extitissent concremata et penitus in cinerem redacta et favillam; unde cum nos id cuilibet nostrorum fidelium tramitem iusticie indagantes in suo iure deesse nullatenus debeamus, fidelitati vestre precipientes mandamus, quatenus prout vobis premissa constant ad fidelitatem nobis et corone nostre debitam modum et ordinem negociorum predictorum in vestris litteris designantes nobis fideliter rescribatis. Datum in Themeswar, in octavis beati Georgii martiris, anno domini M° CCC° XXmo secundo.

A nyitrai káptalannak erre 1322. sept. 26-án kelt jelentéséből; l. alább.

13.

1322. máj. 4. Az esztergomi keresztesek conventje előtt Bech unokája Miklósfi Miklós, testvére nevében is előterjeszti, hogy Lábatlan nevű birtokát Bajóti Simon fia Pál kirabolta.

Nos frater Nicolaus magister et universi fratres cruciferorum domus hospitalis ecclesie sancti regis Stephani de Strigonio damus pro memoria, quod Nicolaus filius Nicolai nepotis Bech suo et vice ac nomine Johannis fratris sui ad nostram personaliter accedendo presenciam sua nobis protestacione et querimonia publice demonstravit, quod magister Paulus filius comitis Simonis de Boioth feria tercia proxima post festum Invencionis sancte crucis orto sole et clara luce quandam villam ipsorum Labatlan vocatam spoliari fecisset et viginti boves minus uno bove mixtim cum vaccis et pecudibus pascualibus ac sexaginta oves, caparas (így) et porcos commixtim recipi fecisset ac quendam iobagionem suum nomine Martinum cum Johanne filio suo enormiter verberari fecisset. Datum ipsa feria tercia proxima post festum Invencionis sancte crucis, anno domini M° CCC° XX° secundo.

Zárlatán monorú pecsét nyomai láthatók; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 1534. 40. dipl. lt. 2101. Közli: Nagy Gyula.

14.

1322. máj. 12. A budai káptalan bizonyítványa arról, hogy Becsei Imre Dersülése nevű birtokot, Visegrád felől Aszófő helység fölött, a margit-szigeti apáczák birtokába bocsátotta.

Nos capitulum Budensis ecclesie damus pro memoria, quod cum nos ad peticionem nobilis viri comitis Stephani vice palatini Bude residentis super restitucione cuiusdam terre seu possessionis Ders Ilese vocate prope villam Ozoufeu per magistrum Emericum de Beche dominabus sororibus de Insula beate virginis facienda transmisissemus hominem nostrum Johannem videlicet magistrum filium Radyk socium et concanonicum nostrum, idem magister Johannes ad nos reversus

dixit, quod ipse ad faciem dicte terre seu possessionis accedens vidisset quod magister Emericus dictus de Beche, qui personaliter ibidem comparuit, nobilibus dominabus sororibus de dicta Insula, pro quibus magister Paulus procurator earumdem qui similiter personaliter aderat, per modum concordie iuxta litteras capituli nostri et comitis Stephani (.....) curie domini nostri regis antea coram nobis perlectas dictam terram seu possessionem Ders Ilese vocatam prout ius ipsarum restituisset eisdem; tamen quia terra seu possessio supradicta divisim in iugeribus et aliis ad eandem pertinentibus extitit, partibus videlicet magistro Emerico de Bechey et magistro Paulo procuratori dictarum dominarum sororum placuisset, ut per modum concambii procederent, et sic processerunt, quod quoddam nemus prunorum, nucum et aliorum fructuum inter quasdam duas vias existens et medietatem cuiusdam monticuli a parte Vysegrad supra villam Ozofeu existentem, item quandam terram incultam ad decem iugera sufficientem a parte inferiori dicti nemoris, que quidem nemus, monticulum et terra inculta iam dicta sex metis noviter erectis circumquaque consignantur: prima meta incipit a parte superiori Ozofeu et inde tendit ad quandam metam sitam in vertice montis supradicti, inde ad partem Vysegrad ubi sunt tres mete directe in una linea, abhinc ad quandam viam, que dicitur Kuesutha iuxta quam sunt due mete, idem magister Emericus dictis dominabus restituisset, item dictus comes Emericus pro viginti iugeribus, que de his tribus locis, videlicet in Keralkuta a parte Vysegrad et in Ders Ilese prope dictum nemus et in loco Teluk vocato situatis et pro sessione in Ozofeu existenti decem et octo iugera terrarum sub una parte et uno situ existencia circa viam, per quam itur ad Zenthe et ad Pomaz, et iuxta quoddam zylberek Michaelis de Pomaz, quorum decem et octo iugerum octo jugera sunt Michaelis de Pomaz et residua decem iugera ipsius magistri Emerici a Salomone titulo emcionis comparata, item duo iugera de terra predicti Michaelis circa quendam fluvium sub villa Pomaz sita in recompensacionem dictorum viginti iugerum dictis dominabus sororibus dedisset; assumsisset nihilominus domina consors Michaelis prenotati soror videlicet magistri Emerici de Beche super predictis decem iugeri-

bus de terra viri sui sic datis, quod si processu temporum filii sui ipsum magistrum Emericum vel dominas sorores molestarent, eadem decem iugera pro dote sua iuxta consvetudinem regni se diceret recepisse . . Datum feria quarta proxima post quindenas beati Georgii martiris, anno domini M° CCC° vigesimo secundo.

István al nádornak 1322. május 12-ikén kelt átiratából, melynek eredetije megvan az orsz. lt. kincstári osztályában, Mon. V. Buden. 26. 9. dipl. lt. 3652. Közli: Vincze Gábor.

15.

1322. Temesvár, máj. 21. Lampert országbíró megkeresi az egri káptalant, hogy Csabankafi János fiának Lászlónak Gyöngyös, Bene és Zsadán nevü birtokait két részben az országbíró, egy részben pedig Dózsa nádor részére foglalja le.

. . capitulo Agriensi magister Lampertus iudex curie domini regis et comes Chenadiensis . . vestre discrecioni presencium tenore declaramus, quod cum iuxta formam et tenorem priorum litterarum nostrarum honorabili capitulo Waradiensi super estimacione universarum possessionariarum porcionum Ladislai fily Johannis filii Chabanka nedum iuxta nostram verum et iuxta formam iudiciariam domini Andree regis clare memorie legitime sentenciati transmissarum in octavis Resurreccionis domini universe possessionarie porciones iamdicti Ladislai quomodolibet in regno Hungarie ipsum contingentes propter ignoranciam qualitatis quantitatis et quantivalencie earumdem per Johan (így) filium Egidii, Michaelem filium Michaelis de genere Zah, Nicolaum filium Petri de Bolugh, Briccium de Batur et Johanka filium Odun homines domini nostri regis sub ipsius capituli Waradiensis testimonio, convocatis commetaneis et vicinis universis circumspectis suis utilitatibus et valore, iuxta sui condignam estimacionem estimari, seriemque dicte estimacionis octavo die dictarum octavarum nobis reportare debuissent, tandem ipsis octavis dictarum octavarum advenientibus Johannes filius Bartholomei vice et nomine Dose palatini ad nostram accedens presenciam quasdam litteras vestras demon-

stravit, in quarum tenoribus reperimus expresse contineri, quod cum predicti Michael filius Michaelis de genere Zah et Nicolaus filius Petri de Bolugh super faciem possessionum Gyungus, Bene et Sadan in predictis octavis Pasce domini convocatis commetaneis et vicinis ipsarum possessionum accessissent easdemque secundum qualitatem et quantitatem porcionum prenominati Ladislai more consveto estimare voluissent, Samuel filius Johannis frater predicti Ladislai dixisset, quod ipse possessiones inter ipsum et prenominatum Ladislaum fratrem suum divise extitissent, in qua due partes omnium possessionum ipsorum mediantibus evidentibus priviligiis in suam cessissent porcionem tercia autem in ius dicti Ladislai fuisset devoluta, in eadem eciam possessione Gyungus Johannes filius Pauli et Ladislaus filius Johannis fily Murhardy se habere porcionem retulissent, ex eoque iidem homines domini nostri regis sub testimonio vestro porciones ipsius Ladislai estimare nequivissent; verum quia approbatissima regni consvetudo possessiones condempnatorum legitimeque sentenciatorum commetaneis vicinis fratribus proximis et propinquis ipsius sentenciati redempcioni exponere consvevit, licet quamplures iidem vicini et proximi ad hoc vocati extitissent, amiciciam igitur vestre discrecionis presentibus requirimus diligenter, quatenus receptis presentibus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Nicolaus filius Petri, Michael filius Michaelis vel Petrus de Chereukuzy homines domini nostri regis universas possessionarias porciones ipsum Ladislaum quoquomodo ubilibet contingentes in duabus partibus magistro Wz homini nostro vice nostre persone, in tercia vero ipsi Douse palatino statuat possidendas easdemque contradiccione qualibet non obstante iuxta sui valoris condignam equivalenciam circumspectis suis utilitatibus estiment, universos commetaneos proximos et propinquos dicti Ladislai ad ipsas redimendas ad quindenas dicte estimacionis evocando, alioquin eedem perpetuabuntur iuris ordine observato.. Datum in Themuswar, secundo die festis (így) Ascensionis domini, anno eiusdem M° CCC° XX^mo^ secundo.

Zárlatán pecsét töredékeivel, eredetije az orsz. kincst. oszt. N. R. A. 694. 6. dipl. ltár. 2106. — Ugyanott megvan az egri káptalan jelentése

1322. jun. 18-ról, N. R. A. 17. 6. dipl. lt. 2111., mely szerint a beiktatás megtörtént, a lefoglalt birtokok 2000 márkára becsültettek, a szomszédoknak s rokonoknak pedig a kiváltásra záros határidő tűzetett ki. Közli: Nagy Gyula.

16.

1322. máj. 22. Dózsa nádor Balázsfiát Lököst, Zaka birtok elpusztítása miatt Andrásfia András ellen emelt panaszának bebizonyítására utasítja.

Nos Dausa palatinus comes de Zothmar et de Zabouch, damus pro memoria, quod in congregacione nostra generali sabbato proximo post Ascensionem domini in Vysemien celebrata inter cetera Leukus filius Blasii dixit, quod Andreas filius Andree ad possessionem suam veniendo Zaka vocatam spoliasset et sexaginta marcarum damni intulisset ac tres iobagiones suos occidisset, ac tres vulneratos reliquisset, e converso idem Andreas se inculpabilem dixit; unde decrevimus quod idem Leukus suas asserciones coram capitulo Waradiensi feria secunda proxima post quindenas Penthecostes testibus quibus evidencius poterit comprobaret . . Datum die et termino prenotata, anno domini M° CCC° XX° secundo.

Zárlatán pecséttöredékkel; eredetije a N. Muzeumban, a Kállay cs. ltban. Közli: Tagányi K.

17.

1322. Új-Semjén, máj. 25. Dózsa nádor Egyed és Mihály fiait Laskod nevü birtokuk meghatárolására utasítja.

Nos Dausa palatinus comes de Zatmar et de Zoboch damus pro memoria, quod in octavis Penthecostes magister Iwan et Simon filii Egidii, magister Stephanus, Ladislaus, et Michael filii Michaelis coram quatuor iudicibus nobilium provincie de Zoboch et coram homine nostro Stephano de Apag ac coram commetaneis suis Erne, Nicolao, Gregorio filiis Aniani et coram Cepano filio Cepani ac Kumurzano filio Kumurzani, tenentur metas terre sue Loskud vocate reambulare, facta ambu-

lacione octavo die nobis recitabunt. Datum in Wysemsyen, feria tercia proxima ante Penthencostes, anno domini M° CCC° XX° secundo.

Zárlatán ugyanazon pecséttel, mely az Arch. Értésitő 1878-ki évfolyamában ismertetve van ; eredetije a N. Muzeumban, a Kállay cs. lban. Közli : Tagányi K.

18.

1322. jan. 1. A nagyváradi convent előtt Unghi Jákófi Batiz neje Csala és Miklós leánya Ilunch, Ecsed nevű Szatmár vármegyei birtokuk felét a Gutkeled nemzetségből való Bereczk fiainak elörökítik.

Nos Jacobus prepositus et conventus monasterii sancti Stephani prothomartiris de promontorio Waradiensi significamus . . quod nobilibus dominabus Chala consorte Batiz filii Jakow de Wngh filia videlicet Jule Rufi et Ilunch filia Nicolai filii Stephani ab una parte et Johanne filio comitis Briccii de Batur de genere Guthkeled pro se et pro magistro Andrea cantore Waradiensi, Lewkus et Nicolao fratribus suis uterinis ab altera, personaliter coram nobis constitutis per easdem dominas sana mente spontaneaque voluntate relatum extitit, quod rectam dimidietatem cuiusdam possessionis Eched vocate in comitatu de Zathmar existentis ipsas de iure contingentem videlicet cum matre ipsarum in die tradicionis sue secum traditam ipsis filys Briccii tam racione proximitatis et consangvineitatis inter ipsos annexis (így) quam eciam pro viginti quinque marcis plene receptis ab eisdem, cum omnibus utilitatibus . . si que forent, sub eisdem metis et terminis quibus ipsa dimidietas per earum predecessores habita extitit . . dedissent . . et contulissent . . iure perpetuo . . Datum tercio die festi Pentecostes, anno domini M° CCC° XX^mo^ secundo. Presentes autem cum nobis reportate fuerint privilegium nostrum super hoc conferemus.

Ugyancsak a váradi convent és »Petrus prepositus« 1336. évi »in octavis beati Michaelis archangeli« kelt, »nobiles viri magistri Johannes comes de Zothmar et Nicolaus filii Briccii« számára függő pecsét alatt

kiadott átiratából, melynek eredetije megvan az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 841. 7. dipl. ltár: 2109. Közli: Nagy Gyula.

19.

1322. Temesvár, jun 10. Erzsébet királyné, hívének Tyssa ajtónállónak Ladány nevü fehérvármegyei birtokát adományozza.

Nos domina Elyzabeth dei gracia regina Hungarie significamus .. quod magister Tyssa dilectus et fidelis aule nostre ianitor .. quandam possessionem nostram Ladaan vocatam circa fluvium Saar in comitatu Albensi existentem a nostra benignitate reginali pro suis fidelibus serviciis perpetuo sibi dari et conferri postulavit; nos igitur consideratis fidelitatibus fideliumque serviciorum meritis eiusdem magistri Tyssa, que nobis a toto eo tempore quo in regnum nostrum Hungarie domino annuente intravimus continue in aula nostra residendo cum summe fidelitatis constancia exhibuit .. dictam possessionem Ladaan cum suis utilitatibus et pertinenciis universis sub iisdem metis et terminis antiquis quibus per priores possessores habita extitit et possessa, ipsi magistro Tyssa .. de bona voluntate et consensu domini regis consortis nostri karissimi dedimus .. perpetuo iure possidendam .. Datum in Temesvar, in festo Corporis Domini, anno eiusdem M° CCC° vigesimo secundo.

Hátlapján nagy kerek pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. Mon. Pos. 57. 7. dipl. ltár: 2110. Közli: Nagy Gyula.

20.

1322. jun. 18. A nagyváradi convent előtt Mikó fiai: Miklós és Lökös előterjesztik, hogy a midőn Károly király tőlök Ardó, Rakaz és Nyir Ugocsa vármegyei birtokaikat elfoglaltatta, a beiktatásnak félelemből nem mondottak ellene.

Nos Jacobus prepositus et conventus monasterii sancti Stephani prothomartiris de promontorio Waradiensi damus pro memoria, quod Nicolaus filius Mykou personaliter pro se

et pro Leukus fratre suo uterino coram nobis constitutus dixit protestando, quod dominus noster Karolus dei gracia illustris rex Hungarie quasdam tres possessiones ipsorum Ordou Rakaz et Nyry vocatas in comitatu de Wgacha existentes non eorum culpis exigentibus occupasset et recepisset et ipsi mortem seu eciam captivitatem formidantes seu evertentes per ipsum dominum regem fieri, nihil per omnia contradicere presumsissent nisi timore perterriti eidem recipere et occupare permisissent. Datum sexta feria proxima ante festum sancti Johannis Baptiste, anno domini M⁰ CCC⁰ vicesimo secundo.

Zárlatán pecséttöredékkel, eredetije a N. Muzeumban, a Kállay cs. ltban. Közli: Tagányi K.

21.

1322. jun. 24. I. Károly király Ferench fiának Tamás szepesi várnagynak, szalóki Sáros vármegyei birtokára minden szerdán szabad hetivásár tartást enged.

Karolus . . rex . . ad universorum . . noticiam volumus pervenire, quod magister Thomas filius Ferench castellanus de Scepus dilectus et fidelis noster sue fidelitatis servicia nostre maiestati impensa proponens et declarans a nobis humiliter postulavit, ut in villa sua Zolouk vocata in comitatu de Sarus existenti forum liberum feria quarta celebrandum concederemus; nos igitur . . in predicta villa sua Zolouk vocata forum liberum feria quarta singulis septimanis absque preiudicio iuris alieni celebrandum concessimus et duximus annuendum; volumus igitur ut universi mercatores et alii quilibet ad predictum forum cum eorum mercibus accedere volentes sub nostra regia proteccione et tutamine procedant salvis rebus et personis, et hec volumus per fora publice proclamari . . Datum per manus discreti viri magistri Ladislai Tytulensis ecclesie prepositi, Albensis electi, aule nostre vicecancellarii dilecti et fidelis nostri, anno domini Millesimo CCC⁰ XX⁰ secundo, octavo kalendas Julii, regni autem nostri anno similiter vigesimo secundo.

»Philippus (Drugeth) magister tavarnicorum domine regine comes de Scepus et de Wyvar« 1322-ben »sabbato proximo post octavas sancti

Johannis Baptiste« »magister Thomas filius Ferench vicecomes et castellanus (suus) de Scepus« számára kiadott megerősítő átiratából, melynek eredetije hártyán, Drugeth Fülöp ismeretes, teljesen ép, vörös-sárga-zsinóron függő pecsétjével, megvan az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 573. 15. dipl. ltár: 2112. Ugyanezen oklevelet Ferencz fia Tamás szepesi várnagy kérésére jeles alakban átírja és megerősíti Károly király 1323. jun. 30-án; ennek eredetije u. o. dipl. lt. 2113. Közli: Nagy Gyula.

22.

1322. jun. 27. A nagyváradi káptalan előtt Halápi Bereczk, mivel egy elítéltet Dózsa nádor ítélőszéke elé állítani nem bírt, hogy ezért fölmentessék, halápi birtokrészét a nádornak átengedi.

Nos capitulum ecclesie Waradiensis . . significamus . . quod Briccius de Halap filius Stephani coram nobis personaliter constitutus asseruit viva voce, quod cum quendam hominem qui pro suis nocumentis et variis ac diversis excessibus notorie et temerarie commissis suspendio dignus erat per magnificum virum Dausam palatinum comitem de Zothmar et de Zobouch detentum et sibi traditum, ut eundem in congregacione eiusdem Dause palatini in presencia nobilium de comitatu de Byhor propter maioris (így) rei evidenciam statueret ad iudicium ut asseruit, et ipsum hominem statuere voluntarie nequivisset, tandem ne ipse propter liberacionem eiusdem captivi pena simili puniretur porcionem suam in possessione Halap habitam videlicet ad duo aratra sufficientem pro sua expedicione omnimoda ipsi Dause palatino et per eum suis heredibus ac successoribus universis cum omnibus suis utilitatibus et pertinenciis tradidisset dedisset et assignasset perpetuo et irrevocabiliter possidendam pleno iure et habendam, assummendo idem Briccius ipsum Dosam palatinum . . racione predicte porcionis possessionis Halap . . ab omnibus impetere volentibus expedire . . Datum in festo beati regis Ladislai, anno domini M° CCC° vicesimo secundo.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az osz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 1506. 25. dipl. ltár: 2114. Közli: Nagy Gyula.

23.

1322. Nagy-Várad, jun. 29. Dózsa nádor az Ivánka fia Imre által Benczencz özvegyétől zálogban bírt Tóti, Bihar vármegyei birtokrész kiváltására a nagyváradi káptalan által a szomszédokat és rokonokat felhivatja.

.. capitulo ecclesie Waradiensis Dausa palatinus comes de Zothmar et de Zabouch .. dicit nobis nobilis et honestus vir videlicet magister Emericus filius quondam comitis Johance frater domini episcopi, quod quedam nobilis domina videlicet relicta magistri Bencencii filii Alberti quandam possessionem suam Toty vocatam in comitatu Byhoriensi existentem eedem domine pro dote et rebus parafernalibus de iure devolutam pro viginti quinque marcis fini argenti a festo Pasce domini usque ad quindenas beati Jacobi apostoli pignori obligasset nec eadem domina redimere posset ab eodem; quare amiciciam vestre discrecionis petimus diligenter per presentes, quatenus detis testimonium vestrum virum fidedignum quo presente Stephanus filius Rodolphi homo noster in tribus foris provincialibus videlicet in Waradino, in Chypha et in Kyruszeg faciat proclamari, quod vicini et commetanei ac proximi quibus ipsa possessio Toty vocata redimere pertinet, in prefixo termino pro memorata pecunia redimant a magistro Emerico antedicto, alioquin iuris ordine observato perpetuabimus eidem .. Datum Waradini in festo beatorum Petri et Pauli apostolorum, anno domini M° CCC° XX^mo^ secundo.

Dózsa nádornak Debreczenben 1322. aug. 16-án kelt ítéletleveléből, melynek eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 1534. 42. dipl. lt. 2115. Ebből az ítéletlevélből kitűnik, hogy Ivánka fiai Imre és Miklós, Ivánka váradi püspök testvérei, Mátyás testvérök fiának Andrásnak terhét is fölvévén, Benczencz özvegyének Tóti birtok kiváltására a nagyváradi káptalan és convent előtt jul. 8-án Szent-Jakab után való 15-őd napra hosszabbítást adtak s mivel a váradi káptalannak alábbi aug. 12-én kelt jelentése szerint a birtok akkor sem váltatott ki, a nádor a birtokot Ivánka fiainak teljes tulajdonúl oda ítéli. Közli: Nagy Gyula.

24.

1322. Nagy-Várad, jul. 1. Ivánka nagy-váradi püspök Tóti nevü birtok részben Benczencz özvegyét hitbére kielégítése fejében megerősíti.

. . Johanca miseracione divina episcopus Waradiensis . . ad universorum noticia mharum litterarum serie volumus pervenire, quod cum nobilis domina relicta Bencencii filia scilicet Nicolai filii Moka, cui magister Nicolaus filius Aba vicecastellanus de Kyruszeg propinquus eiusdem astitit, nobiles iuvenes Johannem, Petrum, Martinum et Jacobum filios ipsius Bencencii a priore uxore sua sibi genitos racione dotis et rerum parafernalium suarum ad nostram legitime evocasset presenciam, tandem partibus in nostri presencia constitutis iidemque filii Bencencii recognoscentes cum predictis dote et rebus parafernalibus eidem domine noverce eorum se teneri, quandam terram seu possessionem eorum vacuam et ab habitatoribus destitutam Toty vocatam, in qua est ecclesia lapidea in honore sancti Demetrii martiris constructa, in vicinitate terrarum seu possessionum Wosyan que est eorumdem filiorum Bencencii, item Humruk que est magistri Mychaelis filii Martini et terre Petri fratris Gyok, ac Zakal que est similiter ipsorum filiorum Bencencii, et Koda que est eiusdem Petri fratris Gyok, existentem, dederunt tradiderunt et assignarunt in nostri presencia prefate domine pro ipsis dote et rebus suis parafernalibus perpetuo pleno iure . ., ad cuius statucionem cum nos ad instanciam et peticionem prefatorum domine et Nicolai filii Aba viros discretos et honestos magistrum scilicet Martinum socium et fratrem nostrum in Christo karissimum ecclesie nostre canonicum et comitem Sebastianum filium G. (. . . . . .) officialem nostrum de Feultot iure svadente misissemus, iidem ad nos reversi vive vocis orologio (így) concorditer retulerunt, quod ipsi in dominica proxima ante festum nativitatis sancti Johannis Baptiste in faciem predicte terre accedentes convocatis propinquis et cognatis predictorum filiorum Bencencii et vicinis ac commetaneis eiusdem terre, cum eandem ipsi domine modo per omnia premisso permittentibus et con-

sencientibus Alberto filio Georgy consobrino ipsorum filiorum Bencencii et Abraam de Told ac aliis nobilibus sue generacionis item predictis nobilibus vicinis et commetaneis eiusdem terre statuere voluissent, solus magister Chuka filius Johannis propinquus sepedictorum filiorum Bencencii contradixit asserens et promittens se dictam terram iuxta regni consvetudinem approbatam redempturum, que quidem terra pro viginti quinque marcis extitit estimata, ad quas solvendas eidem domine cum terminos sibi assignassemus satis longos et prolixos, idem magister Chuka demum in nostri presencia personaliter comparens et predicte prohibicioni facte per eum simpliciter renuncians asserens se nolle redimere et omnino prehabite statucioni dacioni seu tradicioni ipsius terre cum antedictis nobilibus propinquis et cognatis sepedictorum filiorum Bencencii ac nobilibus pretactis vicinis et commetaneis eiusdem terre consensum prebuit adhibuit et assensum, assummentes iidem filii Bencencii predictam dominam .. ab omnibus molestare .. racione dicte terre volentibus expedire .. Datum Waradini, in octavis nativitatis sancti Johannis Baptiste supradicti, anno domini M° CCC° vigesimo secundo.

Fehér-zöld selyemzsinóron függött pecsétje elveszett; eredetije az orsz. ltár. kincst. oszt. N. R. A. 497. 33. dipl. lt. 2116. Közli: Nagy Gyula

---

25.

1322. jul. 6. A pozsonyi káptalan előtt Taro István, keresztfiának Pál fiának Jánosnak egy szigetet visszabocsát.

Nos capitulum ecclesie Posoniensis significamus .. quod accedens ad nostram presenciam nobilis vir Stephanus dictus Taro de Faristar est confessus viva voce, quod ipse propter dileccionem Johannis, filii Pauli filii Petirke quem de sacro fonte erexit, et receptis tribus marcis denariorum a dicto Paulo patre eiusdem Johannis, quandam insulam Petirke Fewldi nuncupatam materna lingva inter aquas Sebus vocatas ultra fluvium Furratag cum dimidietate magni fluvii, quam Egidius filius Detricii, Johannes filius Iwanche, Dominicus, Miko et Bartal cum proximis suis de Saap in retroactis temporibus

patri eiusdem Taro titulo tradiderant emcionis, restituisset et reddidisset pleno iure, litterasque nostras super eadem privilegiales eidem Paulo restituit et reddidit coram nobis. Datum in octavis beatorum Petri et Pauli apostolorum, anno domini Millesimo CCC° vigesimo secundo.

A pozsonyi káptalannak 1394. julius 8-iki átiratában, melynek eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 359. 19. dipl. lt. 2117. Közli: Vincze Gábor.

26.

1322. jul. 6. Márk Hont vármegye ispánja és birótársai előtt, Gudur fia Pető és Lőrincz fiai az egymáson elkövetett hatalmaskodás iránt kibékülnek és egymást kielégitik.

Nos magister Marcus comes Hontensis et iudices nobilium de eodem comitatu damus pro memoria, quod cum secundum continenciam priorum litterarum nostrarum memorialium causam quam Peteu filius Gudur contra filios Laurencii Laurencium et Thomam nominatos in invicem super morte Stehani (így) fratris ipsorum pro quo eisdem XXV. marcas solvere debuisset, quam pecuniam persolvit coram nobis, seu eciam super morte jobagionis Petri Bede de quibus predictos liberavit et liberos reddidit nec non super universas causas ipsorum scilicet eciam super terram Mathie que inter partes usque ad istud tempus actum fuisset et exortum idem Laurencius et Thomas filii Laurencii Peteu et suos heredes heredumque suorum successores reddiderunt expeditos . . Datum feria tercia proxima post octavas festi Johannis Baptiste, anno domini M° CCC° XX° secundo.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije Kúmánházy Béla úrnál. Közli: Kovács Nándor.

27.

1322. Temesvár, jul. 13. I. Károly király a János fia Sámuel között egy részről, más részről pedig Dózsa nádor és Lampert országbiró között Gyöngyös és egyéb birtokok miatt föntforgott vitás ügyben akkép ítél, hogy kétharmadrész az érintett birtokokból Sámuel két fiának, a föntmaradt rész pedig az országbírónak és nádornak jusson.

Karolus .. rex .. capitulo Agriensi .. quod cum in quindenis ab introduccione hominis magistri Lamperti iudicis curie nostre et Dause palatini in porciones possessionum in Gyunghus et in aliis quibuslibet possessionibus Samuelem filium Johannis attingentes, videlicet in octavis nativitatis beati Johannis Baptiste, ad quas scilicet quindenas introduccionis memorate .. idem Samuel in tribus foris conprovincialibus vocatus amonitus et publice proclamatus, ut super omnibus et multiplicibus iudiciis quibus contra eosdem tam super exclusione potenciali officialium eorumdem magistri Lamperti et Dose palatini ac hominis nostri et vestri testimonii iuxta regni bonam consvetudinem procedencium in possessiones eiusdem Samuelis iuris ordine observato introductorum semel et secundo commissa, ac omissionibus terminorum quibus debuisset conparere, et aliis contumaciis seu rebellionibus quibus parere iuri recusauit .. convictus extitit, sicut plenius in litteris nostris prius vobis directis iuxta quarum tenorem nobis superficialiter rescripsistis continebatur, in nostri presencia redderet racionem, contra eosdem .. debuisset comparere, sicut in eisdem litteris vestris et litteris capituli Waradiensis videbatur contineri, et tandem ipsis quindenis introduccionis .. advenientibus, inter eosdem scilicet magistrum Lampertum pro quo magister Nicolaus notarius eius cum litteris procuratoriis eiusdem domini sui comparuit et Dausam palatinum pro quo magister Johannes filius Bartholomei serviens suus cum litteris procuratoriis eiusdem astitit, ac predictum Samuelem personaliter comparentem, per barones regni nostri et nobiles taliter fuisset iudicatum et finaliter determinatum, quod tum pro universis iudiciis et rebellionibus eiusdem Samuelis supra generaliter tactis et in omnibus litteris ab origine mocionis

ipsius cause confectis usquemodo contentis, tum pro eo quod idem Samuel cum litteris vestris hominem nostrum et testimonium vestrum de possessione Gyunghus cum idem eandem possessionem eisdem magistro Lamperto et Dausa palatino iuris ordine observato statuere voluissent propria auctoritate exclusisse semet easdem exhibendo comprobavit, omnes possessiones ipsius Samuelis tam Gyunghus quam alie ubicunque existentes in tres equales partes cum omnibus utilitatibus earumdem dividi, quarum due partes duobus filiis eiusdem Samuelis relinqui et dari debeant, tercia vero pars scilicet porcio ipsius Samuelis predictis magistro Lamperto prout iudici et Dause palatino prout actori statui oporteat et ad manus eorumdem devolvi, fidelitati vestre precipimus per presentes, quatenus detis unum ex vobis pro testimonio fidedignum coram quo Nicolaus filius Petri de Bolugh vel Paulus filius Iwanka de Tarcha si alterum abesse contingat, homo noster predictas possessiones Samuelis presentibus vicinis et commetaneis earumdem ac aliis nobilibus et cum eisdem dividat et dividi faciat in tres partes equales, quarum duas partes duobus filiis eiusdem Samuelis sicut habuerunt relinquat possidendas, terciam vero partem earundem possessionum porcionem videlicet ipsius Samuelis statuat ad manus predictorum magistri Lamperti ut iudicis et Dause palatini prout actoris vel officialium eorumdem habendam.. Datum in Temeswar, in festo beate Margarete virginis, anno domini M⁰ CCC⁰ XX⁰ secundo.

Zárlatán nagy kerek pecsét nyomai láthatók; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 694. 7. dipl. lt. 2118. Közli: Nagy Gyula.

28.

1322. Temesvár, jul. 15. Lampert országbíró Csabankafi János fiának Sámuelnek Gyöngyös, Bene és Zsadán nevü birtokait kétharmadrészben saját magának, egy harmadrészben pedig Dózsa nádornak oda ítéli.

Nos magister Lampertus iudex curie .. Karoli .. regis .. et comes Chenadiensis memorie commendantes tenore presencium quibus expedit significamus universis, quod Johannes filius Bartholomei serviens magnifici baronis Douse

palatini ad nostram vice et nomine eiusdem domini sui accedens presenciam nobis quamplures litteras comitis Stephani viceiudicis curie incliti principis domini Andree quondam regis Hungarie formam iudicii ipsius continentes et senteneiales simul cum sentencialibus litteris dicti domini Andree regis contra Ladislaum filium Johannis filii Chabanka de Gywngus diversorum processuum causalium formas articulatim exprimentes demonstravit, in quarum tenoribus inter cetera reperimus seriatim expresse contineri, quod cum anno dominice incarnacionis M^{0} ducentesimo nonagesimo nono nobilis vir Ropheyn banus filius Nicolai, dum prenominatus dominus Andreas rex *in congregacione generali regni sui* sexta feria proxima post festum beate Margarete virginis pro sublevamine status sui regni celebrata sedens pro tribunali unacum baronibus et sui regni nobilibus quoslibet causidicos iudicaret et unicuique sui iuris exigenciam equo moderamine parciretur, ad sui regii magnitudinis (igy) accedendo presenciam, ut idem Ladislaus feria quinta proxima post festum beati Jacobi apostoli quamplurimis iobagionibus suis cum mercimoniis in possessionem suam Debrechen vocatam redeuntibus clara luce in terra Kokoth insidans ipsos spoliaverit, res eorum ad valorem ducentarum marcarum abstulerit, tres ex eisdem interemerit et sex letaliter vulneratos reliquerit, mediantibus litteris capituls Waradiensis se evidentes testes contra memoratum Ladislaum in octavis diei Cinerum produxisse ipsumque Ladislaum ad reportandum seriem produccionis ipsius testimonii, ut causa iuxta regni approbatissimam consvetudinem in iuramentorum deposicionibus aut pugilum congressionibus potuisset terminari, non venisse nec misisse nec eciam denuo pro premissi suis maleficiis legitime citatum ad quindenas nativitatis beati Johannis Baptiste comparuisse comprobasset; idcirco prememoratus dominus Andreas rex unacum baronibus et regni sui nobilibus ipsum Ladislaum pro premissis suis maleficiis penitus convictum privacione possessionum et omnium bonorum suorum ac sentencia capitali condemnandum adiudicasset absque strepitu iudicii aliqualis; demum cum idem Ropheyn banus prelibatum Ladislaum filium Johannis in regia reperiendo presencia tanquam legitime sentenciatum publiceque strate

predonem et latronem, ut sua damna iniurias excidia et preiudicia in preiudicium iuris et iusticie extra legis equitatem sibi illata iuris vigore posset vindicare et quem timor dei non revocarat a malo pena saltem temporali cohiberetur a peccato, legitime fecisset inpendiri (így) et tercio die Strennarum anno domini M° CCC° per regiam benignitatem ad exhibicionem prenominatarum litterarum sentencionalium, quibus mediantibus ad amissionem omnium suorum bonorum et possessionum ac condemnacionem proprie sue persone convicisset, pro termino assignato, mediantibus litteris prescripti domini Andree regis et Stephani viceiudicis curie sue ad amissionem omnium suorum bonorum possessionum ac condempnacionem proprie sue persone convicisse conprobasset, ipsoque Ladislao non veniente nec mittente nec de premissis aliquam pretendente racionem sepedictus comes Stephanus viceiudex curie domini Andree regis secundario eundem legitime sentenciasset,*) iam dictus dominus rex Andreas sentenciales litteras sui viceiudicis curie, cui ex officio suscepti regiminis iusticiam facere et unicuique suum ius reddere incumbebat, sentenciam viceiudicis sui legitimam fore agnoscens et condignam, mediantibus suis litteris confirmasset **) universasque ipsius Ladislai possessionarias porciones ubilibet ipsum contingentes scribendo capitulo Agriensi pro damnis nocumentis et quibusvis maleficiorum generibus sibi impensis ipsi Ropheyn bano ac iudici curie sue preceperat assignari, et licet ipsa causa iam dicto modo finem debitum adhuc tempore domini Andree regis sortita extitisset tamen quia divina clemencia ipsum dominum Andream regem qui florente nequicia solus regni hungari (így) factor veritatis existebat a gubernaculo huius regni ad persolvendum universe carnis debitum revocarat et ex eo ipsa causa in figura iudicii dicti domini Andree regis examinata et decisa nondum valuerat ad plenum roborari, ut universe possessionarie ipsius Ladislai porciones ab ipso Ladislao tamquam a malemerito ablate ipsi Ropheyn bano et iudici curie sue perpetuari potuissent, idcirco idem Ropheyn banus premissa sua damna

*) V. ö. Wenzel, Á. Ú. O, X. k. 379. l.
**) V. ö. Wenzel Á. Ú. O, X. k. 371. l.

preiudicia iniurias et excidia atque vulnera suorum iobagionum expectans sibi tempus iusticie provenire sub silencio per quamplurimorum temporum curricula subportasset, postquam autem eiusdem divine pietatis misericordia illustrem principem dominum nostrum Karolum regem ab avitis laribus in regni solium vocasset et coronam et ipsius domini nostri regalis clemencia culminis ad laudem bonorum vindictamque malorum gladii a domino recepisset potestatem, ipsis Ropheyn bano et Ladislao viam universe carnis ingredientibus prememoratus Dwsa palatinus iuris vigorem florere conspiciens Samuelem fratrem ipsius Ladislai, quia universe possessiones ipsius per ipsum Samuelem detinebantur, primo anno domini M° CCC° XX° ad octavas beati Michaelis archangeli ad quindenas beati Martini confessoris legitima citacione facta iuxta continenciam litterarum citatoriarum capituli Agriensis, denuo autem ad octavas Epiphanie domini iuxta continenciam et tenorem litterarum capituli Waradiensis condigna ammonicione facta legitime in causam evocavit, prout plenius littere dictorum capitulorum et nostre per ipsum Johannem demonstrate seriem premissi negocii plenius (így) explicabant. Tenoribus autem premissarum litterarum et processibus dictarum causarum breviter compilatis iamdictus Johannes quamplures litteras nostras capitulorumque Waradiensis et Agriensis presentavit que inter cetera declarabant, quod cum nos premissis evolutis seriem omnium premissorum litteris nostris inserendo per hominem domini nostri regis sub ipsius capituli Agriensis testimonio totalem possessionariam ipsius Ladislai porcionem in Gyungus, Sadan, Bene et in aliis ubilibet in regno Hungarie ipsum contingentem tamquam legitime sentenciati in duabus partibus magistro Wz homini nostro in tercia vero parte prefato Dosa palatino perpetuo statuendo assignari fecissemus *) et ipsa causa pro eo quia sepedictus Samuel hominem domini regis et testimonium dicti capituli officialesque Dowse palatini et nostrum non legitime prohibendo a statutis possessionibus excluserat, diutissime ventilata extitisset, licet denuo iuris tramite non excessa agno-

*) L. Lampert orsz. bíró levelét 1322. máj. 21-ről, föntebb 15. sz. a.

scendo fore de iure porciones dicti Ladislai ad redempcionem fratrum proximorum propinquorum vicinorum et commetaneorum suorum pertinere, universos commetaneos proximos fratres et propinquos per hominem domini regis ad redimendam dictam possessionariam dicti Ladislai porcionem ad octavas diei Cinerum proxime preteritas in tribus foris provincialibus publice proclamari fecissemus, verum tamen quia qualitas quantitas seu quantivalencia quantave pecunie quantitate redimi deberet nobis non constabat, ob maioris iusticie evidenciam scribentes honorabilibus viris Waradiensis et Agriensis ecclesiarum capitulis, quia approbata regni consvetudo possessiones condempnatorum et legitime sentenciatorum redempcioni fratrum proximorum vicinorum et commetaneorum eorumdem si ipsorum foret voluntatis exponere consvevit, per Paulum filium Wrdugh et Robertum filium Laurencii sub testimonio capituli Waradiensis videlicet magistro Maurício canonico dicte ecclesie, item comitem Petrum de Chereukwz presente testimonio capituli Agriensis magistro scilicet Nicolao lectore iam dicte ecclesie homines domini nostri regis considerata qualitate et quantitate ac circumspectis utilitatibus universarum possessionariarum dicti Ladislai porcionum in duobus millibus marcarum presentibus commetaneis vicinis et conterminalibus earumdem estimando universos vicinos commetaneos proximos et propinquos atque fratres in tribus foris conprovincialibus, in Agria, in Conpolth et in Wysuntha, tribus diebus videlicet tercia feria proxima ante festum beati Barnabe apostoli, quarta feria et sexta sequentibus ad quindenas predicte quarte ferie ad redimendam totalem possessionariam dicti Ladislai porcionem publice fecissemus proclamari,*) ipso termino occurrente nemine altero de suis proximis propinquis commetaneis et vicinis nisi Samuele fratre dicti Ladislai comparente seque semel secundo et tercio non posse redimere allegante, non de legis equitate novem diebus sed ex iudiciarie benignitatis clemencia imo et ex superabundanti cautela quindecim diebus continuis per prenominatum Johannem procuratorem

*) L. az egri kápt. 1322. jun. 18-án kelt, I. Károly királyhoz intézett jelentését, dipl. lt. 2111.

Dowse palatini mediantibus procuratoriis litteris eiusdem universos commetaneos proximos fratres et propinquos fecimus prestolari, verum quia prenominatus Ladislaus filius Johannis prave sue cogitacionis desideria in secreto concepta in preiudicium regii honoris cui proprium est insolencias transgressorum gladio sue celsitudinis exterminare, in opus producere non metuens sua importuna audacia manus suas ad premissa sua maleficia extendere, non formidarat, nec tandem legitimis citacionibus inhibicionibus ac condignis evocacionibus et iudiciariis sentenciis sibi et ipsius spiritu exalato vice sue persone Samueli fratri suo factis et impensis ipse aut iam nominatus frater suus premissa sua maleficia emendare vel aliquam de eisdem pretendere racionem curaverunt, universaque possessionaria dicti Ladislai porcione sic condigne ad manus nostras iudiciarias et dicti Dowse palatini devoluta iuxta iuris exigenciam et regni hungarici approbatissimam consvetudinem fratres ipsius Ladislai proximi propinqui vicini et commetanei universi legitime in foris provincialibus ad redimendas universas possessiones dictum Ladislaum ubicunque contingentes, prout superius in presentibus sunt plenius exarata, proclamati venire aut aliquos pro se destinare non curarunt, idcirco premissa latrocinia, damna rerum, vulnera et excidia hominum ausu temerario in preiudicium regie maiestatis et iudicialis dignitatis imo et tocius status iuris et iusticie per ipsum Ladislaum perpetrata, ne huiuscemodi dicti Ladislai actus nefarii cuiquam iuri legi et iudiciali dignitati se opponere attemptanti audacie pertrahantur in exemplum, inpune petransire non valentes, unacum baronibus et nobilibus regni nobis pro tribunali consedentibus universas possessionarias dicti Ladislai porciones ubilibet in regno Hungarie ipsum contingentes videlicet in Gyungus, Bene, Sadaan et in aliis quibuscunque quocunque titulo ad se spectantibus nedum nunc sed adhuc retroactis temporibus vigente regimine prenominati domini Andree regis tamquam legitime sentenciati in duabus partibus nostris manibus iudiciariis in tercia vero prenominati Douse palatini titulo perpetue possessionis adiudicamus iudiciaria auctoritate tenore presencium devolvendas. In cuius rei testimonium ad perpetuam causarum sic legitime dispositarum cautelam, ne effre-

nata cupiditas sui prodiga captata oportunitate temporis super negociis iusto deliberacionis examine terminatis nova valeat litigia generare, presentes concessimus nostras litteras privilegiales pendentis sigilli nostri munimine roboratas. Datum in Themuswar, quinta feria proxima post festum beate Margarete virginis, anno dominice incarnacionis Millesimo trecentesimo vicesimo secundo.

Gyönyörű ép hártyán, melyről fehér-zöld selyem zsinóron függ az országbíró teljesen ép pecsétje; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 694. 6. dipl. ltár: 2119. Közli: Nagy Gyula.

29

1322. Nagy-Semjén, jul. 15. Szabolcs vármegye ispánja és bíró társai előtt a Hunt-Páznán nemzetségből való Péter Miklóstelek és Kozmatelek nevű birtokait Ubulfi Mihály fiainak egy évi használatra átadja.

Nos magister Stephanus filius Pauli bani et comes de comitatu de Zobolch necnon quatuor iudices de eodem damus pro memoria, quod in die divisione (így) beatorum apostolorum Petrus filius Benedicti filii Lukus de genere Hunth Pazlan (így) coram nobis constitutus ab una parte, ex altera vero Ladislaus et Michael magistri filiorum (így) Michaelis filii Hubul, idem Petrus antedictus viva voce et sana mente asserendo, quod quasdam possessiones suas Miclos Cozma Teluku vocatas cum omnibus usibus ac utilitatibus cum silvis et graminibus ad ipsas pertinentibus eisdem usque revolucionem istius anni utere condonasset et coram nobis relaxavit, que possessiones circa Bank sunt existentes. Datum in Nog Semien in die predicto, anno domini M° CCC° XX° secundo.

Zárlatán pecsét maradványaival; eredetije a N. Muzeumban a Kállay cs. lban. Ugyanott megvan Dózsa nádornak »in Debrecen feria 6-a ante 8-vas b. Jacobi apostoli« kiadott hasonló tartalmu oklevele. Közli: Tagányi K.

30.

1322. jul. 28. I. Károly király Újfalu nevü Sáros vármegyei birtokot, miután határát a szepesi káptalannal megjáratta, az Ákos nemzetségből való Mihály fiának Mychknek adományozza.

Karolus .. rex .. ad universorum noticiam .. harum serie volumus pervenire, quod cum magnificus vir magister Mykch filius Michaelis de genere Akus iudex curie domine regine consortis nostre carissime comes de Sarus et de Zemleyn .. sue fidelitatis servicia nobis proponens .. quamdam villam castri nostri Sarus Wyfolu vocatam pro suis meritoriis serviciis a nobis sibi dari perpetuo postulasset .. capitulo ecclesie sancti Martini de Scepus dedimus .. in mandatis, ut ipsorum mitterent hominem .. coram quo Kael filius Nicolai homo noster accedens super faciem dicte ville Wyfolu reambulando per veteres metas et antiquas statueret dicto magistro Mykch perpetuo possidendam .. quod quidem capitulum postmodum nobis rescripsit in hunc modum. Excellentissimo domino suo Karolo dei gracia illustri regi Hungarie capitulum ecclesie beati Martini de Scepus .. stb.*)

Prima meta incipit ex parte ville magistri Rykolphy Wrusalma vocate a plaga occidentali iuxta fluvium Tarcha ubi fluvius Lythoua vocatus cadit in eundem fluvium Tarcha, et inde procedit versus aquilonem supra iuxta eundem fluvium Lythoua et pervenit ad locum qui Kopu dicitur ad terram fratrum heremitarum ordinis sancti Augustini de Sarus et ibidem iuxta antiquum meatum fluvii Lythoua vocati est meta terrea, deinde super meatum eiusdem fluvii ascendendo tendit versus orientem, traseundo ipsum fluvium et statim ibi est meta terrea, deinde reflectitur versus meridiem ad novum meatum fluvii Lythoua et ibi iuxta litus eiusdem fluvii est meta terrea, deinde per novum meatum eiusdem fluvii ascendit versus orien-

*) Következik a káptalannak jelentése, Károly királynak Budán, 1322. mart. 1-én kelt rendeletére, a Henrik kanonok közbenjötte mellett teljesített beiktatásról, melyből az érdekes határjárást, a mint következik egész terjedelmében adjuk.

tem et pervenit ad antiquum meatum eiusdem fluvii et ibidem est meta terrea, deinde per antiquum meatum eiusdem fluvii tendit ascendendo versus orientem et pervenit ad novum meatum eiusdem fluvii ubi ipse fluvius dupplicatur et in divisione ipsius fluvii est meta, deinde super eundem fluvium tendit adhuc versus orientem et sub quadam arbore platani iuxta viam est meta, deinde ascendit ad montem Myhalzatety (így) vocatum per acuciem eiusdem montis versus aquilonem et super eundem montem sunt due mete terree de quibus in latere eiusdem montis descendit ad vallem iterum ad duas terreas metas in silva existentes, deinde cadit in fluvium Tarbocheynpothoka vocatum in quoquidem fluvio currit supra ad eiusdem fluvii caput de quo exit et ascendit ad verticem montis Javor dicti et in eiusdem montis vertice currit usque ad fluvium Thopl vocatum versus aquilonem et ibi separantur mete a terra comitis Langh et filiorum Dechk Kyusaytou vocata et sic descendendo per fluvium Thopl pervenit ad terram filiorum Jacobi dicti Lengen Jakorezey vocatam ad montem qui Javor dicitur et ibi est meta terrea, deinde descendendo versus meridiem pervenit ad quandam arborem gertyanfoa vocatam sub qua est terrea meta, deinde descendit ad fluvium Rothuvay vocatum et ibi in monticulo est meta terrea prope viam et transeundo ipsum fluvium pervenit ad montem Kyrallesey vocatum et de ipso monte descendendo versus orientem pervenit ad metam populorum de Zyben et ad terram filiorum Jacobi dicti Lengen et ibi sunt tres mete, una populorum de Zyben alia terre Wyfolu et tercia predictorum filiorum Jacobi, et ab eisdem tribus metis procedit versus meridiem per magnam viam, iuxta eandem viam est meta sub arbore kerchy et sic descendendo per eandem viam sub quodam monticulo circa eandem viam est meta terrea et sic per eandem viam per bonum spacium supra byrch pervenit ad terram populorum de Zyben et circa viam sunt due mete una de Wyfolu et alia populorum de Zeben, et sic eundo versus meridiem descendit ad fluvium Tarcha et transeundo ipsum fluvium est meta et inde ascendit ad montem satis magnum et pervenit ad terram filiorum Andree filii Ite et in eodem monte est meta, et inde vadit versus occidentem et directe descendendo pervenit ad metas

magistri Rykolphy et sic descendendo directe transit ipsum fluvium Tarcha et pervenit ad priorem metam et ibi terminantur mete; ereccioni autem metarum magister Rykolphus, frater Nicolaus prior fratrum heremitarum ordinis sancti Augustini de Sarus pro se et toto conventu suo in nostri personaliter comparens presencia, comes Langh filius Dechk cum fratribus et proximis eorum, item filii Jacobi dicti Lengen item iudex et populi de Zyben ac filii Andree filii Ite consensum prebuerunt et assensum. Datum feria sexta proxima post octavas Pasce anno domini Millesimo CCC° vicesimo secundo. Nos siquidem fidelitatum obsequia et obsequiosa merita magistri Mykch prenominati, que idem a tempore quo regnum Hungarie iure et ordine geniture nobis debitum nutu divino intravimus in secundis et adversis nostris processibus fidei constancia dubiis fortune casibus se submittens et specialiter cum castrum nostrum Neuichke nuncupatum quod per Ladislaum filium Omodey infidelem nostrum in obprobrium regiminis nostri detinebatur manu potenti expugnasset et expugnatum nostre maiestati applicasset ubi ipse magister Mykch letale pertulit vulnus et quamplures proximi et servientes ipsius cesi fuerunt et occisi, tunc eciam castra Petri filii Petunei infidelis nostri Purustyan Budrugzeg et Borko vocata zelo constancie et expiato fidelitatis animo prearmatus ut fidelitatem fidelitati aggregaret expugnasset diucius sub eisdem insudando et eadem obtinendo nostre serenitati assignasset, ubi similiter idem magister Mykch letalia vulnera pro nostri honoris augmento in se receperat et multi de suis proximis et servientibus pocioribus sunt interemti, exhibuit et inpendit, digna regali remuneracione fore attendentes, predictam villam seu possessionem castri nostri Sarus Wyfolu vocatam in comitatu de Wyuar existentem et ex hoc quod ius erat castri nostri nostre collacioni pertinentem cum tributo quod in eadem Wyfolu exigitur et exigi statutum est .. ex consilio baronum nostrorum memorato magistro Mykch et per eum suis heredibus .. damus donamus .. irrevocabiliter possidendam .. Datum per manus discreti viri magistri Ladizlai prepositi Thytulensis Albensis ecclesie electi et aule nostre vicecancellarii dilecti et

fidelis nostri, anno domini Millesimo CCC° vicesimo secundo, quinto kalendas Augusti, regni autem nostri similiter anno vicesimo secundo.

Az elveszett pecsét kék és veres selyem zsinóron függött; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 461. 15. Közli: Kovács Nándor.

31.

1322. aug. 5. I. Károly király Hosszúaszó, Mikeszász, Parád, és Szépmező birtokokat a Kis- és Nagy-Küküllő folyók mellett, Tolmácsi Corrard fiának Miklósnak adományozza.

Karolus .. rex .. ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod quia magister Nicolaus filius Corrardi de Tolmach nobis et corone sacre fidelitate adherendo grata iugiter multa et accepta servicia in expedicionibus regni nostri diversis contra infideles et rebelles nostros impendit et exhibuit, in eo potissimum quod cum Ladislaus filius Ladislai quondam woyvode Transsilvani cum suis fratribus elati superbia presumcione temeraria contra nostram maiestatem non sine infidelitatis nota se rebelliter opposuissent non modicam partem regni nostri in partibus Transsilvanis damnosis insultibus et tyrannicis vastitatibus invadendo multipliciter dilacerantes et nostris processibus plurima impedimenta prestantes, dictus Nicolaus filius Corrardi in oppressionem humiliacionem et exterminacionem predictorum nostrorum infidelium sincere fidelitatis obsequio et fervido opere efficaciter astitit suam suorumque personas dubiis fortune casibus pro exaltacione nostri regiminis submittendo, insuper idem Nicolaus sue fidelitatis sinceritatem et puram mentis constanciam exprimens castrum Salgo nuncupatum in partibus Transsilvanis constitutum quod habebat et detinebat ad manus nostras reddidit et restituit cum novem villis Zaszekees, Omlas, Feketewyz et Warolyafolw nominatis ac aliis quinque *villis olaceis* ad idem castrum pertinentibus, ex cuius castri et villarum restitucione preter augmentacionem nostri regiminis fidelibus nostris in illis partibus constitutis ab improvisis adversariorum nostrorum invasionibus sive insultibus tuta quies et tranquil-

litas optata successit; nos licet contra ipsum Nicolaum propter excessus *et delicta* Johannis fratris sui olim infidelis nostri *gravem animi* nostri contemptum habuerimus, inspectis tamen et plenius consideratis tot et tantis fidelitatibus et serviciorum fidelium meritis eiusdem omni rancoris materia et fomite conceptis contra eundem ex premissis et aliis causis quibuslibet pure et simpliciter remissis et evulsis (....) cordis nostri, ipsum Nicolaum filium Corrardi in nostre regie benignitatis graciam recipientes in nostrorum fidelium agregantes numerum et debite dileccionis premio prosequi cupientes, promisimus assumsimus promittimus et pollicemur nostra et venerabilis in Christo patris domini Benedicti episcopi Chanadiensis, et nobilium ac magnificorum virorum Demetrii magistri thavarnicorum nostrorum comitis Trynchynensis et Bachyensis, Thome woyvode Transsilvani et comitis de Zonuk ac Mykch iudicis curie domine regine karissime consortis nostre comitis de Sarus et de Zemleyn dilectorum et fidelium nostrorum fide mediante eundem Nicolaum filium Corrardi et suos heredes in omnibus suis et eiusdem Johannis fratris sui iuribus, possessionibus videlicet, tenutis, villis, terris, aquis aquarumque decursibus et aliis utilitatibus ac pertinenciis earundem tam hereditariis quam aquisiticiis habitis et possessis sine preiudicio iuris alieni, exceptis castro Salgo et villis suis prenominatis nobis per eundem restitutis ut premissum est, manutenere fovere et immutabiliter conservare perpetuo pacifice et quiete; si tamen idem Nicolaus in debita et promissa ac iurata per ipsum nobis sincera fidelitate similiter et sui heredes sincere ac debite fidelitatis obsequio perseverantur et invariabiliter persistant et ipsorum ubique impensa vel exhibenda regie maiestati servicia fidelia approbentur, litteras quoque omnes si que a nobis super donacione vel collacione possessionis vel possessionum predictorum Nicolai et Johannis vel alterius eorundem facta per nos quandocunque cuicunque vel quibuscunque processerunt vel sunt emanate, auctoritate presencium revocamus nunciantes eas frivolas et inanes viribusque carituras quandocunque vel ubicunque fuerint per quempiam presentate; amplius de benignitate regia quasdam villas nostras Huz(yw)azou et Mykezaza vocatas iuxta fluvium maioris Ky-

kullew necnon Parad et Zepmezew iuxta fluvium minoris Kykullew existentes, que olim predictorum filiorum Ladislai woyvode infidelium nostrorum, et ab eisdem exigentibus suarum infidelitatum excessibus et demeritis in nostras regias manus fuerunt iure et legitime devolute cum omnibus earumdem utilitatibus et pertinenciis universis sine preiudicio nihilominus iuris alieni predicto Nicolao filio Corrardi in recompensacionem fidelium serviciorum eiusdem et in concambium predicti castri Salgo et villarum pertinencium ad idem nobis datarum et restitutarum damus donamus tradimus et contulimus . . Datum per manus discreti magistri Ladislai prepositi Titulensis Albensis ecclesie electi et aule regie vicecancellarii nostre dilecti et fidelis nostri, anno domini Millesimo CCC° vicesimo secundo, nono idus Augusti, *) regni autem nostri similiter anno vicesimo secundo.

Ugyancsak I. Károly királynak 1327-ben »quinto kalendas May« kiadott átiratából, mely ismét az erdélyi káptalannak 1370-ben »in festo sancti Stephani regis et confessoris« »Nicolaus filius Petri dicti Chech de Dyznoyou« és testvére »magister Johannes« részére kiállított átiratában van meg; ennek eredetije megvan az orsz. ltár kincs. oszt. Acta Transilv. 12. 16. dipl. lt. 2120. Közli: Nagy Gyula.

32.

1322. Temesvár, aug. 6. Boleszló esztergomi érsek, a királyi kápolna szerzetese Bertalan s ennek egy másik szerzetes társa között föntforgott ügyet elhalasztja.

Nos B. dei gracia archiepiscopus Strigoniensis eiusdemque loci comes perpetuus damus pro memoria, quod quia secundum formam nostri iudicii Bartholomeus sacerdos capellanus domini regis contra Petrum sacerdotem filium Stephani assercionem suam super facto spolacionis sue, ablacione duorum equorum suorum valencium decem marcas et recepcione viginti marcarum suarum ter per nos legitime requisitus probare

*) Ezen keltezés hibás, mert a római naptárban csak nyolcz idus van; az oklevél írója egygyel többet számított s valószínűleg »nonas augusti« helyett írt »nono idus augusti«-t, azért az oklevél kelte bátran aug. 5-re tehető.

non assumsit, dictam causam ad octavas Epiphanie domini proxime venturas duximus prorogandam et sentencialiter discuciendam consilio saniori. Datum in Temesvar feria sexta proxima ante festum beati Laurencii martiris, anno domini M° CCC° XX° II.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije a N. Muzeumban, a Kállay cs. ltban. Közli: Tagányi K.

33.

1322. aug. 12. A váradi káptalan Dózsa nádornak jelenti, hogy Tóti zálogos birtokot Benczencz özvegye és rokonai a kitűzött határnapon nem váltották ki.

.. Dausa palatino comiti de Zothmar et de Zobouch capitulum ecclesie Waradiensis .. litteras vestras nobis directas recepimus tenorem hunc continentes: . . capitulo (l. föntebb 23. sz. a.) Nos igitur peticioni vestre annuentes ut tenemur debito iuris provocati cum predicto homine vestro discretum virum magistrum Mauricium socium et concanonicum nostrum pro testimonio transmisimus vice nostri ad premissa coram eo exequenda, qui quidem homo vester et nostrum testimonium demum ad nos reversi concorditer retulerunt, quod idem homo vester in presencia eiusdem nostri testimonii in tribus foris proviucialibus, videlicet in Waradino sabbato proximo post festum Divisionis apostolorum, item feria secunda in Kyruszeg et feria quinta in Chepha consequenter preteritis, iuxta consvetudinem regni approbatam fecisset publice proclamari, quod vicini et commetanei ac propinqui quibus ipsa possessio pertineret redimere, scilicet Toty vocata, usque ad quindenas beati Jacobi apostoli pro viginti quinque marcis fini argenti in quibus memorato magistro Emerico per nobilem dominam relictam Bencencii extitit impignorata, redimerent ab eodem; de quibus quidem vicinis et commetaneis ac proximis nullus extitit qui ipsam possessionem Toty vocatam voluisset redimere a magistro Emerico prelibato, per eundem magistrum Emericum quatuor diebus continuis a quindena festi beati Jacobi apostoli termini videlicet

antedicti legitime expectante (így) coram nobis. Datum quinto die quindenarum predictarum, anno domini M° CCC° XX° secundo.

Dózsa nádornak Debreczenben 1522. aug. 16-án kelt itéletlevéből, melynek eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 1534. 42. dipl. lt. 2115. V. ö. föntebb 24. sz. a. Az oklevél annyiban érdekes, hogy a »tribus foris provincialibus«-féle proclamaltatás elrendelésére egyik első adatot szolgáltatja. Közli: Nagy Gyula.

34.

1322. aug. 17. A pozsegai káptalan elött Cymba István, Domokos néhai nádornak fia, hogy István fiait Gergelyt és Pétert atyjok megöletése iránt kibékítse, Dobolch nevü birtokából egy részt reájok átruház.

Capitulum ecclesie beati Petri de Posaga . . ad universorum . . noticiam tenore presencium volumus pervenire, quod Gregorio et Petro filiis Nicolai filii Gregorii pro se et pro Paulo ac Pousa fratribus ipsorum ab una parte, ab altera vero magistro Stephano dicto Cymba filio Dominici quondam palatini in nostri presencia personaliter constitutis, propositum extitit per eosdem . . ut iidem filii Nicolai filii Gregorii super morte . . patris ipsorum per quosdam ad predictum magistrum Stephanum dictum Cymba pertinentes . . interfecti cum eodem magistro Stephano ad . . pacis concordiam devenissent, in hunc modum videlicet, quod idem magister Stephanus dictus Cymba prenominatis filiis Nicolai filii Gregorii in satisfaccionem . . quandam terram suam seu possessionem exceptam de possessione sua Dobolch vocata metis et terminis infrascriptis distinctam et separatam, item unum stagnum suum seu piscinam de Dobolch vulgariter Gragya vocatam in aqua Chernech existentem unacum duobus introitis aque vulgariter fok vocatis Gwnkopanicha et Sauina videlicet nuncupatis dedisset . . iure perpetuo . . obligans se nihilominus prefatus magister Stephanus dictus Cymba et suos successores . . prenominatos filios Nicolai . . expedire . . qui si expedire non possent extunc contra prefatos filios Nicolai ultra integrale homicidium patris eorumdem prenotatum in quinquaginta marcis ipso facto re-

manerent. Mete autem predictam terram prout partes retulerunt circumdantes hoc ordine distinguntur: prima meta incipit ab oriente in Dobolchpotok subtus unum molendinum et exit de ipso potok versus occidentem et pervenit ad arborem koktani que est in sessione Cupizlo sub qua est meta terrea, inde eundo directe venit ad metam terream, inde eundo transit unam silvam et venit ad metas antiquas Nicolai filii Georgii, inde eundo in parvo spacio cadit in Scopchenykpotok, abhinc eundo contra cursum eiusdem potok versus aquilonem pervenit ad magnam viam Dobolch ubi est arbor zyl cruce signata sub qua est meta terrea per quam scilicet viam itur de Orboua, inde tendit per eandem magnam viam versus orientem in magno spacio et transit Dobolchpotok et venit ad arborem piri cruce signatam sub qua est meta terrea, inde adhuc eundo in eadem magna via in magno spacio pervenit ad arborem piri cruce signatam sub qua est meta terrea, ubi exit de ipsa magna via et eundo versus meridiem cadit in quoddam potok in quo scilicet potok eundo per cursum aque exit de ipso potok ad dumum juhor ubi est meta terrea, abhinc eundo pervenit ad arborem piri sub qua est meta terrea, inde eundo venit ad dumos reketye ubi est meta terrea, inde tendit ad arborem tul cruce signatam sub qua est meta terrea, abhinc eundo transit parvam silvam et venit ad arborem zyl sub qua est meta terrea, inde eundo iuxta campum et sessiones Georgii pervenit ad arborem gertyan sub qua est meta terrea, abhinc reflectitur versus occidentem et venit ad arborem juhor cruce signatam sub qua est meta terrea, inde eundo cadit in Jazwinakpotok, inde contra cursum eiusdem potok versus aquilonem eundo pervenit ad caput ipsius potok, abhinc eundo iuxta terram filiorum Nicolai versus occidentem pervenit ad arborem piri cruce signatam sub qua est meta terrea, deinde eundo cadit in Dobolchpotoka et per cursum ipsius potok eundo pervenit ad priorem metam ibique terminatur.. Datum sabbato proximo ante festum beati Laurencii martiris, anno dominice incarnacionis Millesimo CCC° vigesimo secundo.

A vörös-lila- és zöld- színű selyemkóczon függött pecsét elveszett; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 1506. 26. dipl. ltár 2121. Közli: Nagy Gyula.

35.

1322. Debreczen, aug. 24. Dózsa nádor nővérének fiát Erdőfi Miklóst anyja leánynegyedi illetősége fejében Bihar vármegyei két birtokkal elégíti ki.

Dausa palatinus, comes de Zothmar et de Zobouch ac iudex cumanorum . . ad universorum noticiam harum serie litterarum volumus pervenire, quod nos habita deliberacione unacum nostris consiliariis idoneis decrevimus, quod Nicolaus filius Erdeu frater et consobrinus noster cum nostris filiis et successoribus post nostrum decessum pacifice et tranquille permaneat, ob hoc pro quarta domine matris sue Dom nominate sororis nostre carissime quasdam possessiones nostras a domino nostro rege Karolo obtentas et aquisitas, videlicet Moyspaulia et Ernefyastephanpaulia vocatas in comitatu de Byhor existentes ecclesiam in se in honore beati Johannis Baptiste continentes, quas quidem possessiones predictus dominus noster rex propter infideles et manifestos excessus seu processus Moys et Elley filiorum Moysi ac filiorum Stephani fily Erne abstulerat ab eisdem, prout omnibus regnicolis patuit manifeste, et nobis propter fideles famulatus nostros perpetuo contulerat, dedimus . . eidem Nicolao filio Erdeu . . cum consilio et assensu carissimorum filiorum nostrorum, scilicet Jacobi, Pauli, Andree et Dause nominatis (így); dicimus eciam quod quia privilegium nostrum super ipsis possessionibus confectum plures alias possessiones ab eodem domino nostro rege nobis collatas in se continebat, propterea ipsum privilegium eidem Nicolao dare et assignare nequivimus, sed si processu temporum possessiones prenotate per quempiam ab eodem reimpeterentur, predicti filii nostri vel eorum successores nostrum privilegium super premissis possessionibus emanatum exhibere teneantur et eundem Nicolaum vel suos heredes coram quovis iudice expedire; volumus eciam, quod predicte possessiones ipsi Nicolao tam diu perpetuari non possint, donec idem Nicolaus unacum filiis nostris prenotatis ad capitulum accedet et super ipsa quarta matris sue eisdem filiis nostris litteras expeditorias in eodem capitulo fecerit emanare . .

Datum in Debrecen, in festo beati Bartholomei apostoli, anno domini Millesimo CCC° vicesimo secundo.

Vörös selyem szálakon függő pecséttel; l. rajzát az »Arch. Értesítő« 1878. évi folyamában; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 1506. 27. dipl. ltár: 2122. Közli: Vincze Gábor.

36.

1322. aug. 25. A somogyvári convent jelentése Somogy vármegye alispánjához és bírótársaihoz a Bugár István és testvére Gunya által a nyúlszigeti apáczák kazsoki birtokán elkövetett hatalmaskodás megvizsgáltatásáról.

. . magistro Paulo viceiudici magistri Nicolai comitis Simigiensis et quatuor iudicibus nobilium comitatus eiusdem conventus monasterii beati Egidii de Symigio . . noveritis, quod receptis litteris vestris cum Thoma homine vestro de Kysburen Dominicum sacerdotem capellanum nostrum ad ea exsequenda que in ipsis litteris vestris continebantur in testimonium transmisimus, qui postmodum unacum eodem ad nos reversus nobis recitavit, ut idem homo vester in sui presencia a quibus decuit et licuit, a sacerdotibus et laicis, scivisset diligenter inquirendo, quod feria quarta post festum Assumpcionis beate virginis proximo preterita, clara die, magister Stephanus dictus Bugar et Gunya frater eius viceiudicem magistri Ladislai dicti Verus comitis Tolnensis ad villam religiosarum dominarum in Insula leporum clausarum Kosuk vocatam adduxissent et septuaginta pecora maiora centum vero animalia minuta et quinque equos recipi fecissent in eadem sine causa seu culpa aliquali. Datum feria quarta post festum sancti regis Stephani, anno domini M° CCC° XX° secundo.

Záró pecsét maradványaival; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. Mon. Pos. 45.]3. dipl. ltár: 2123. Közli: Vincze Gábor.

37.

1322. sept. 26. A nyitrai káptalan I. Károly királynak jelenti, hogy 1322. máj. 1-én kelt rendeletére (l. föntebb 12. sz. a.) Dezsö mester Nyitra és Pozsony vármegyei birtokai iránt azok jogos birtoklására nézve a vizsgálatot teljesítette; a jelentés következö tartalmú:

..Nos autem preceptis et mandatis serenitatis vestre obedire ut tenemur cupientes duos discretos et honestos socios et concanonicos nostros karissimos magistrum Stephanum cantorem ecclesie nostre et magistrum Andream custodem similiter ecclesie iam dicte ad tam arduum et preeminens negocium per vos nobis indictum fideliter exequendum duximus destinandos, qui euntes et negocio bene et evidenter intenti et omnimodo rei veritate edocti ad nos reversi nobis concorditer retulerunt in hunc modum, quod pociores et seniores nobilium comitatus Nitriensis, hospites circumiacentes et cuiusvis status homines vicini et commetanei Mogh filii Thome et Deseu filii Michaelis nobilium de Elephant coram predictis sociis nostris taliter affirmassent, quod Pudlusan et terra Geregin vocata ac eciam villa Bead dicta ab inclitis regibus Hungarie Bela et Stephano filio eiusdem per patres predictorum Mogh et Deseu circa fluvium Nitria sitas (így) in comitatu Nitriensi fuissent donate et aquisite; postmodum ut rei veritas lucidius elucescat in medium, predicti socii et concanonici nostre ecclesie ad comitatum Posoniensem se transtulerunt similiter ad requirendam investigandam et sciendam predicte rei veritatem, qui omnes nobiles predicti comitatus et cives de Tirna etate provecti hospites et cuiuslibet condicionis homines universi universaliter et singuli singulariter demum per nostros socios requisiti unacum vicinis commetaneis et conterminalibus predictorum nobilium de Elephant dixerunt respondisse, quod villa Suur vocata in qua est ecclesia beati Michaelis archangeli constructa ipsorum esset hereditaria a progenitoribus et patribus ipsorum sine inquietacione et metu possessa et circa eandem villam Suur est quedam terra Kecheufelde vocata a parte superiori, quam ab Andrea filio Jacobi Andreas, Thomas

et Michael nobiles de Elephanth empcionis titulo comparaverunt, item inter terram Suur ecclesiasticam et terram Kecheu terram ad usum unius aratri a Paulo filio Mogh predicti titulo emcionis sibi comparasse dinoscuntur, item circa eandem terram Kecheu quandam terram a Buda vocato prefati nobiles similiter titulo empcionis possederunt, item circa eandem terram Boda et inter terram comitis Abe quandam terram Mogh et Deseu a Laurencio et Chaak filiis Sauli a nobilibus de Zouor titulo empcionis sibi comparaverunt, que predicte possessiones existunt inter fluvium Wag et Dudwag; item quedam possessio Parna vocata circa civitatem Tirnauiensem in qua est ecclesia beate virginis fundata, quam predicti Andreas, Thomas et Michael comites a Herbordo patre Jenslini quondam iudicis civitatis empcionis titulo possederunt, item quandam terram similiter Parna vocatam circa eandem terram ecclesiasticam a Petro et Helya filiis Stephani de eadem magister Desew titulo empcionis sibi comparavit excepto Mogh comite, item Sumkerec prope fluvium Parna hereditaria, item Fonchol circa fluvium Peleua hereditaria in qua est ecclesia beati Petri apostoli constituta, item villa Chifer circa eundem fluvium Peleua hereditaria, item terra quedam Basur vocata ab inferiori parte terre Chifer aquisita et Daita a superiori parte Chifer hereditaria, item terra Feldfolua dicta hereditaria, item terra Perezlen ex utraque parte fluvii existens videlicet Peleua memorati, quam quidem terram Perezlen et terram Basur quondam rex Bela pie recordacionis eisdem Andree, Thome et Michaeli comitibus de Elephanth dederat in concambium possessionis ipsorum hereditarie Chomboy nuncupate, que terre Perezlen et Basur olim erant castri Posoniensis; item terra Fonchol hereditaria superior habens ecclesiam in honore spiritus sancti iuxta fluvium Piliotha, item Sdicfolua circa eundem fluvium hereditaria, item terra Aletal a regibus Bela et Stephano aquisita vicina terre Daita circa fluvium Peleua adiacens; ad ultimum vestram in hoc nolumus latere excellenciam quod predicti nobiles omnes litteras ipsorum casuales ordine iudiciario emanatas clausas videlicet et patentes, litteras privilegiales et omnia instrumenta quibus mediantibus predictas possessiones tenuerunt et possederunt in camera eccle-

sie beati Zoeradi martiris et nostra unacum reliquiis sanctorum, libris, ornamentis, casulis, plenario et omnibus apparatis ecclesiasticis seu depositis ecclesie nostre prefixe quibus avi et progenitores vestri reges incliti nostram dotaverunt ecclesiam, et aliorum nobilium quamplurimorum in camera nostre ecclesie pro nepharia opera manuum Mathei quondam palatini per omnia sunt concremata et semel et secundo perusta itaque in cineres redacta sunt pariter et favillas, in qua videlicet combuscione ecclesie dei et vestra damnum tria millia marcarum recepisse non ambigitur. Datum dominica die proxima ante festum beati Michaelis archangeli, anno domini M° CCC° XXmo secundo.

I. Károly királynak 1323. aug. 4-ikén kelt megerősítő átiratából; l. alább.

38.

1322. sept. 27. A nagy-váradi káptalan előtt András fia Balázs, vejének Ubulfi Mihály fiának Lászlónak Bödmonostor Szabolcs vármegyei birtok negyedrészét örökbirtokúl átadja.

Nos capitulum ecclesie Varadiensis . . significamus . . quod magistro Blasio filio Andree ab una parte, item magistro Ladizlao filio Michaelis filii Vbul genero ipsius magistri Blasii ex altera coram nobis personaliter comparentibus, idem magister Blasius quartam partem possessionis Beudmunustura vocate scilicet porcionem suam sine preiudicio iuris aliorum in comitatu de Zobolch existentis ob amorem proximitatis et dileccionem specialem ipsi magistro Ladizlao genero suo cum omnibus suis utilitatibus et pertinenciis dedisse . . est confessus . . Datum in festivitate beatorum Cosme et Damiani martirum, anno domini M° CCC° XX° secundo.

Hátlapján pecsét maradványaival, eredetije a n. Muzeumban a Kállay cs. lban. Közli: Tagányi K.

39.

1322. sept. 28. A jászai convent előtt Moythafi Moys fia Gergely, Bárczán lévő birtokrészét Drugeth Fülöp itélőmesterének Já-nosnak 10 évre zálogba adja.

Nos Michael prepositus et conventus de Jazov memorie commendamus . . quod Georgius filius Moys filii Moytha ab una parte, ab altera vero magister Johannes prothonotarius magistri Philippi coram nobis personaliter sunt constituti, propositum nobis extitit per eundem Georgium, quod fratres et generacio ipsius per continua et indebita litigia, ut ipsum de medio ipsorum de suis possessionibus evellere et extirpare valeant, in tantum agravassent quod iam iudicia in persolvendo et labores contra eosdem sufferre nequiret, considerando sibi remedium tale quod ne ceteras possessiones suas perdat et amittat eidem magistro Johanni fidedigno porcionem suam ipsum attinentem in terra Barcha vocata divisive a fratre suo Thoma separatam et sequestratam mediantibus nostris litteris et extra porcione matris sue cum omnibus utilitatibus suis, scilicet molendino ac aliis ad se pertinentibus, a data presencium usque ad decem annos in decem marcis plene ab eodem ut asseruit coram nobis receptis pignori obligasset . . Datum in vigilia beati Michaelis archangeli, anno domini M° CCC° vigesimo secundo.

Hátlaptán pecsét nyomaival; eredetije a Máriássy cs. lban, Idegen okm. 40.

40.

1322. Zágráb, oct. 2. Lampert országbíró Bánd mesternek Ja-kab fia István szekcsői várnagy és Damafi Miklós elleni ügyét elhalasztja.

Nos magister Lampertus iudex curie domini regis damus pro memoria, quod magister Band contra Stephanum filium Jacobi castellanum de Zekchu et Nicolaum filium Dama servientem suum legitime in curia citatos, sicut in litteris magistri Chanadini prepositi Varadiensis ecclesie et comitis ca-

pelle domini regis vidimus contineri, comparuit in termino coram nobis, qui scilicet Stephanus et Nicolaus personaliter comparuerunt et terminum assumpserunt ad *quindenas residencie presentis exercitus* domini regis ad plenam responsionem faciendam. Datum Zagrabie, sabbato proximo post festum beati Michaelis archangeli, anno domini M⁰ CCC⁰ XX⁰ secundo.

Záró pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 1698. 5. dipl. ltár: 2125. Közli: Vincze Gábor.

41.

1322. Zágráb, oct. 6. János tótországi bán Dolech nevü birtokot Knezapola és Grochina között, Rudolf fia Péter magvaszakadtával Saul fiainak: Tamásnak és Chernelnek adományozza.

Johannes regali gracia banus tocius Sclavoniae . . ad universorum noticiam . . harum serie volumus pervenire, quod consideratis et inspectis fidelitatibus . . comitum Thome et Chernel filiorum Sauli nobilium de Grochina nobis multifarie impensis . . quandam possessionem Dolech vocatam inter Knesapola et Grochinam existentem, quam Petrus filius Rudolphi titulo emcionis a filiis Lowete proximis eorumdem Thome et Chernel obtinuerat, et propter dicti Petri heredum carenciam ad nostram devenit collacionem, ipsam possessionem Dolech prefatis Thome et Chernel . . quemadmodum per antedictum Petrum extitit habita et possessa assignando iura et privilegia in manus eorum dedimus, donavimus et contulimus. Datum Zagrabie, in octavis festi beati Michaelis archangeli. anno domini M⁰ CCC⁰ XX⁰ secundo.

Függő pecsétje hiányzik; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 1534. 43. dipl. lt. 2126. Közli: Vincze Gábor.

42.

1322. oct. 6. A váczi káptalan előtt Heremcséni Olivér fia István, nővérének leány-negyedi illetőségét Marczali Lőrincz fiának Jánosnak mint sógorának kiszolgáltatja.

Nos capitulum ecclesie Wachiensis significamus . . quod Stephanus filius Oliverii de Heremchen ex una parte, et Johannes filius Laurencii de Morchol ex altera ad nostram personaliter accedentes presenciam idem Stephanus dixit, quod contra totam quartam partem puellarem in omnibus possessionibus suis, videlicet Heremchen, Katha, Hugyag et Zakul vocatis domine Elizabeth sorori sue uxori scilicet eiusdem Johannis antedicti provenientem necnon eciam pro duodecim marcis quas idem Johannes in prosecucione mortis patris sui videlicet Oliverii ac eciam sangvinis Dominici fratri sui antedicti expendisset ac totum negocium exequendo consumsisset, dedisset et coram nobis dedit mediam partem unius possessionis Heremchen vocate . . iure . . inventario possesse . . eidem Johanni . ., asserens eciam idem Stephanus, quod si se ipsum sine herede decidi contingat, aliam partem eiusdem possessionis pre aliis et ante alios modo premisso eidem Johanni et suis successoribus relinqueret et reliquit coram nobis Jacobo filio Johannis de Heremchen, item Thoma dicto Thoth filio Petri, item Pochuch filio Poche, item Loch, Petro, Johanne, Demetrio et Deseu filiis Iwanka de Bukur, item Rouoz, Paulo et Johanne filiis Bodo de Lizko, item Michaele, Paulo, Stephano, Johanne et Pocho filiis Petri de Suran, item Ivanka filio Nicolai de eadem Suran, item Renoldo filio Bolchard item Paulo filio Pouka ac aliis vicinis presentibus, et huic donacioni consensum plenum prebentibus et assensum . . Datum per manus discreti viri magistri Benedicti ecclesie nostre lectoris in octavis beati Michaelis archangeli, anno domini M° CCC° XXmo secundo. Venerabili in Christo patre domino Laurencio prelato nostro presidente, Stephano preposito, Benedicto custode, Detmaro cantore, Paulo Wachiensi, Johanne Pestiensi, Johanne de Zolnuk archidiaconis, magistro Iwan rectore misse matutinalis et aliis canonicis in ecclesia presentibus deo humiliter famulantibus et devote.

A szöveg alatt metszett betükkel, s kék czérnaszálakon függő megrongált pecséttel; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 689. 21. dipl. lt. 2127. Közli: Vincze Gábor.

43.

1322. Zágráb, oct. 16. Károly király Egyed fiának I. Ivánnak Horvátországban Guchkee vármegyében fekvő birtokait János bán által visszaadatni rendeli.

Nos Karolus .. rex .. consideratis fidelitatibus et fidelium serviciorum meritis magistri Iwan filii Egidii fidelis nostri et fratris ac filii eiusdem, quasdam possessiones eorum in Croacia existentes Kutynan, Tupal, in comitatu de Guchkee et Kunig vocatas simul cum uno molendino ad eandem Tupal pertinente reddidimus et per Johannem banum tocius Sclavonie Croacie et Dalmacie fidelem nostrum restitui precepimus eisdem, hominemque ipsorum in easdem introduci vice nostre persone, proteccioni eiusdem Joannis bani easdem comittendo. Datum Zagrabie, in festo beati Galli confessoris, anno domini Millesimo CCC° XX° secundo.

Hátlapján pecsét maradványaival; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 932. 17. dipl. ltár: 2128. Közli: Vincze Gábor.

44.

1322. oct. 18. Az egri káptalan I. Károly királynak jelenti, hogy Csák Máté Zemplén vármegyei Paga nevü birtokába Itefi Iván regéczi és dédesi várnagyot beiktatta.

.. Karolo .. regi Hungarie capitulum ecclesie Agriensis .. litteras vestre serenitatis recepimus continentes, quod mitteremus hominem nostrum pro testimonio fidedignum coram quo Emericus filius Alberti homo vester convocatis vicinis et commetaneis per veteres metas et antiquas reambularet quandam possessionem Mathei fily Petri de Trinchinyo Paga vocatam in comitatu de Zemlen existentem, quam ut in eisdem litteris vestris vidimus contineri pro infidelitate eiusdem ab eodem auferendo magistro Ihoni filio Ithe castellano de Regech et de Dedus dilecto et fideli vestro

pro fidelitatibus et meritoriis serviciis eiusdem vestra maiestas perpetuo possidendam contulisset, et reambulando cum omnibus utilitatibus et pertinenciis statueret dicto magistro Ihoni perpetuo possidendam . . Nos igitur . . misimus . . magistrum Jacobum archidiaconum de Sumbun, qui ad nos reversus dixit, quod prefatus homo vester ipso presente in octavis beati Michaelis archangeli de novo preteritas (így) accessisset ad faciem possessionis prenotate et eandem presentibus vicinis et commetaneis eiusdem possessionis et specialiter presentibus Gregorio Nicolao et Laurencio filiis Nicolai filii Pauli de Banay reambulasset et cum omnibus utilitatibus . . suis statuisset dicto magistro Ihoni iure perpetuo possidendam . . Datum in festo beati Luce ewangeliste, anno domini Millesimo CCC° XXmo secundo.

I. Károly királynak 1323. aug. 30-án kelt adománylevelébõl; l. alább.

45.

1322. oct. körül. Az egri káptalan Dózsai Hitlen Gyármán fiának Lipótnak Foyni Balázs füleki várnagy elleni ügyében megjelenésre új határnapot tüz ki.

Nos capitulum ecclesie Agriensis damus pro memoria, quod cum iuxta continenciam litterarum nostrarum memorialium Garmanus filius Hitlen de Dausa *in quindenis residencie exercitus* domini regis duos filios suos videlicet Lypoldum et Nicolaum composicionem confirmare magistro Blasio de Foyn castellano de Fylek, habitam inter ipsum et eundem magistrum Blasium mediantibus litteris nostris coram nobis statuere debuisset, adveniente ipso termino idem Nicolaus filius Garman personaliter comparuit coram nobis, affirmans eandem composicionem quam dictus pater suus cum ipso magistro Blasio fecit ratam habere et acceptam atque firmam prout in eisdem litteris nostris continetur; pro eodem vero Ipolito (így) fratre suo dictus Nicolaus exhibuit nobis litteras domini regis continentes quod cum idem Ipolitus sit cum domino suo in confinali castro eiusdem domini regis in partibus maritimis

in servicio eidem domino regi exhibendo et ob hoc in eisdem quindenis exercitus domini regis ad confirmandam prehabitam composicionem dicto magistro Blasio coram nobis nequeat comparere, ipsam confirmacionem litterarum ad octavas Pentecostes nunc venturas absque gravamine obligacionis alicuius deberemus prorogare, cum idem dominus rex duxerit hoc prorogandum; nos igitur mandatis eiusdem domini regis obtemperantes . . ipsam confirmacionem litterarum ad ipsas octavas Pentecostes . . duximus prorogandam . . Datum quarto die termini prenotati, anno domini M° CCC° XX° secundo.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 50. 18. dipl. ltár : 2108. Közli : Nagy Gyula.

46.

1322. Temesvár, dec. 13. I. Károly király előtt Gerárd keresztes lovag és bélai várnagy, az egész rend nevében, Gerebeni Hectorral és Punyk comessel, minden egymásnak okozott kártételekre nézve kibékül.

Nos Karolus . . rex . . memorie commendamus, quod fratre Gerardo ordinis cruciferorum sancti Johannis Jerosolimitani castellano de Bela vicepriore et preceptore per Hungariam generale pro se et pro religioso viro fratre Phylippo eiusdem ordinis cruciferorum magistro generali ac pro toto eodem ordine et nomine eorundem ab una parte, nobili viro magistro Hectore filio Wlkozlau de Greben pro se et pro comite Punyk fratre suo carnali ex altera coram nobis personaliter constitutis, propositum per eosdem extitit oraculo vive vocis, quod super omnibus damnis, nocumentis, destruccionibus, combuscionibus villarum seu incendiis, interfeccionibus hominum, mutilacionibus membrorum, illacionibus vulnerum, vastatibus, controversiis, malis, inimiciciis, iniuriis et causis ac causarum articulis quibuslibet motis, exortis, habitis et ventilatis hinc inde contra invicem usquemodo, componentibus probis viris, mutuo sibi invicem satisfacientes, ad plene pacis devenissent et concordie unionem, reddentes se partes super premissis omnibus propter bonum pacis sopitis iam et sedatis per omnia expeditos, ita

quod neutra parcium partem alteram super premissis vel aliquo premissorum in litem trahere aut aliqualiter valeat molestare, tali obligamine interiecto, quod si qua parcium . . partem alteram super premissis . . impetere vel inquietare . . attentaret . . extunc pars talia attentans contra partem alteram in ducentis marcis ante litis ingressum persolvendis ipso facto convincetur. Datum in Temeswar, in festo beate Lucie virginis, anno domini M° CCC° vicesimo secundo.

A zágrábi káptalannak 1369. september 14-iki átiratában, melynek eredetije megvan az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 1597. 21. dipl. ltár: 2132. Közli: Vincze Gábor.

47.

1322. dec. 14. A pécsváradi convent előtt a Nigol nemzetségből való János, Zalata nevű birtokát a Dráva mellett, a körösi monostornak szintén Zalata nevű birtoka mellett Baranya vármegyében, Sztárai Pálnak elörökíti.

Nos conventus monasterii Waradiensis memorie commendamus . . quod Johannes magnus filius Mortunus de Wertegey serviens magistri Pauli filii Johannis de Ztara pro eodem magistro Paulo domino suo ab una parte, item Johannes filius Lamperti de Keurus nobilis de genere Nygol et Stephanus filius Demetrii consobrinus eiusdem Johannis, qui se tales esse dixerunt, ab altera coram nobis personaliter conparentes, prenominati Johannes filius Lamperti et Stephanus filius Demetrii quandam terram eorum Zalata vocatam in comitatu de Baranya iuxta fluvium Draua in commetaneitate terre monasterii de Keurus eciam Zalate vocate et in commetaneitate terre Petri filii Mihedeus Hetene vocate existentem, totam sub veteribus metis et antiquis prefato magistro Paulo filio Johannis pro sexaginta marcis pecunie, quas ab eodem magistro Paulo dixerunt integraliter ad se recepisse . . se vendidisse sunt confessi . . super quo eciam presentibus *usque unius anni revolucionem* nobis reportatis nostrum privilegium concedetur; dixerunt eciam ipsi Johannes filius Lamperti et Stephanus filius Demetrii, quod ipsi prefatam

terram eorum Zalata vocatam eciam magistro Petro fratri carnali dicti magistri Pauli vendere voluissent, sed idem magister Petrus emere noluisset ab eisdem. Datum feria tercia proxima post festum beate Lucie virginis, anno domini M° CCC° XX° secundo.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 1507. 1. dipl. ltár: 2183. Közli: Vincze Gábor.

48.

1322. Nagy-Semjén, dec. 23. Szabolcs vármegye ispánja és bírótársai Csanád fiának Kállay Mihály ellen esküt ítélnek.

Nos magister Stephanus filius Pauli bani et comes de Zabuch necnon quatuor iudices de eodem damus pro memoria, quod Nicolaus filius Chanad in vicesimo secundo die Epiphanie domini contra magistrum Michaelem filium Michaelis debet iurare per arbitrium nono se sibi similibus, super eo videlicet, quod Paulus et Andreas servientes sui omnes equos suos et unam vaccam vitulum habentem non recepissent et ad se non duxissent. Datum in Nog Semien feria quinta proxima post festum beati Thome apostoli, anno domini M° CCC° XX° secundo.

Zárlatán pecséttöredékkel; eredetije a N. Muzeumban, a Kállay cs. lban. Közli: Tagányi K.

49.

1322. Az egri káptalan előtt Tabajdi Csirke Dénes Wapnow Borsod vármegyei birtokból, nagyanyai leánynegyedi illetőségére nézve, Bulchi Dénes által való kielégíttetését nyilvánítja.

.. capitulum ecclesie Agriensis .. ad universorum noticiam tenore presencium volumus pervenire, quod Dionisio dicto Chyrke filio Simonis de Thobaydy ex una parte, ab altera vero magistro Dionisio filio Blasii de Bulch pro se et pro Dominico, Johanne, Alexandro et Blasio filiis suis coram nobis personaliter constitutis, per ipsum Dionisium filium Simo-

nis propositum extitit, quod super omnibus causis et accionibus suis, quas ipse vice et nomine domine avie sue matris Alexandri filii Stephani de Betl uterine sororis dicti Blasii in facto requisicionis quarte ipsius domine moverat usquemodo vel habebat contra ipsos magistrum Dionisium et filios suos, assignata et tradita per eosdem pro ipsa quarta quadam possessione eorum Wapnow vocata in comitatu Borsudiensi existenti iure perennali possidenda sibi et eidem domine per ipsos in premissa quarta omnino extitisset satisfactum, dimittendo eosdem super tota requisicione eiusdem quarte domine avie sue coram nobis per omnia expeditos . . presentibus tamen magistro Petro preposito, Nicolao lectore, Martino cantore, Nicolao custode, Dominico de Wyuar, Waltero de Berusua, Laurencio de Kemey, Jacobo de Sombun, Petro de Zemlen, Benedicto de Borsud, alio Benedicto de Vug, Stephano de Heues, archidiaconis et aliis multis, anno domini M° CCC° XX° secundo, regnante Karolo illustri rege Ungarie, Bolezlao Strigoniensi, Ladizlao Colocensi archiepiscopis, domino Chanadino electo ecclesie Agriensis existentibus.

A szöveg alatt metszett betükkel; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 558. 12. dipl. ltár: 2134. Közli: Vincze Gábor.

50.

1322. A buda-felhévízi convent elött, ó-budai lakos Fördös György özvegye Felhévízen levö házát Becsei Imre lévai várnagynak elörökíti.

Nos frater Georgius prior et conventus cruciferorum ecclesie sancte trinitatis de Calidis Aquis . . significamus . . quod domina Elisabeth relicta Georgii condam balniatoris nunc vero consors Michaelis filii Johannis de Veteri Buda cum eodem Michaele ab una parte, et magister Emericus de Beche maior plaustrorum domini regis et castellanus de Lewa ex altera coram nobis personaliter constituti, idem Michael et domina predicta quandam domum eorum cum curia et vinea existentem in eisdem Calidis Aquis in vicinitatibus domorum

eiusdem magistri Emirici et Johannis filii Stephani filii Churgho cum omnibus utilitatibus et pertinenciis suis confessi sunt eidem magistro Emirico .. pro quatuor marcis argenti vendidisse de voluntate cognatorum eorumdem nullo contradictore existente; assumens nihilominus idem magister Emiricus de sessu (így) dicte domus omnia iura, scilicet terragium collectas et alia que de villa eiusdem Calide Aque exigi con (. . . . .) regibus, tam reginabus quam eciam (. . . . . .) bus cum eisdem persolvi. Datum feria quarta proxima post oc (. . . . . .) domini M° CCC° XX° secundo.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 860. 8. dipl. ltár: 2135. Közli: Vincze Gábor.

51.

1323. Temesvár, jan. 6. I. Károly király az ország rendeinek kérésére a néhai István bán pénzmértékének megfelelő új pénz verésére rendeletet bocsát ki.

Karolus .. rex .. capitulo ecclesie Transsilvane .. noveritis, quod prelati, barones et nobiles regni nostri habito inter se diligenti .. colloquio, ad nostram accedentes presenciam, humiliter a nobis postularunt, quod quia per indebitam monetam camere nostre regnicole nimium gravarentur, propter restauracionem pristini status regni nostri et utilitatem meliorem bonam novam monetam perpetuo durabilem et per totum regnum nostrum ubique discurrendam fabricari faceremus, et ut hoc concederemus, iidem prelati, barones et nobiles regni nostri de singulis portis iobagionum suorum et aliorum omnium populorum in regno nostro existencium, nullo penitus exempto, videlicet tam in civitatibus eciam quam in oppidis constitutorum singulos dimidios fertones cum argento vel denariis iuxta valorem argenti hoc anno nobis dari et persolvi ordinantes assumpserunt; verum nos iustis peticionibus eorundem prelatorum, baronum et nobilium regni nostri inclinati ut tenemur, cameras nostras seu comitatum camere per totum regnum nostrum comiti Heys, Ladislao

dicto Gurhes, Emerico fratri domini episcopi Waradiensis, Petro dicto Peuldre, et Jos (. .) ch fidelibus nostris simul cum predictis dimidiis fertonibus vendidimus et loquavimus, bonos novos denarios scilicet oct (. . . .) ionis per totum regnum nostrum ad pondus denariorum banalium antiquorum quos Stephanus quondam banus tempore domini Bele regis.. cudi fecerat, per eosdem comites camerarum nostrarum precipiendo et committendo fabricandos ac (. . . .) regnum nostrum absque condicione aliquali perpetuo discurrendos, ordinandoque et statuendo, ut pro tribus viennensibus v (. . . .) s denarius camere nostre, et pro duobus antiquis banalibus similiter unus novus denarius, pro uno autem posso boc (. . . .) tres novi denarii pro argento vero cum pondere budensi ad unam marcam quinque pense novorum denariorum, ab ipsis (. . . .) camere nostre cambiantur. Quare fidelitati vestre precipimus per presentes quatenus dum iidem comites camere nostre (. . . .) aliquis ex ipsis seu officiales ipsorum predictos novos denarios nostros in medium populorum vestrorum ubique existencium p(resen)taverint, per eosdem populos vestros diligenter suscipi, honorifice acceptari et potenter currere, ac cambium ordine prescripto, absque contencione faciatis; et ipsos dimidios fertones de singulis portis seu mansionibus, cum argento, vel denariis ad valorem argenti ipsis comitibus camere nostre vel alicui ex ipsis seu officialibus ipsorum adhoc deputatis, presente homine magistri Nicolai dispensatoris nostri, quem iidem comites camere nostre eis pro socio a nobis pecierunt, ex integro dari et plene persolvi facere debeatis, aliud non facturi, alioquin damnum, si quod camera nostra, ex parte populorum vestrorum pateretur, per eosdem populos vestros cum ipsorum gravamine restaurari faciemus. Datum in Temeswar, in festo Epiphanie domini, anno eiusdem M° CCC° XX° tercio.

Eredetije a gyulafehérvári káptalan ltarában, Centuria R. 23. sz. Közli: Pesty Frigyes.

52.

1323. Temesvár, jan. 13. I. Károly király előtt Corrard fia Miklós, Gyznoyo helységben lévő házát sógorára Mihály fiára Péterre örökjogon átruházza.

Nos Karolus .. rex .. significamus .. quod comes Nicolaus filius Corrardi dilectus noster coram nobis personaliter constitutus domum suam in civitate Gyznoyo vocata existentem iure hereditario sicut dixit sibi debitam cum attinenciis suis et utilitatibus universis, proximitatis et caritative dileccionis que opus perfectum habet ob favorem, nobili viro magistro Petro filio Michaelis dilecto et fideli nostro proximo suo et domine sorori sue consorti videlicet ipsius magistri Petri dedit et contulit iure perpetuo .. Datum in Themeswar, in octavis Epiphaniarum domini, anno eiusdem M° CCC° XX° tercio.

I. Károly királynak 1324. april 13-án kelt »Petrus frater magistri Simonis filii Michaelis kérésére kiállitott átiratából, mely ugyancsak I. Károly által 1332. február 14-dikén ismét átiratott, melynek eredetije megvan az orsz. ltár kincst. oszt. Act. Trans. 12. 17. dipl. ltár: 2141. Közli: Vincze Gábor.

53.

1323. Gáva, jan. 19. Fülöp nádor Úzfi Lukács azon panaszára, hogy testvérét Kállay István megölte, ezen utóbbit maga elé idézi.

Nos Philippus palatinus iudex comanorum comes de Scepus et de Wyuar damus pro memoria, quod in congregacione nostra generali cum universis nobilibus comitatus de Zoboulch .. in villa Gawa celebrata .. Lucach filius Uz .. dixit quod Stephanus filius Michaelis .. in villa Th (. . . . .) Andréam fratrem suum occidisset .. unde commisimus quod .. Stephanus .. contra Lucach coram nobis in villa Wysl teneatur comparere .. Datum in Gawa, feria quarta proxima

post festum beati Anthonii confessoris, anno domini M° CCC° XX° tercio.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije a N. Muzeumban, a Kállay cs. ltban. V. ö. Fejér Cod. Dipl. VIII. 2. 490—491.

54.

1323. február 1. Az erdélyi káptalan előtt, Vizaknai László comes ryngenkergi birtokrészét testvérére Alardra örökjogon átruházza.

Capitulum ecclesie Transsilvane . . ad universorum noticiam . . volumus pervenire, quod constitutis coram nobis Ladizlao filio quondam comitis Alardi de Vizakna ab una parte, et Alardo comite fratre suo de eadem ex altera, idem Ladizlaus confessus est oraculo vive vocis porcionem suam in terra seu villa Ryngenkerg vocata in decanatu de Spreng existente eundem Ladizlaum iure hereditario contingentem cum omnibus utilitatibus suis . . de consensu et assensu Michaelis et Nicolai fratrum suorum vendidisse et tradidisse . . predicto comiti Alardo fratri suo . . pro decem marcis fini argenti iure perpetuo et irrevocabiliter possidendam . . quas decem marcas ipse Ladizlaus confessus est plenarie se recepisse a comite Alardo fratre suo supradicto, obligans se insuper idem Ladizlaus ab omnibus processu temporum racione dicte particule terre Ryngenkerg per eum ipsi comiti Alardo vendite eundem comitem Alardum fratrem suum vel heredes suos impetere . . volentibus per omnia expedire . . Datum in vigilia Purificacionis beate virginis, anno domini M° CCC° vicesimo tercio, Nicolao preposito, Santo cantore, Thoma custode, Dominico archidiacono de Doboka decano ecclesie nostre existentibus.

Fehér czérnaszálakon függő pecséttel. Kivonatát hibás nevekkel közli Fehér id. m. VIII. 6. 68. l.; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. N.-Szeben, 9. szekr. 41. A. dipl. ltár: 2142. Közli: Vincze Gábor.

55.

1323. febr. 18. A nyitrai káptalan által Zobona mester, testvére Miklós részére, ennek lovai eltolvajlása dolgában vizsgálatot teljesíttet.

Nos capitulum ecclesie Nitriensis . . significamus . . quod nobilis vir magister Nicolaus frater magistri Zobona de comitatu Nitriensi ad nostram accedens presenciam, damna, videlicet duorum equorum de quibus unum palefridum *pey* coloris in civitate nitriensi de Iwanka videlicet cive nitriensi octo marcis precio comparaverat, alium vero *peeg* coloris valentem ultra decem marcas, quem ex collacione domini regis Zagrabie pro serviciis suis obtinuerat, Paulus dictus Sclaus serviens suus et Nicolaus frater eiusdem ab eodem fugitive abstulissent, pretens nos idem magister Nicolaus cum instancia ut nos hominem nostrum fidedignum cum homine Johannis vicecomitis Nitriensis ac quatuor iudicum nobilium de eodem ad sciendum et inquirendum meram et omnimodam veritatem pro testimonio transmittere dignaremur; volentes igitur nos ipsius iustis peticionibus annuere ut tenemur, magistrum Lucam scolasticum nostrum cum homine comitum superius nominatorum transmisimus, qui ad nos redeuntes secundum inquisitam et rescitam omnimodam veritatem a nobilibus et ignobilibus pauperibus et divitibus iuxta premissa ablacionem et sublacionem ipsorum equorum invenerunt, sicut iidem sub cirografo iuramenti nobis propalavit. Datum feria sexta proxima ante dominicam Reminiscere, anno domini Millesimo CCC° XX° tercio.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. Mon. Pos. 49. 4. dipl. ltár: 2144. Közli: Vincze Gábor.

56.

1323. Temesvár, febr. 26. I. Károly király Pál fiának Györgynek temesvári alvárnagynak Harkány Baranya vármegyei birtokba való beiktatására a pécsi káptalant kiküldi.

Karolus . . rex . . capitulo ecclesie Quinqueecclesiensis noveritis . . quod magister Georgius filius Pauli vicecastel-

lanus castri nostri de Themeswar ad nostram accedens presenciam sueque fidelitatis servicia nobis impensa declarans et exponens quamdam possessionem Harkan nominatam in comitatu de Barana existentem, asserens eam esse hominis sine herede decedentis, et ex eo iure nostre collacioni pertinentem pro fidelibus suis serviciis a nobis sibi dari et perpetuo conferri postulavit, et quia nobis de qualitate et quantitate ipsius possessionis et utrum nostre collacioni pertineat nec ne, veritas non constat, fidelitati vestre precipimus per presentes quatenus detis hominem vestrum pro testimonio fidedignum quo presente Andreas filius Simonis vel Nicolaus dictus Rex, si alterum abesse contingat, homo noster prefatam possessionem convocatis vicinis et commetaneis eiusdem possessionis per veras et antiquas metas reambulando eciam ubi necesse fuerit novas metas erigendo . . statuat predicto magistro Georgio perpetuo possidendam . . Datum in Temeswar, sabbato proximo ante dominicam Oculi, anno domini M° CCC° vicesimo tercio.

A pécsi káptalannak erre 1323. mart. 17-én kelt jelentésében átírva ; l. alább.

57.

1323. mart. 5. Az egri káptalan I. Károly királynak jelenti, hogy Apród Istvánt Garadna birtokába beiktatta.

Karolo . . regi . . capitulum ecclesie Agriensis . . litteras vestre serenitatis recepimus inter cetera continentes, quod mitteremus hominem nostrum pro testimonio fidedignum quo presente Stephanus Crispus de Chabad homo vester quandam possessionem Garadna vocatam in comitatu de Wywar iuxta fluvium Hernad existentem cum omnibus utilitatibus suis videlicet tributo molendinis et aliis quibuslibet pertinenciis suis convocatis vicinis et commetaneis suis per veteres et antiquas metas reambulando statueret magistro Stephano dicto Oprod perpetuo possidendam si non fieret contradictum, condradictores vero si qui fierent contra eundem Stephanum ad vestram citaret presenciam ad terminum com-

petentem; nos igitur misimus . . magistrum Michaelem socium nostrum qui ad nos reversus dixit, quod prefatus homo vester ipso presente feria quarta medii Quadragesime super faciem dicte possessionis accedendo . . statuisset ipsi Stephano dicto Oprod perpetuo possidendam et nullus contradictor extitisset . . Datum sabbato proximo ante dominicam Letare, anno domini M° CCCmo XXmo tercio.

I. Károly királynak 1323. december 3-án kelt adományleveléből; l. alább.

58.

1323. Temesvár, mart. 6. I. Károly király Somoskö várát Tamás erdélyi vajdának adományozza.

Nos Karolus . . rex . . significamus . . quod . . multiplicatis fidelitatibus magnifici viri Thome woyvode Transsilvani dilecti et fidelis nostri, quibus nobis in exhibendo fidelia obsequia desudavit et multis periculosis casibus atque necis formidande pluribus in locis se submisit, in memoriam nostram revocatis volentes eidem Thome woyvode fideli nostro tam pro gratuitis et acceptabilibus suis famulatibus nobis provide per eundem exhibitis quam eciam propter hoc quod idem Thomas woyvoda tam sollemne gaudium et letabundum quo temporaliter maius habere nos non extimavimus videlicet *nativitatem filii nostri primogeniti* personaliter annunciavit nostre maiestati, regie retribucionis occurrere cum favore, quoddam castrum nostrum Sumusku nominatum quondam Leustachy et Jakw filiorum Petri de genere Kachyk infidelium nostrorum et per eosdem in signum sue infidelitatis, sub illa opinione et nephanda presumpcione ut maiorem infidelitatem contra nos et sanctam coronam possent procurare, Matheo filio Petri capitali nostro infideli venditum et traditum, unde nobis idem Matheus in maiori parte ex eorumdem induccione et procuracione crudeliter unam partem regni nostri ablacione bonorum et villarum concremacione inpie reliquit devastatam, et postmodum ut ipse Matheus prope Cassa validum contra nos conflictum habuisset ubi Christus victoriam nobis dedit adopta-

tam, iidem Leustachius et Jakw vexilla ipsorum infidelitatis erigendo manifeste nobiscum dimicarunt, tam ab ipsis quam ab eodem Matheo in infidelitate mortuo infidelibus nostris manifestis eo modo ad manus nostras devolutum, cum omnibus pertinenciis seu attinenciis suis universis nihildemtis de eisdem et exceptis eidem Thome woyvoda dedimus donavimus et contulimus iure perpetuo . . Datum in Thumuswaar, in dominica Letare Jerusalem, anno domini Millesimo trecentesimo vigesimo tercio.

Hátlapján nagy kerek pecsét maradványaival; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 669. 21. dipl. ltár: 2147. Közli: Nagy Gyula.

59.

1323. mart. 17. A pécsi káptalan I. Károly királynak a föntebb 56. sz. a. közölt rendeletét átírván, Pál fiának Györgynek Harkány birtokba való beiktatásáról és a határjárásról a királyhoz intézett jelentését így folytatja:

. . cum nos mandatis . . celsitudinis vestre in omnibus obedire teneamur, unacum Andrea predicto homine vestro discretum virum magistrum Johannem socium et concanonicum nostrum ad sciendum de qualitate et quantitate ipsius possessionis et ad reambulandam et certis metis eandem limitandam ac statuendam iuxta mandatum serenitatis vestre predicto magistro Georgio perpetuo possidendam misissemus, iidem ad nos reversi nobis concorditer retulerunt, quod predicta possessio ab antiquo extiterit terra vdwarnicorum vestrorum vestreque collacioni pertinens de iure et de facto, quam possessionem dicti homo vester et noster reambulantes statuissent eidem magistro Georgio . . nullo contradictore in hac parte penitus existente; cuius quidem possessionis mete et limitaciones . . tali ordine sunt distincte: incipit prima meta iuxta possessionem nostram Geud vocatam in latere cuiusdam montis circa arborem nucis sub qua est meta terrea, deinde tendens ad tres arbores nucis deinde venit infra versus meridiem ad magnam viam ubi est meta terrea, deinde versus eandem plagam venit ad quosdam

dumos et iuxta eosdem domos (így) ad arborem thul pro meta consignatam, deinde per eandem viam iuxta terram Sene venit similiter ad arborem thul iuxta quam arborem est meta terrea, deinde pervenit ad arborem salicis iuxta quam est meta terrea, post hec procedens vadit iuxta aquam Sene ad arborem jegune, inde transeundo aquam Sene circa magnam viam venit ad metam terream, inde divertit se ad occidentem per unam antiquam viam ad unam palidem (így) ad septemtrionis (így), per magnam viam venit ad arborem thul in qua est meta terrea, inde paululum procedit per eandem viam perveniens ad arborem thul ubi est meta terrea, inde tendit ad villam Vyfolu ubi est arbor nucis magna, deinde per eandem plagam iuxta unum pratum ad quandam arborem gumulchenfa dictam, inde per eandem partem inter vineas inascendendo venit ad arborem nucis, inde ad montem et in vertice eiusdem montis tendendo iuxta vineas existentes in territorio terre Zaua vocate, deinde per eundem montem tendit ad orientem et pervenit ad unam viam lapidosam ubi est meta terrea, ibi distingitur a metis terre nostre Thurul vocate, inde similiter ad orientem in latere eiusdem montis divertit ad unam arborem magalfou dictam ibique terminatur. Datum feria quinto proxima post dominicam Judica, anno domini M° CCC° vicesimo tercio.

Hátlapján hosszúkás pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 1507. 5. dipl. ltár: 2145. Közli: Nagy Gyula.

60.

1323. Buda, mart. 20. Demeter kir. tárnokmester Fülöp nádort fölkéri, hogy Kállay Lászlót és Istvánt Semjén helységben gyakorolt vámszedési joguk gyakorlatában hagyja meg.

Magnifico principi Philippo palatino comiti de Scepus et de Wyvar Demetrius magister tavarnicorum domini regis comes Baciensis et Trinchyniensis proximitatis debitum incrementum, nobilitatis vestre proximitas dignetur et velit reminisci, quod ob reverenciam specialem et eminencioris amicicie

causa, nos in patris nomine assumpsistis et spopondistis vocaturos, nosque huiusmodi confidencie habentes speramus prout patri suppetit ad filium reverendum recursum habere non desistimus, super quo vestre amicicie nobilitatem presentibus petimus affectuose, quatenus tributum Ladislai et Michaelis servientum nostrorum, quod in villa ipsorum Semien hactenus percipi extitit consvetum, donec nostram personam videre deo propicio valebitis, litteris vestris mediantibus eisdem percipere permittatis et sicut in vestre proximitatis filiacione confidimus secus non facturi in premissis. Datum Bude in dominica Ramispalmarum, anno domini M⁰ CCC⁰ XX⁰ tercio.

Kivül: Philippo palatino proximo suo.

Zárlatán pecsét maradványaival; eredetije a N. Muzeumban a Kállay cs. ltban.

61.

1323. Nagy-Semjén, mart. 15. Szabolcs vármegye ispánja és birótársai előtt Egyed comes fia Simeon a Laskod nevü birtokán Nyakas Pál által elkövetett hatalmaskodásról előterjesztést tesz.

Nos magister Stephanus filius Pauli bani comes de Zabuch et quatuor iudices de eodem damus pro memoria, quod magister Symeon filius Egidii comitis . . feria tercia post dominicam iudica me . . protestavit ut Paulus dictus Nakas iobagiones ipsorum de Laskud meridionale de fructibus proibuisset . . Datum in Nog Semien in die predicto, anno domini M⁰ CCC⁰ XX⁰ tercio.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije a N. Muzeumban, a Kállay cs. ltárban.

62.

1323. mart. 29. I. Károly király átírván a Gútkeled nemzetségbeli Omode fia Miklós soproni főispán számára Berény, Dencs és Sztupán nevű Somogy vármegyei birtokokról szóló, 1317. febr. 24-én kelt adománylevelét (l. I. köt. 375. lap), az adományos érdemei közül az utódok emlékezetére a következőket sorolja elé:

.. imprimis quidem cum adhuc regimen et regni nostri gubernaculum pleno non fuissemus adepti et ipsum regnum nostrum ab infidelibus et potentibus baronibus emulis nostris contra nostram maiestatem undique occupatum detineretur, quique barones universos nobiles regni nostri quos serviciis suis coactos violenter applicaverant ad impendendum regie maiestati servicia venire non sinebant quasi sub quadam servitute detinentes eosdem, ipse magister Nicolaus fidelitatis ardore succensus a societate filiorum Herrici bani tunc infidelium nostrorum se retrahendo nobis ingenti devocione et fidelitate sincera indissolubiliter adherens, possessiones et omnia bona sua ac servientum suorum pro recuperacione regni et exaltacióne honoris nostri in manus infidelium nostrorum ad diripiendum devastandum et desolandum committere minime formidavit, et se ipsis filiis Herrici potenter opponente eorumdem tenutam castra et potenciam que de bonis regalibus ab olim infideliter usurpate et occupate extiterant nostre celsitudini recuperavimus et suo fideli servicio ac probitatis sue milicia subiugavimus; demum cum ad expugnanda castra de Machou et subiiciendum ipsum regnum nostro regimini ac reprimendam vesanam insolenciam sclavorum scismaticorum ipsius regni, per quos nobis et regno nostro grande scandalum oriri videbatur et fuerat iam exortum, exercitum validum movissemus et difficilis transitus fluvii Zave per algorem hiemalis temporis opposito ac resistente nobis exercitu dictorum sclavorum gentis scilicet regis Vrosii adversarii nostri in littore seu portu transitus processum nostrum retardaret, ipse magister Nicolaus tanquam vir strennuus fortune se submittens contra pre-

dictos scismaticos ante omnes alios cum suis transeundo exercitui nostro transitum seu vadum securum preparavit; ubi studio fidelissimo castrum Machou cum suis viribus et actibus bellicosis in maiori parte occupavit et sic grandis materia et causa scandali nostri regni mediante eiusdem magistri Nicolai fideli ministerio quodam modo est sedata; ceterum dum quidam barones theotonici de Austria prebentes auxilium Andree filio Gregorii nostre maiestati rebellanti confinia regni nostri invasissent civitatesque et oppida quamplurima ac fidelium nostrorum possessiones hostili invidia perflati crudelitate tirannica devastassent et penitus desolassent, idem magister Nicolaus zelo fidelitatis armatus cum suis et quibusdam aliis fidelibus nostris in occursum eorumdem hostium nostrorum processit et cum eis viriliter dimicavit; in quoquidem conflictu deus ulcionum et dominus exercituum ex alto prospiciens ipsi magistro Nicolao triumphum contulit et victoriam laudabilem peroptatam; ubi ceteris theotonicis prostratis et cesis sex barones potentissimos scilicet Scedeker Gelleuser Pronnar Pregnar Wyrdusmodar et Preghamar nominatos et strennuos milites partis adverse captivavit, quos cum dextrariis vexillis et armis militaribus in signum victorie nostre maiestati presentavit, per quod status regni, regalis honor et imperium nostrum non modicum sumsit incrementum; preterea cum Matheus filius Petri de Trenchul quondam infidelis noster in infidelitate sua vitam finivisset, ipse magister Nicolaus cum suis in terram dicti Mathei inmediate potenter primus intravit et antequam nos supervenissemus quatuor castra eiusdem Mathei, Opon Grogh Preuge et Baymach vocata, ingenio proprio et probitatis sue milicia occupavit, que tandem nostre maiestati fideliter assignavit, per quod omnes alii castellani eius non confidentes posse nobis resistere ad nostram venire graciam necessario sunt coacti, et sic tenuta ipsius Mathei post dei adiutorium ipsius magistri Nicolai fideli servicio et laudabili probitate extitit nobis recuperata et nostro regimini subiugata . . Datum per manus discreti viri magistri Ladizlai prepositi ecclesie Albensis aule nostre vicecancellarii dilecti et fidelis nostri, anno domini M° CCC° XX° tercio, quarto kalendas Aprilis, regni autem nostri anno similiter vigesimo

tercio. Venerabilibus patribus dominis Bolezlao Strigoniensi, et fratre Ladizlao Colocensi archiepiscopis, Johanne Nitriensi, Benedicto Chanadiensi, Nicolao Jauriensi, Georgio de sancto Irineo, Ladizlao Quinqueecclesiensi, Iwanka Waradiensi, fratre Petro Boznensi, Andrea Transilvano, Herrico Wesprimiensi et Chanadino Agriensi episcopis ecclesias dei feliciter gubernantibus; magnificis viris Philippo palatino comite Scepusiensi et de Wywar, Demetrio magistro tavarnicorum nostrorum comite Bachiensi et Trinchinensi, Lamperto iudice curie nostre comite Chanadiensi et Nitriensi, Thoma woyvoda Transilvano et comite de Zonuk, Paulo bano de Machou comite Sirmiensi de Wolkou et de Budrugh, Mykch magistro tavarnicorum domine regine karissime consortis nostre comite de Sarus et de Zemlen, Deseu iudice curie eiusdem regine, Dyonisio magistro dapiferorum nostrorum castellano de Mihald, Blasio magistro agasonum nostrorum et magistro Nicolao comite Simigiensi, et aliis quampluribus dilectis et fidelibus nostris regni nostri comitatus tenentibus et honores.

Sárga selyem zsinóron függött pecsétje elveszett; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 648. 66. Közli: Nagy Gyula.

63.

1323. apr. 2. Szatmár-Németi város elöljárósága előtt Mártonos fia Deme, Bogyoszló bajnok részére, ki helyette párbajt fog víni, az egyes szolgálatok szerint való díjazásra magát kötelezi.

Nos comes Stephanus iudex ac universi hospites de Zothmar damus pro memoria, quod Deme filius Mortunus coram nobis astando obligavit se Bugizlou pugili quod sicut in Zothmar venerit sibi dare mediam marcam et si *ante abcisionem crinis* pacificarentur sibi daret unam marcam, si vero *post abcisionem crinis* sui in area duelli pacificarentur daret alteram mediam marcam, si vero pugnaret et dimicando triumphum recipere posset solveret sibi tres marcas feria quarta proxima post diem duelli prenotati, in omissione termini penam quatuor marcarum incursurus, si vero devinceretur alteram

mediam marcam solveret. Datum sabbato proximo ante octavas Pasce, anno domini CCC° XX° tercio.

Zárlatán ép pecséttel, melynek körirata: S. MINVS DE SOTMAR. Eredetije a N. Muzeumban, a Kállay cs. ltban.

64.

1323. Nagy-Szombat, apr. 13. I. Károly király Egyedháza és Rékás birtokokat Berendfi Márton veszprémi ispánnak adományozván, a beiktatásra a váczi káptalant kiküldi.

Karolus . . rex . . capitulo ecclesie Waciensis . . magister Martinus filius Berend comes Wesprimiensis ad nostram accedens presenciam et sue fidelitatis servicia nobis impensa rememorans et exponens quasdam terras seu possessiones Egudhaza et Rekus vocatas, asserens eas nostre collacioni pertinere, pro suis fidelibus serviciis a nobis sibi dari perpetuo postulavit; verum quia de qualitate et quantitate ipsarum terrarum seu possessionum nobis veritas non constat, fidelitati vestre damus in mandatis quatenus receptis presentibus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum coram quo Nicolaus filius Zomayn homo noster . . statuat easdem prefato magistro Martino . . Datum in Tyrna, quarto die post quindenas Pasce, anno domini M° CCC° XX° tercio.

A váczi káptalannak 1323. jun. 2-án kelt jelentéséből, mely szerint a beiktatás minden ellenmondás nélkül megtörténvén, a határjárás a jelentésben így iratik le: »prima meta incipit a quadam arbore piri et transit ad Kakastou, deinde vergit versus molendinum Rouoz vocatum et transit versus Chiaholm, deinde tendit versus Tekereger et deinde super spinas magnas et transit superiorem partem ecclesie Iwan et posthec ad stratam de Varkun et finitur apud ecclesiam Azy.« A káptalan jelentése I. Károly királynak 1323-ban 3° nonas Junii kiadott megerősítő oklevelében foglaltatik, melynek eredetije megvan az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 1507. 6. dipl. lt. 2158. Közli: Nagy Gyula.

65.

1323. apr. 27. A budai káptalan előtt Barlabási Iván, testvérei nevében is, Magyar Pál részére Pátroha Szabolcs vármegyei birtokhoz való minden jogáról lemond.

Nos capitulum ecclesie Budensis significamus . . quod Iwan filius Nicolai de Barlabas de comitatu Zoboch pro se, Ladislao, Chepano ac Nicolao fratribus suis . . item magister Benedictus arcuparius et Michael servientes magistri Pauli dicti Magar familiaris juvenis domus domini regis . . coram nobis constituti, idem Iwan . . est confessus, quod cum magister Paulus quandam possessionem Patruh vocatam in comitatu de Zoboch existentem cum ecclesia sancti Martini in eadem constructa a domino rege . . optinuisset et ipsi nomine iuris ipsorum contradictores extitissent eundem in presencia eiusdem domini regis in causam vocando, tandem arbitrio proborum virorum mediante . . receptis viginti marcis ab eodem magistro Paulo predictam possessionem Patruh cum ecclesia . . remisissent . . omni cause super eadem possessione mote et processe omnino renunciantes . . Datum quarta feria proxima post festum beati Georgii martiris, anno domini M° CCC° vigesimo tercio.

Hátlapján monorú pecsét nyomaivai ; eredetije a N. Muzeumban, a Káilay cs. ltban.

66.

1323. május 5. Az erdélyi káptalan elött Vízaknai Mihály Ryngenkerk faluban lévö birtokának negyedrészét testvérére Alardra örökjogon átruházza.

Capitulum ecclesie beati Michaelis archangeli Transsilvane . . ad universorum noticiam . . volumus pervenire, quod constitutis coram nobis Michaele filio comitis Alardi de Vyzakana ab una parte, et comite Alardo fratre suo ex altera, idem Michael confessus est oraculo vive vocis quartam partem porcionis ville ac possessionis Rengurkyrh vocate ipsum Michaelem

contingentem cum omnibus utilitatibus suis . . vendidisse predicto comiti Alardo fratri suo de consensu fratrum suorum, Nicolai videlicet, Johannis plebani de parvo horreo et Ladislai ac Salomonis filii Salomonis fratris sui . . pro quinquaginta marcis fini argenti plene habitis et perceptis ab eodem iure perpetuo . . obligans se idem Michael ab omnibus processu temporum eundem comitem Alardum et heredes suos racione dicte quarte partis terre seu possessionis Rengurkyrh nuncupate eidem comiti Alardo per ipsum vendite impetere . . volentibus per omnia expedire et in pacifica possessione dicte quarte partis terre Rengurkyrh eundem comitem Alardum fratrem suum indefesse conservare . . Datum in festo Ascensionis domini, anno eiusdem Millesimo trecentesimo vicesimo tercio, Nicolao preposito, Sancto cantore, Thoma custode, Adriano archidiacono de Kyza decano ecclesie nostre existentibus.

Piros selyemszálakon függő pecséttel. Kivonatát hibás nevekkel közli Fehér, id. m. VIII. 6. 68. l. Eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. Nagy-Szeben 9-ik szekr. 41. B. dipl. ltár : 2164. V. ö. a föntebb 54. sz. a. közölt okirattal. Közli : Vincze Gábor.

67.

1323. Helta, május 16. Tolmácsi Conrád fia Miklós, egy fél malmot vejére Hezon comes fiára Miklósra örökjogon átruház.

Nos comes Nicolaus filius comitis Conradi de Tholmats significamus . . quod nos provida deliberacione ac maturo premisso consilio genero nostro Nicolao filio comitis Hezonis de Insula Cristiani dimidium nostrum molendinum de eadem insula, unam nostram curiam liberam et septem iugera vinearum in valle Winrici dedimus contulimus et donavimus in filios cum nostra filia habituros et non cum prioribus pueris filie nostre iure hereditario irrevocabiliter possidendum ; si vero filia discederet absque herede habito per Nicolaum generum nostrum predictum, extunc *iuxta terre Cybiniensis consvetudinem* predicte hereditatis due partes cedere debent Nicolao genero nostro prelibato. Hanc autem nostram donacionem fecimus coram probis viris Henczone et Henningo de Shellenberg, domino Andrea de insula predicta, Chonrado dicto Wos, Karolo de

Helta, Mychaele dicto Molbot, Heydenrico, Harmanno de Sydo, Hezone, Salomone et Herbordo comitibus de insula prenotata et Hennigo villico de eadem; in cuius rei testimonium presentes nostro sigillo duximus consignandas sigilloque Cybiniensis iudicii easdem roborantes. Datum in Helta in secunda feria proxima post pentecosten, anno domini M° CCC° XXIII°.

Két függő pecséttel; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. Acta Transs. 12. 18. dipl. lt. 2165. Közli: Vincze Gábor.

68.

1323. Gerencsér, május 24. körül. Miklós pozsonyi főispán és bírótársai által, Nyéki Antaleus fiai Kenez comes ellen bizonyos panaszos ügyben bírságban marasztatván, helyettök a bírságot Olivánthi Mátyás fizeti le.

Nos magister Nicolaus comes Posoniensis et iudices nobilium de eodem significamus, quod in congregacione nostra generali feria tercia post diem Pentecostes in villa Gerencher in comitatu de magno Posoniensi cum universis nobilibus et innobilibus celebrata Leonch et Paulus filii Antaleus de Neek pro se et pro Finta fratre ipsorum contra comitem Kenez assurgentes super facto predicte possessionis Neek vocata proposuerunt, quod eadem possessio et terra Neek eisdem de iure attineret sed non aliis, contra quos prefatus comes Kenez litteras privilegiales capituli ecclesie Posoniensis exhibuit super facto eiusdem possessionis coram nobis et nobilibus antedictis continentes hunc tenorem, quod prescripta possessio et terra Neek eidem comiti Kenez empcionis titulo extiterit devoluta; preterea cum nos ab eisdem Leonch et Paulo racionem petivissemus exhibere, quibus mediantibus predictus Finta frater ipsorum requisicionem suam quam in predicta possessione Neek habere dinosceretur eisdem commiserit exsequendam, nullam in litteris vel aliis racionem potuerunt dare evidentem; igitur prescripti nobiles in predicta congregacione nostra nobiscum existentes predictos Leonch et Paulum filios memorati Antaleus in falso termino et illegitimo perstitisse nequiciose decreverunt, quos pro ipsorum offensionibus et negligenciis prout

ordo iuris requirit, feceramus detineri; qui quidem Leonch et Paulus prefati in tot et tantis offensionibus de manu nostra (. . . . .) poterant liberare; tandem condolentes ipsorum negligenciis, in septem marcis eosdem duximus relaxandum, quas septem marcas solvere facultas non suppetebat eorundem, nam comes Mathias de Olivanth ad peticionem et instanciam ipsorum misericorditer agens cum eisdem, predictas septem marcas pro ipsis Leonch et Paulo nobis persolvit, eosdem de manu nostra liberando in hunc modum quod quandocunque processu temporum prenotatus comes Mathias easdem septem marcas a predictis Leonch et Paulo rehabere voluerit extunc iidem Leonch et Paulus eidem comiti Mathie reddere et refundere tenerentur occasione qualibet non obstante. Datum in Gerencher feria (tercia) post diem prenotatam, anno domini M° CCC° XX° tercio.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt N. R. A. 1671. 17. dipl. lt. 2167. Közli: Vincze Gábor.

69.

1323. Kapos, jun. 11. Ungvármegye ispánja és birótársai előtt Csicseri Jób fiai: Domokos és Miklós, ősi javaikon megosztoznak.

Nos magister Elec comes de Vng et quatuor iudices nobilium de eodem damus pro memoria, quod magister Dominicus ex una parte, ab altera vero magister Nicolaus, filii magistri Jobi, personaliter coram nobis constituti, qui viva voce dixerunt inter se habere talem divisionem, quod in villa Checher magister Dominicus ad propriam curiam suam duas curias a parte occidentali recepit, ad tres vero scilicet curias retrortum (így) terras novem iugera assignavit; eciam extra villam a parte orientali incipiens ecclesie sancti Georgii que fructus *merafa* (így) sunt; terras aratras receperit magister Dominicus, que versus meridiem tendit usque fluvium Vsuch vocata, (így) et inde tendit versus australem super viam magnam usque fructus superius nominata; eciam ultra fluvium Vsuch que terra aratra sunt recepit cum erbis, quas falcantur pro

feno usque metam que separat a parte Chopus, idem Dominicus antedictus, que pertinet eciam ad tres curias ante nominatas, que assignate sunt magistro Dominico, ita tamen, silva aqua communiter, *) quod ecclesiam eorum in villa Checher sancti Georgii communiter habebunt; eciam in provincia Vywar superius circa fluvium Zvine vocata quas possessiones habent Radach, Dobrova vocatas quas modo possident, terciam vero que vocatur Karachateluke quam modo non possident, si magister Dominicus aquirere vel reinvenire poterit, habebit cum illis supra nominatis; adhuc vero possessionem Vis vocata similiter habebit cum omnibus antedictis separatim fine tres scilicet curias antenominatas villa Checher omnino habebit magister Nicolaus antedictus; villa Voyan omnino, Sisloch omnino, Bodun omnino cum instrumentis super in concambium cum filiis Luca comite, Berkes omnino, separatim habebit similiter magister Nicolaus sepe nominatus contra omnes possessiones quas assignavimus magistro Dominico supradicto, ita ut unusquisque eorum tamen habebit usque decem annis tali obligacione, quod si aliquis eorum ante decem annos voluerit revocare ad priorem ordinem, tunc debet prius decem marcas inponere vel dare. Datum in villa Chopus, in die sancti Barnabe apostoli, anno domini M° CCC° XX° tercio.

Zárlatán négy pecsét nyomaival; eredetije két példányban Csicsery Antal ltban.

70.

1323. jun. 24. A szalavári convent elött Omode nádor fia Miklós bán, a Buzád nemzetségből való Ochuz fiától Jánostól Iváncz nevü Vas vármegyei birtokot megvévén, Baráti nevü Somogy vármegyei birtokát a vételárra ráadásúl adja.

Nos conventus monasterii beati Adriani de Zala . . significamus . . quod comes Dominicus filius Jonee nobilis de comitatu Simigiensi serviens magnifici viri domini Nicolai bani filii Omodei palatini cum procuratoribus litteris patentibus honorabilis conventus monasterii beati Egidii de

---

***) Más tentával, a sor fölött.**

Simigio pro eodem Nicolao bano domino suo ab una, et magister Johannes filius Ochuz de genere Buzad pro se personaliter parte ab altera presencialiter nobis noti coram nobis constituti, idem comes Dominicus confessus est oraculo vive vocis ut cum predictus magister Johannes necessitate compulsus quandam possessionem suam Iwanch vocatam in comitatu Castriferrei prope castrum Lyndua existentem pro leviori et minori precio quam ipsa valuisset dicto domino Nicolao bano vendidisset, pro eo idem Nicolaus banus dominus suus deum pre oculis habendo et considerata sua bonitate nolens eandem possessionem iniuste in detrimentum sue anime obtinere et possidere, in recompensam eiusdem supra precium persolutum quandam aliam possessionem ipsius magistri Johannis Barathey nominatam olim Petheu filio Petri titulo impignoracionis traditam ac per ipsum dominum Nicolaum banum propriis suis rebus redemptam in dicto comitatu Symigiensi iacentem absque ullo precio reddidisset et remisisset ipsi magistro Johanni et suis heredibus pleno iure possidendam, quam quidem possessionem Barathey cum omnibus suis utilitatibus ipse comes Dominicus auctoritate procuratoria premissa in persona eiusdem domini sui Nicolai bani eidem magistro Johanni filio Ochuz restituit et resignavit coram nobis tali obligaminis vinculo interiecto, quod si temporis in processu prefatus dominus Nicolaus banus vel sui heredes aut posteritates ipsum magistrum Johannem vel eius heredes aut successores racione possessionis Barathey pretacte aliqualiter vel quoquomodo molestare et agravare intenderent seu attemptarent, extunc iidem prescriptam possessionem Iwanch vocatam absque strepitu iudicii aliqualis et contradiccione qualibet non obstante deberent seu tenerentur relinquere ac resignare magistro Johanni et suis heredibus antedictis . . Datum in die festi nativitatis beati Johannis Baptiste, anno domini M° CCC° XX° tercio.

Sötét kék madzagon függő ép pecséttel; eredetije az orsz. ltár kincs. oszt. N. R. A. 575. 32. dipl. ltár: 2171. Közli: Nagy Gyula.

71.

1323. Buda, júl. 1. Károly király a buda-felhévízi conventet kiküldi, hogy Nyuig és Harazth faluk bíráit és több megnevezett lakosokat, kik a margit-szigeti apáczák Takson nevű birtokát elfoglalták, a király személye elé idéztesse meg.

Karolus . . rex . . conventui cruciferorum de Calidis Aquis . . ex parte religiosarum dominarum sororum sanctimonialium beate virginis de Insula Leporum significatum nobis fuit, quod populi villarum Nyuig et Harazth vocatarum in comitatu Pestiensi existencium usus fructus et utilitates possessionis predictarum dominarum Toksun vocate perciperent et colerent eandem in preiudicium earumdem dominarum; quare fidelitati vestre precipientes mandamus per presentes, quatenus mittatis hominem vestrum pro testimonio fidedignum, quo presente Moys filius Chepani homo noster sciat et inquirat de premissis veritatem, prohibeat eciam eosdem populos de Nyuig et de Harazth ab usu et cultura predicte possessionis Toksun, citando eciam Petrum dictum Fudur, Paulum Nigrum, Paulum dictum Zuztura et Petrum dictum Chech ac Petrum dictum Pruna de predicta villa Nyuig ac eandem villam Nyuig cum villico, item de predicta villa Harazth Marcum villicum et totam villam contra predictas dominas ad nostram presenciam ad terminum competentem . . Datum Bude feria sexta proxima post festum apostolorum Petri et Pauli, anno domini M° CCC° XX° tercio.

A hévízi keresztesek conventjének 1323. julius 4-iki jelentéséből, mely szerint a király embere és a convent kiküldöttje meggyőződvén a panasz valódisága felől, a föntnevezetteket a király személye elé aug. 8-ra megidézték; a convent e jelentésének eredetije megvan az orsz. ltár kincst. oszt. V. Bud. 5. 8. dipl. lt. 2174. Közli: Vincze Gábor.

72.

1323. Buda, jul. 6. I. Károly király az ország közhatóságait, különösen pedig Komárom vármegyét utasítja, hogy a margitszigeti apáczákat felszakállasi birtokukon vásártartási jogukban semmi módon ne akadályozzák.

Karolus .. rex .. fidelibus suis universis comitibus, iudicibus, castellanis, officialibus, tributariis et specialiter comiti et castellano de Kamarun, aliisque quibus presentes ostenduntur salutem et graciam. Dicunt nobis religiose domine sanctimoniales de Insula beate virginis Budensi conquerendo, quod vos universos homines ad possessionem ipsorum Felzakalus vocatam causa fori et aliorum quorumlibet negociorum peragendorum venientes prohiberetis et non cessaretis molestare; unde cum nos universas ecclesias regni nostri et specialiter ecclesiam beate virginis prefatam in suis iuribus et possessionibus illese in nostram recipientes proteccionem specialem velimus conservare, volumus et vestre fidelitati damus firmiter et districte in mandatis, quatenus nullum ad dictam possessionem ipsorum causa negocii alicuius peragendi venientem prohibeatis vel quomodolibet molestetis, sed libere in terris et in aquis ac absque omni difficultate procedere permittatis, et sicut nos offendere pertimescitis secus non facturi, alioquin indignacionem nostram non immerito si secus feceritis incurretis, et hoc volumus per fora et alia loca ubique palam proclamari. Datum Bude in octavis apostolorum Petri et Pauli beatorum, anno domini M° CCC° XX° tercio.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. Mon. Pos. 33. 3. dipl. ltár: 2175. Közli: Vincze Gábor.

73.

1323. Visegrád, jul. 13. I. Károly király a váczi káptalant kiküldi, hogy Michov fiait, bechkei nemeseket, két Michohaza nevü Nógrád vármegyei birtokukba Dobzyg comes és testvérei ellenében helyezze vissza.

Karolus .. rex .. capitulo ecclesie Wachiensis .. dicunt nobis Petrus filius Nicolai et Jacobus filius Mathei filii Mi-

chov nobiles de Bechke pro se et fratribus suis, quod possessiones Michohaza et alia que prius eodem modo Michohaza vocabatur nunc vero pro placito detentoris Dubzighaza vocate in comitatu Neugradiensi iuxta fluvium Kurtus existentes eorum essent hereditarie et per comitem Dubzyg et Johannem ac Benedictum fratres eiusdem indebite occupate et detente in ipsorum preiudicium usquemodo et quod idem Dubzyg et predicti fratres ipsius vigente ipsorum potencia destrucciones, damna, vulneraciones captivaciones personarum patrum et fratrum ac proximorum eorundem et alia iniuriarum gravamina eisdem plurima intulissent et per alios suos fautores inferri procurassent; super quo fidelitati vestre damus in mandatis, quatenus cum magistro Petro filio Biter vel Thoma filio Feliciani de Abichk hominibus nostris aut quovis eorum reliquo absente vestrum mittatis hominem pro testimonio coram quo idem convocatis commetaneis dictarum possessionum reambulent easdem et recapiant secundum regni consvetudinem, ac recaptivatas statuant prefatis nobilibus prout eorum fuisse noscuntur possidendas si non fuerit contradictum, contradictoribus si qui fuerint ad nostram presenciam contra eosdem evocatis ad terminum competentem et de premissis iniuriis inquirant veritatem, ex posthec tocius facti seriem nobis rescribatis. Datum in Wisegrad, in festo beate Margarete, anno domini M° CCC° XXIII°.

A váczi káptalannak 1323. jul. 23-án kelt jelentéséből, mely szerint a panaszt a káptalan kiküldöttje és Felicián fia Tamás kir. ember valónak találván, a visszahelyezés általuk foganatosíttatott. A káptalan jelentése, valamint I. Károly királynak az eljárást jeles alakban megerősítő 1323. 3° kal. Decembris kelt oklevele megvan eredetiben a N. Muzeum könyvtárában. Közli: Tagányi K.

74.

1323. jul. 22. Kamenus comes országbírói bírságszedő Kállai Lászlót Pál eöri pap részére megfizetett bizonyos bírság felől nyugtatja.

Nos comes Kamenus exactor iudiciorum magistri Lamperti iudicis curie damus pro memoria, (quod) magister Ladislaus filius Mikaelis de Semien . . in iudiciis quibus contra Paulum clericum de Ewr . . convictus extiterat . . exhibuit nobis satisfaccionem simul cum porcione partis adverse. Datum in festo beate Marie Magdalene, anno domini M° CCC° XXIII°.

Zárlatán félig ép pecséttel; eredetije a N. Muzeumban, a Kállay cs. ltban.

75.

1323. Visegrád, jul. 25. I. Károly király az esztergomi keresztesek conventjét utasítja, hogy egy év elforgása alatt, a midőn a margit-szigeti apáczák által akárminő közhitelességet magán hordó eljárásra megkerestetik, abban pontosan járjon el.

Karolus . . rex . . conventui cruciferorum ecclesie sancti regis Stephani de Strigonio . . fidelitati vestre precipientes mandamus, quatenus quandocunque et quociescunque a data presencium usque ad anni revolucionem per procuratores religiosarum dominarum de Insula Budensi ad citaciones, inquisiciones, inhibiciones, reambulaciones et recaptivaciones possessionum ac ad omnia alia faciendum, que secundum regni nostri consvetudinem talibus in processibus fieri consveverunt, vestrum detis hominem pro testimonio fidedignum, coram quo Andreas filius Lende, vel Vidus nobilis de Albert si alium abesse contingat, homo noster omnia premissa et singula premissorum prosequatur, et post hec tocies quocies vobis expediens fuerit, omnia premissa in vestris litteris nobis seriatim rescribatis. Datum in Wisegrad, in festo beati Jacobi apostoli, anno domini M° CCC° XX° tercio.

Az esztergomi keresztesek conventjének 1323. nov. 23-ikán kelt jelentéséből; l. alább.

76.

1323. augustus 4. I. Károly király a nyitrai káptalannak 1322. sept. 26-án kelt jelentésében felsorolt birtokokban Elefánti Dezsőt s rokonait megerősíti.

Karolus .. rex .. ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod cum magister Deseu de Elewanth castellanus de Sebuswar fidelis noster ad nostram accedens presenciam sua nobis conquescione monstrasset ut in vasto et combuscione ecclesie cathedralis Nytriensis data per Matheum filium Petri quondam palatini de Trinchinio omnia instrumenta sua, privilegia, patentes littere et alie clausule (így) universe in camera eiusdem ecclesie ubi reposuerat conservanda concremata essent omnino et penitus redacta in cinerem, supplicans nobis humiliter ut ne possessionum suarum iacturam et preiudicium calumpnia vel quescione iniuste paciatur in futurum, illas possessiones quas legitima inquisicione facta sui iuris fore reperiremus reddere et in suum ius restaurare et reintegrare dignaremur, nos .. capitulo eiusdem ecclesie Nitriensis dedimus in mandatis ut huius rei veritatem prout eis constaret ad fidelitatem eorum nobis debitam fideliter rescriberent seriatim, quod quidem capitulum nobis rescripsit in hunc modum: (l. föntebb, 37. sz. a.) Nos itaque .. prenominatas possessiones dicti magistri Deseu et proximorum suorum esse cognoscentes .. easdem .. prefato magistro Deseu et suis cognatis antedictis reliquimus .. Datum per manus discreti viri magistri Ladislai Albensis ecclesie prepositi aule nostre vicecancellarii dilecti et fidelis nostri, anno domini M° CCC° vigesimo tercio, secundo nonas Augusti, regni autem nostri anno similiter vigesimo tercio. Venerabilibus .. stb.*)

Sárga és zöld selyem zsinóron függött pecsétje elveszett; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. dipl. ltár 2100. Nagy Gyula másolatából.

---

*) L. az egyház- és országnagyok neveit fönnebb 62. sz. alatt ezzel a hozzáadással: Nicolao bano tocius Sclavonie comite Supruniensi.

77.

1323. Buda-Felhéviz, aug. 8. Lampert országbíró a Tamás ugocsai föispán és Lengyel István közti ügyet elhalasztja.

Nos magister Lampertus iudex curie domini regis et comes Chanadiensis damus pro memoria, quod cum Nicolaus dictus Kerecheth . . procurator magistri Thome comitis de Ugacha . . contra Johannem filium Stephani dictum Lengel in octavis beati Jacobi apostoli agere voluisset . . ipse Johannes sine consensu . . proximorum suorum non dixit se posse respondere, unde . . decrevimus, quod idem Johannes in octavis Nativitatis virginis gloriose . . comparere teneatur . . Datum in Calidis Aquis, octavo die termini prenotati, anno domini Millesimo CCC° XXmo tercio.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije a N. Muzeumban, a Kállay cs. lban.

78.

1323. aug. 30. I. Károly király Itefi Iván részére szóló adományát a Zemplén vármegyei Paga birtokról megerősíti.

Karolus rex . . ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod accedens ad nostre serenitatis presenciam Ihones filius Ite castellanus de Regech et de Dedus fidelis noster, sueque fidelitatis servicia nobis declarans, peciit a nobis ut quandam possessionem Paga vocatam in comitatu Zemlen existentem, asserens eandem Mathei filii Petri de Trinchinio infidelis nostri, sibi dare perpetuo dignaremur; nos vero . . capitulo Agriensi dedimus in mandatis quatenus cum Emerico filio Alberti homine nostro suum mitterent hominem coram quo idem Emricus . . eandem . . statueret dicto Ihoni . . quod quidem capitulum nobis rescripsit in hec verba . . Karolo . . stb. (l. föntebb, 44. sz. a.) Nos itaque . . volentes fidelia servicia eiusdem Ihonis premiare quibus nobis multipliciter studuit complacere, preser tim sub Syrok et Philek castris contra Matheum filium Petri infidelem nostrum cum sangvinis sui effusione triumphaliter pugnando necnon sub castro Trinchiniensi dimic-

ando et sub dicto castro Syrok in ipsa pugna adversarios nostros captivando quibus nos captivis filios Benedicti dicti Turmez fidelis nostri redemimus captivitati eiusdem Mathei crudeliter mancipatos, memoratam possessionem Paga . . eidem Ihoanni filio Ithe et per eum suis heredibus . . dedimus . . perpetuo . . possidendam . . Datum per manus discreti viri magistri Ladislai Albensis ecclesie prepositi aule nostre vicecancellarii dilecti et fidelis nostri, anno domini M° CCC° XXmo tercio, tercio kalendas Septembris, regni autem nostri anno similiter vicesimo tercio. Venerabilibus . . stb.*)

Sárga és kék selyem zsinóron függött pecsétje hiányzik ; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. dipl. ltár : 2129. Megvan u. o. I. Károly királynak 1328. évi átiratában is, dipl. ltár : 2130. Közli : Nagy Gyula.

79.

1323. september 1. A boszniai káptalan előtt János fia István Jamai Ferdhemet és unokáját birtokuk elidegenítésétől tilalmazza.

Nos capitulum ecclesie Boznensis damus pro memoria, quod Benche filius Saul serviens Stephani filii Johannis vice et nomine domini sui personaliter coram nobis constitutus dixit quod idem dominus suus prohiberet Ferdhem de Jama et nepotem suum filium Jacobi de eadem qui adhuc esset septem annorum, eos a vendicione vel pignoracione dicte Jama et omnes commetaneos suos ab empcione seu per aliquem alium modum comparacione, precipue Johannem filium Logerti et Petrum vicecomitem magistri Lamperti iudicis curie domini regis a vendicione et perpetuacione. Datum quinta feria proxima in die sancti Egidii confessoris, anno domini M° CCC° vicesimo tercio.

Zárlatán gömbölyű pecsét nyomaival ; eredetije Keszthelyen, a gr. Festetics cs. lban, Miscellanea, 26.

---

*) L. fönteбb, 62. sz. alatt ezzel a hozzáadással : Nicolao bano tocius Sclavonie comite Supruniensi et de Kamarun . . magistro Nicolao comite Posoniensi s azon változással, hogy »Georgio Sirmiensi« áll »de Sancto Irineo« helyett, s hogy Péter boszniai püspök és Miklós somogyi főispán nincsenek felsorolva.

80.

1323. Visegrád, sept. 12. Erzsébet királyné az ország összes rovóival tudatja, hogy a margit-szigeti apáczák jobbágyai mindennemü közmunka alól fölmentettek.

Elyzabeth . . regina . . universis dicatoribus curruum et collectoribus quarumlibet collectarum ad opera castrorum vel aliorum operum colligendarum anno presenti deputatis salutem et graciam. Cum dominus noster rex iobagiones religiosarum dominarum sororum scilicet in claustro beate virginis de Insula leporum commorancium circa idem claustrum in eadem insula existentes ab huiusmodi collectarum exaccionibus vel serviciorum impensione propter honorem beate virginis et ob favorem earumdem dominarum graciose duxerit eximendos, volumus et fidelitati vestre precipientes damus firmiter in mandatis, quatenus eosdem populos dominarum predictarum circa ipsum claustrum in insula commorantes racione curruum vel aliorum exaccionum ad opera castrorum vel pro captura piscium exigendarum non presumatis molestare nec ad aliqua opera eosdem compellatis, et sicut regiam et nostram indignacionem incurrere formidatis secus facere nullatenus presummatis. Datum in Wysegrad, feria secunda proxima post festum Nativitatis beate virginis, anno domini M° CCC° vicesimo tercio.

Hátlapján csekély pecsét-töredékkel; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. Mon. V. Bud. 33. 14. dipl. ltár: 2181. Közli: Nagy Gyula.

81.

1323. Visegrád, sept. 24. I. Károly király tudatja az ország illető hatóságaival, hogy a király marosi népei Győr városától Visegrádig s innét egész Földvárig a vámfizetés terhe alól fölmentettek.

Karolus . . rex . . universis . . comitibus, nobilibus, castellanis et cuiusvis dignitatis hominibus quocunque nomine censeantur, quibus presentes ostendentur a Jauriensi civitate nostra usque Wyssegrad et a Wyssegrad usque Feulduar in terris et in aquis tributa habentibus eorumque tributariis salutem et gra-

ciam. Quia nos hac aucti consideracione ut populi nostri de Morus congregati et congregandi de suis necessitatibus . . quas per insidias et devastaciones infidelium nostrorum vivente Matheo filio Petri de Trinchinio inimico nostro capitali damnate memorie iidem perpessi extiterunt, possent aliqualiter relevari ut tali exemplo eciam eorum numerus posset augmentari, concessimus eisdem ex gracia speciali ut a predicta civitate Jauriensi usque Wyssegrad et a Wyssegrad usque Feulduar in quibuslibet locis tributorum in aquis et in terris habitorum tam nostrorum quam aliorum quorumcunque tributa solvere non teneantur sed libere absque qualiscunque exaccionis solucione procedant et secure; ob hoc vobis et vestris tributariis firmiter precipimus per presentes quatenus super ipsos populos nostros de Morus vel aliquem ex ipsis cum suis rebus et mercibus qualiscunque generis existant aut absque rebus procedentes nullum tributum nullamque exaccionem recipere et recipi facere presummatis imo libere absque omni molescia eosdem procedere permittatis salvis rebus et personis, aliud facere non audentes; et hoc idem nostris tributariis damus in mandatis. Datum in Wyssegrad, sabbato proximo ante festum beati Michaelis archangeli, anno domini Millesimo trecentesimo vigesimo tercio.

I. Lajos királynak a marosi polgárok számára 1345-ben, Visegrádon »feria quarta proxima ante festum beati Georgii martiris« kiadott átiratából, mely ismét Zsigmond király 1436. évi »octavo idus mensis Julii« kelt átiratában van meg; ennek rongált állapotban lévő eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 1713. 66. dipl. ltár: 2182. Közli: Nagy Gyula.

82.

1323. sept. 28. A boszniai káptalan elött Simon fia Pál Phyle fiainak két Voyvoda nevü birtokát elörökíti.

Nos capitulum ecclesie Boznensis damus pro memoria, quod Paulus filius Simonis ab una parte, Paulus Petrus et Nicolaus filii Phyle ex altera coram nobis personaliter constituti, idem Paulus oraculo vive vocis spontaneaque voluntate coram nobis est confessus, quod duas possessiones suas Woy-

voda vocatas, quarum quidem possessionum una existit circa aquam Wolko a parte meridionali, alia vero ex altera parte eiusdem aque versus septemtrionem, Paulus predictus prehabitas suas possessiones cum omnibus utilitatibus suis . . ac cum transitorio aque predicte seu cum his omnibus cum quibus possessio uti dinoscitur, Paulo Petro et Nicolao predictis pro sexaginta marcis se vendidisse per eos et . . successores iure perpetuo et irrevocabiliter possidendam . . et habendam, nulla persona contradicente. Datum quarta feria ante festum sancti Michaelis archangeli, anno domini Millesimo CCC° vicesimo tercio.

I. Károly királynak 1324. febr. 29-ikén kelt jeles alakú okleveléből, melyben a király a föntebbi szerződést átírja és megerősíti; ennek eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 1507. 9. dipl. ltár: 2218. Közli: Vincze Gábor.

83.

1323. Földvár, oct. 8. A földvári convent előtt több zedregi nemesek az egymáson elkövetett testi sértések iránt egymást kielégítik.

Nos conventus de Feoldwar damus pro memoria, quod accedentes ad nostram presenciam ab una parte nobiles de Zedreg Cozma et Marcellus et Dominicus, ab altera vero parte Matheus et Gregorius et Michael, omnimode concordaverunt, ita quod predictus Cozma cum fratribus suis predicto Gregorio et fratribus suis coram nobis persolverunt quatuor marcas pro vulnere quod iniecerat Dominicus super manum Gregorii, et e converso quod vulnus Gregorius iniecit Dominico, ad determinacionem proborum virorum omnino sic sedatum est, scilicet Demetrio filio Kaydan et Egydio filio Dominici de predicta Zedreg et Kiliano de Sancto Johanne, ut nulla pars istam concordiam valeat amplius enervare. Datum in Feoldwar, sabbato proximo post octavas sancti Michaelis archangeli, anno domini M° CCC° vigesimo tercio.

Zárlatán pecsét nyomaival: eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 1507. 8. dipl. ltár: 2183.

84.

1323. Visegrád, oct. 15. I. Károly király Málas birtokot Bars vármegyében, Hochlofi Gyulának adományozván, a beiktatásra az esztergomi keresztesek conventjét kiküldi.

Karolus .. rex .. priori et conventui domus hospitalis sancti regis Stephani de Strigonio .. noveritis, quod magister Jula filius Hochlou fidelis noster quandam possessionem Malus vocatam, in qua ecclesia ad honorem beate virginis est constructa, in comitatu Borsiensi existentem, asserens eam esse hominis sine herede decedentis et ex eo iure nostre collacioni pertinere, pro suis fidelibus serviciis a nobis sibi dari et conferri perpetuo postulavit; unde quia de qualitate et quantitate ipsius possessionis Malus et utrum nostre collacioni pertineat nec ne, nobis veritas non constat, fidelitati vestre precipientes mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem idoneum pro testimonio, coram quo Deers de Arma homo noster convocatis commetaneis et vicinis ipsius possessionis reambulet eandem per veras metas et antiquas, et statuat ipsi comiti Jula perpetuo possidendam .. Datum in Wisegrad sabbato proximo post quindenas festi beati Michaelis archangeli, anno domini M° CCC° XX° III°.

Az esztergomi keresztesek conventjének 1323. nov. 15-én kelt jelentéséből, mely szerint a főntnevezett királyi ember a convent embere jelenlétében »predictam terram Malus vocatam ubi ecclesia beate virginis Marie est constructa in comitatu Borsiensi reambulasset et statuisset comiti Jula antedicto.« A convent jelentését azután átírta és az adományt megerősítette I. Károly király 1323. dec. 15-én kelt jeles alakú oklevelében, melynek eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A.111. 6. dipl. ltár: 2185. Közli: Vincze Gábor.

85.

1323. oct. 27. A nagy-váradi káptalan bizonyítja, hogy Kállai Lengyel János, a Tamás ugocsai ispán jobbágya kezén elkövetett csonkításért hét márkát lefizetett.

Nos capitulum ecclesie Varadiensis damus pro memoria, quod .. Johannes filius Stephani filii Michaelis dictus Len-

gel racione mutilacionis digitorum Elye iobagiorum magistri Thome comitis de Ugacha feria quarta proxima ante festum Omnium Sanctorum septem marcas . . solvit . . Datum in crastino termini prenotati, anno domini M° CCC° XX° tercio.

Zárlatán monorú pecsét maradványaival; eredetije a N. Muzeumban, a Kállay cs. ltárában.

86.

1323. Visegrád, oct. 28. I. Károly király a lengyel király és királyné kérésére Csirke István fiainak megkegyelmez s Fülöp nádor által elfoglalt Ida és Páli nevü birtokaikat nekik viszszaadatni rendeli.

Nos Karolus . . rex . . significamus . . universis, quod licet possessiones Thome et Nicolai filiorum Stephani dicti Chyurke Idaa et Pali nominate cum suis pertinenciis universis prout eedem ipsos contingebant pro manifestis eorum sceleribus, quibus iidem ordine iudiciario fuerant reprehensi et pene penitus irretiti, ab ipsis alienate et ad manus Philippi palatini fuissent devolute, tandem tamen quia excellentissimus princeps dominus Ladizlaus . . rex Polonie socer noster reverendus, in cuius regnum iidem querentes subterfugia fugitive recesserant et ibidem exules residebant, nos et dominam reginam consortem nostram filiam videlicet suam unacum illustri regina sua consorte karissima honoranda socru nostra diligenter postulavit ut eisdem Thome et Nicolao demerita ipsorum ignoscere ipsasque eorum possessiones ab ipsis alienatas restitui facere et in nostram regiam graciam eosdem recipere ex regia benignitate dignaremur, igitur nos tam ex peticione diligenti dicti regis Polonie soceri nostri . . quam ex propria regia permoti pietate, facinoribus seu commissis dictorum Thome et Nicolai . . remissis, eosdem in regiam nostram graciam recepimus et dictas possessiones . . ab ipso Philippo palatino eisdem reddi et restitui pleno iure repetimus diligenter inquirentes; quiquidem Philippus palatinus baro noster magnificus . . dictas possessiones . . eisdem . . restituit eo iure quo prius easdem habuerunt . . quamquidem restitucionem nos . . approbamus . . Datum in Vysegrad, in festo beatorum

Symonis et Jude apostolorum, anno domini Millesimo CCC° vigesimo tercio.

Hátlapján nagy kerek pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 1534. 50. dipl. ltár: 2186. Közli: Nagy Gyula.

87.

1323. oct. 28. I. Károly király Doroszló fiai: Gergely és Doroszló kérésére, az ezeknek Rum, Balozsaj és Tötös birtokaik között lévő, ugyancsak Balozsaj nevű földtér határait a vasvári káptalan által megjáratja s a mondott földet nekik adományozza.

Karolus .. rex .. ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire .. quod cum Gregorius et Dorozlow magistri filii Dorozlai fideles nostri ad nostram accedentes presenciam et sue fidelitatis servicia nostre maiestati fideliter impensa proponentes et declarantes quandam terram seu possessionem Bolasey vocatam in comitatu Woswariensi existentem, asserentes eandem quondam fuisse Gothardi hominis sine herede decedentis et ex eo nostre collacioni pertinentem, a nobis sibi dari et conferri perpetuo postulassent, et quia de qualitate et quantitate eiusdem possessionis et utrum hominis sit sine herede decedentis et ex eo ad nostram pertineat collacionem nec ne, nobis veritas non constabat, fidelibus nostris capitulo ecclesie sancti Michaelis de Castroferreo iuxta bonam approbatam regni nostri consvetudinem, ut ipsi simul mitterent hominem pro testimonio fidedignum coram quo Kopoz filius Laurencii de Sytke homo noster accedendo ad faciem predicte terre seu possessionis convocatis commetaneis et vicinis iuxta veras et antiquas metas reambularet eandem et statueret magistris Gregorio et Dorozlou nominatis .. dedissemus in mandatis .., tandem idem capitulum .. nobis rescripserunt in hec verba: Excellentissimo domino suo Karolo dei gracia illustri regi Hungarie, capitulum ecclesie sancti Michaelis de Castroferreo .. stb.*) Quiquidem homo vester et noster ad

*) A vasvári káptalan e helyt átírván I. Károly királynak Visegrádon, 1323. aug. 9-én a beiktatás iránt kiadott rendeletét, tudatja, hogy a föntnevezett királyi ember mellé Péter kanonokot kiküldötte, kik a beiktatást és határjárást akkép teljesítették, a mint fönt következik:

nos reversi concorditer retulerunt, quod a vicinis et commetaneis possessionis ipsius Gothardi seu circumiacentibus populis, videlicet in villa Nicolai filii Zerethmeri, item Nicolao filio Tyba, Thoma filio Gregorii Bartholomei filio Gogani et Synnie ac Moyse et filiis eiusdem nobilibus de Synnie, item Nicolao filio Bense, Dominico filio Petri, Andrea filio Stephani, Paulo filio Egidii, Briccio filio Mike et Nicolao filio Kazmerii nobilibus de Teutes, item a nobilibus de Kopach, Budur, Anda, Nicolao et Bartholomeo, item a nobilibus de Geor, Petro filio Cheme, Stephano filio Almand, Salamone filio Adriani et aliis proximis eorumdem, item ab universis populis de Kowach, item a nobilibus de Mydies, Martino, Andrea et aliis proximis eorumdem, item ab universis populis de Bolosey, scivissent ipsum Gothardum sine heredum solacio decessisse et prefatam possessionem suam vestre maiestatis collacioni pertinere, que possessionibus filiorum Dorozlay Rwm Bolosey et Thewtus circumdatur, quamquidem possessionem idem homo vester coram eodem magistro Petro nostro testimonio per veras et antiquas metas reambulando statuit eisdem Gregorio et Duruzlao filiis Duruzlai perpetuo possidendam, nullo contradictore existente; in quaquidem possessione nec ecclesiam, vineam, molendinum, nec iobagiones esse retulerunt, sed in toto silvis nemoribus et terris arabilibus ad tria aratra sufficientem eandem affirmarunt; cursus vero metarum eiusdem possessionis hoc ordine distinguntur: quod prima meta, que incipit a parte Rwm iuxta terram filiorum Dorozlai prope fluvium Raba, est in virgultis ubi sunt due arbores una ilicis altera vero pirus et sunt mete terree, deinde parvum declinans ad partem dexteram super spinas tendens versus partem septemtrionalem pervenit ad viamque venit a Kowach, saliendo eandem directe currendo versus eandem partem pervenit ad viam que dicitur Kurmendutha, et abhinc vadit ad viam similiter directe currendo que dicitur via Sabariensis in singulis binis metis veniendo, deinde autem tendens versus eandem partem septemtrionalem iuxta unam arborem pirus silvestrem vicinando terris nobilium de Tewtus currit ad tres metas magnas angulares in virgulto positas, et exinde declinans versus aquilonem circa terram filiorum Do-

rozlay Thewtus vocatam binis metis currendo pervenit similiter ad tres metas magnas angulares a quibus declinans ad partem orientalem versus Rabam iuxta unam viam singulis binis metis in sex locis positis venit ad predictam viam que vadit ad Kurmend ubi est una meta magna terrea, super qua quidem via currendo ad aquilonem pervenit ad unam metam magnam de qua flectitur ad orientem, vadit ad viam que venit de Kowach ubi est meta magna terrea, et super eandem viam currendo ad aquilonem iuxta terram filiorum Dorozlai Balosey vocatam ubique veniendo ad partem orientalem directe currit usque fluvium Raba ibique terminatur; excepta tamen quadam particula terre prout una semita ad piscinam separat et distingit quam per ipsum Gothardum olim dixerunt Michaeli filio Ladizlai pignori obligasse. Datum in vigilia sancti regis Stephani, anno domini M° CCC° XX° tercio. Nos itaque ex relacione dictorum fidelium nostrorum capituli ecclesie sancti Michaelis de Ferreocastro ad plenum informati, consideratis fidelibus et obsequiis meritoriis eorundem filiorum Dorozlai in quibus nobis summe fidelitatis desiderio locis plurimis et temporibus opportunis impenderunt, specialiter tunc cum castrum nostrum Machow vocatum domino concedente expugnando obtinuimus idem Dorozlaus ictibus lapidum sub eodem castro duobus vulneribus extitit sauciatus, item cum castrum Urosii regis Servie Kolobar vocatum expugnare voluissemus ibidem duo servientes et proximi eiusdem Dorozlai extiterunt interemti, et licet iidem filii Dorozlai pro tot et tantis fidelitatuum obsequiis ampliori regali remuneracione per nos merito sint confovendi, ad presens tamen in aliqualem recompensacionem suorum serviciorum predictam terram seu possessionem Bolasey vocatam . . Gregorio et Doruzlao magistris filiis Dorozlai donavimus . . Datum per manus discreti viri magistri Endree lectoris ecclesie Quinqueecclesiensis aule nostre vicecancellarii dilecti et fidelis nostri, anno domini M° CCC° XX^mo^ tercio, quinto kalendas Novembris, regni autem nostri anno similiter vicesimo tercio. Venerabilibus. . . stb.*)

*) L. föntebb 62. sz. alatt a következő eltéréssel: Georgio Sirmiensi . . Nicolao bano tocius Sclavonie comite Suproniensi et de Kamarun . . Nicolao comite Posoniensi.

Kék, sárga és zöld színű czérnazsinóron függött, most már csak törmelékes pecséttel, eredetijét Bátor Géza úr közölte a Történelmi társulattal.

88.

1323. Mikсsefalva, oct. 30. Fülöp nádor a gyapolyi vámot Bihar vármegyében eltörli, Pelbárthida tulajdonosainak azonban vámszedési jogát megállapítja.

Nos Philippus palatinus iudex comanorum comes de Scepus et de Wyuar tenore presencium significamus quibus expedit universis, quod cum ex precepto domini nostri regis domini nostri annuente eciam iusticia cum universis nobilibus comitatus Byhoriensis et octo iuratis in congregacione nostra in eodem comitatu facta et celebrata tolonium (így) de Gaapal quod iniuste et indebite per filios Luchachii fuerat institutum iuris ordine observato deponissemus (így) per omnia velut falsum tolonium annullando, et tolonium de Priuardhida Johannis filii Ivanche filii comitis Cosme ex relacione eorumdem nobilium mediantibus litteris nostris privilegialibus confirmassemus, volumus et universis mercatoribus seu aliis quibuscunque viatoribus per viam de Priuardhida transeuntibus tolonium solvere debentibus firmiter et districte precipimus per presentes, quatenus per viam de Priuardhida et non per aliam qualemcunque transire presummant. iusto dumtaxat tolonio inibi persolvendo, quicunque autem in obliqua via transeuntes reperti extiterint rebus omnibus ipsorum priventur eo facto; volumus eciam quod hec ubicunque ostense fuerint verbo nostro faciant proclamari. Datum in villa Myxe,dominica proxima ante festum Omnium Sanctorum, anno domini M° CCC° XX° tercio.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 1698. 6. dipl. ltár: 2187. Közli: Nagy Gyula.

89.

1323. nov. 2. I. Károly király Dancs zólyomi főispánnak Bense fiai részére tett adományát a Zólyom vármegyei Tribule birtokról megerősíti.

Carolus .. rex .. ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod magnificus vir magister Donch comes de Zolio fidelis noster ad nostram accedens presenciam, quandam terram seu possessionem Tribule vocatam in comitatu Zolio existentem, quam ex collacione nostra possedisse se dicebat, confessus est Joanni et Andree filiis Bensee servientibus suis pro serviciis eorum se dedisse et donasse, petens a nobis ut donacionem eiusdem predictis servientibus suis de predicta possessione factam ratam habentes nostro dignaremur privilegio confirmare; unde quia de ipsius terre qualitate et quantitate nobis veritas non constabat, fidelibus nostris conventui monasterii de Turch nostris litteris dedimus in mandatis, ut cum Thoma filio Ladislai vel Petro fratre eiusdem homine nostro hominem eorum pro testimonio transmitterent fidedignum, coram quo idem homo noster predictam terram seu possessionem Tribule .. statueret predictis Joanni et Andree perpetuo possidendam .., qui quidem conventus ecclesie beate virginis de Turch fideles nostri nobis rescripserunt in hunc modum, quod ipsis cum predicto Thoma filio Ladislai homine nostro unum ex ipsis virum idoneum transmisissent pro testimonio ad exequendum premissa, qui ut demum reversi eis concorditer retulissent, quod predictus homo noster coram predicto testimonio eorum accedens ad faciem predicte terre seu possessionis Trebule vocate .. eandem .. supradictis Joanni et Andree filiis Bensee statuissent perpetuo possidendam; cuius quidem terre mete prout idem conventus in eisdem litteris suis nobis rescripsit, hoc ordine distingvuntur: prima incipit a fluvio Zemered et descendit in viam magnam et vadit usque ad villam Kowachow et per fluvium Kowachow ascendit et inde transit fluvium et descendit ad siccum Kowachow quod dicitur zaraz, deinde procedit et ascendit ad lignum tilie et ibi est meta terrea, inde procedit versus arborem querci super eodem monte et ibi est meta terrea, et inde descendit et venit ad fluvium Thorowa et transit eundem

fluvium, vadit per vallem et ascendit montem usque ad silvas densosas que dicuntur Fekethewerdeu et vadit per eandem silvam magno spacio versus partes occidentis et inde descendit et venit ad magnam viam usque ad metas terre ecclesie beate virginis de Turch, inde tendit per eandem viam et venit in primam metam ad predictum fluvium Zemerd et ibidem terminatur. Datum in octavis Pentecostes, anno domini Millesimo trecentesimo vicesimo tercio. Nos itaque ex relacione dicti conventus recognoscentes ipsam possessionem sine preiudicio iuris alieni ad ipsum magistrum Donch devenisse et per ipsum predictis Joanni et Andree fore collatam, donacionem eiusdem magistri Donch super predicta possessione Tribule eisdem filiis Bensee factam ratificamus . . volentes ut iidem Joannes et Andreas filii Bensee ac eorum heredes . . predictam possessionem Tribule cum omnibus utilitatibus . . non solum ex donacione dicti magistri Donch sed eciam ex nostre donacionis . . titulo et iure . . teneant et habeant . . Datum per manus discreti viri magistri Andree lectoris ecclesie Quinqueecclesiensis aule nostre vicecancellarii dilecti et fidelis nostri, anno domini Millesimo tercentesimo vicesimo tercio, quarto nonas Novembris, regni autem nostri anno similiter vicesimo tercio. Venerabilibus . . stb.*)

Függő pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltár. kincst. oszt. dipl. ltár: 2168. Közli: Vincze Gábor.

90.

1323. november 13. István banyai plébános és veszprémi kanonok bizonyítja, hogy Kálozi Lőrincz fia Márton, fiának Jánosnak özvegyét és vejét Menosdi Ágostont hitbér-leánynegyed- és hozomány iránti követelésükre nézve kielégítették.

Nos Stephanus plebanus ecclesie beate Marie virginis de Banya et canonicus ecclesie Wesprimiensis per venerabilem

---

*) L. föntebb 62. sz. alatt, ezzel a változással: Demeter tárnok trencséni főispán czíme helyett »de Budrugh« áll; továbbá felsoroltatnak még Miklós tótországi bán, Sopron, és Komárom megyék főispánja, s Miklós pozsonyi főispán, György mint szerémi püspök említtetik, Pál mácsói bánnál a bodrogi főispáni czím elmaradt.

patrem dominum H. episcopum eiusdem ecclesie aule domine regine cancellarium in hac causa per eundem constitutus damus pro memoria, quod cum secundum continenciam litterarum eiusdem domini episcopi domini nostri Lucacius filius quondam Laurency de Kaluz pro se et pro fratribus suis, videlicet Jacobo et Ladislao, in festo beati Martini confessoris domine relicte quondam comitis Johannis filii Martini ac Augustino de Menchel genero eiusdem pro dote et rebus parefernalibus ac pro quarta filiarum eiusdem, que eidem domine et filiabus suis de dictis hereditatibus mariti sui de iure cedebant, triginta quatuor marcas coram nobis solvere debuisset, videlicet partem in denariis et partem in estimacione condigna, ipso termino adveniente idem Lucacius pro se et fratribus suis antedictis dictas triginta quatuor marcas persolverunt . . Nos itaque iuxta continenciam et tenorem predictarum litterarum domini nostri episcopi antedicti in universas possessiones predicti Johannis filii Martini eundem Lucachium et fratres suos iam dictos authoritate eiusdem domini nostri, prout se partes obligarunt spontanea voluntate, introduximus presentibus iobagionibus ipsas hereditates possidentibus. Datum tercio die festi beati Martini confessoris termini videlicet antedicti, anno domini M° CCC° vigesimo tercio.

Záró pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 1534. 52. dipl. ltár: 2191. Közli: Vincze Gábor.

91.

1323. Visegrád, nov. 18. I. Károly király Tenkes-Ujfalu és Kaproncza Abaúj vármegyei birtokokat Itefi János regéczi és dédesi várnagynak kívánván adományozni, a birtokviszonyok kinyomozására az egri káptalant kiküldi.

Karolus . . rex . . capitulo ecclesie Agriensis . . Noveritis quod Johannes filius Ite vicecastellanus de Regech et de Dedus . . supplicavit nobis humiliter, quod cum ipse possessionem Tenkeshuyfalu vocatam in comitatu de Vyuar existentem a Johanne et Dominico filys Mathius fily Pousa, item aliam possessionem Kapruncha nuncupatam in eodem comitatu

Vyuar habitam a Johanne filio Magrabeus precio comparaverit sicut dicit, ut easdem absque cuiuslibet contradiccionis obstaculo possideret et haberet, nos ipsas possessiones sibi confirmare dignaremur; unde licet eedem possessiones dicto Johanni filio Ite legitime statute pridem fuerint, tamen nos ex huiusmodi a nobis petita confirmacione cuiquam preiudicium facere nolentes, ad maiorem cautelam et conservacionem iuris ipsius Johannis easdem possessiones secundario reambulari commisimus et publice proclamari, persona ut si quisquis easdem iure aliquo vel titulo suas esse declaraverit et redimere voluerit ab eodem Johanne, iuxta regni consvetudinem redimendi habeat facultatem, si autem nullus contradictor apparuerit vel redemptor de premissis, extunc memorate possessiones facta reambulacione earumdem presentibus commetaneis et convocatis vicinis suis statuantur Johanni filio Ite perpetuo possidende, contradictoribus si qui fuerint ad nostram presenciam .. evocatis; quare fidelitati vestre .. mandamus per presentes quatenus cum Valentino de Zonuk aut Lucasio de Berech si alterum abesse contingat homine nostro vestrum hominem mittatis pro testimonio fidedignum ad premissa exequenda, et post hec diem citacionis nomina evocatorum et terminum assignatum cum cursibus metarum et tocius facti serie nobis fideliter rescribatis. Datum in Wyssegrad, in octavis beati Martini confessoris, anno domini Mmo CCCmo XXmo tercio.

Az egri káptalannak erre 1323. dec. 24-én kelt jelentéséből, mely szerint Márton kanonok és Berechi Lukács a helyszínén többeket felszólították, sőt Sároson a piaczon nyilvánosan is kikiáltatták, a kiváltásra azonban senki sem jelentkezett. Az egri káptalan e jelentését I. Károly király 1324. nov. 9-én átírta; l. alább.

92.

1323. nov. 20. I. Károly király Helmecz birtokot Zemplén vármegyében hívének az Ákos nemzetségből való Mikch bánnak adományozza.

Karolus .. rex .. ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod cum Dyonisius, Donch, Matheus, Johannes, Mychael, Georgius et Nicolaus filii Budun a via fide-

litatis nobis et sacre corone debita divertendo Matheo filio Petri de Trinchyn quondam notorio nostro infideli assumto rebellionis spiritu adherentes contra nos utpote dominum eorum naturalem nequissima et damnosa emulacione processissent, perpetratis per eos occisionibus personarum et vastitatibus possessionum nostrorum fidelium, tunc precipue dum idem Matheus filius Petri erecto sue nefandissime presumcionis vexillo iuxta fluvium Tarcha prope Rozgun in campo contra nostram maiestatem servilia movit arma, prenominati filii Budun in acie ipsius Mathei adversum nos hostiliter decertarunt, preterea dum nobis in regno nostro procedentibus pro reformacione status regni nostri nobilem virum et strennuum militem nostrum magistrum videlicet Ladislaum filium Pauli filii Kompoldi ad preparandum pro nobis descensum premiseramus, iidem filii Budun nequiter nobis insidiantes aspirantes extingere vitam nostram in villa Gyurke vocata ipsum magistrum Ladislaum nescientem sibi precavere agressi crudeliter occiderunt, ex quibus et aliis ipsorum maleficiis innumerabilibus in contumeliam et obprobrium nostre celsitudinis illatis manifeste infidelitatis notam incurrentes, nos attendentes quod publice utilitatis intersit ne crimina remaneant inpunita et indulti sceleris audacia ceteris perpetrandi similia transeat in exemplum, predictos . . filios Budun infideles nostros ne de suis infidelitatibus videantur comodum reportare sed pocius perpetue doleant angusciam egestatis, omnibus eorum possessionibus et specialiter possessione ipsorum Helmuch vocata in comitatu Zemliniensi existente, que olim Alexandri filii Angelus et ipso Alexandro procurante apud filios quondam Herrici bani capcionem et captivitatem domini Ladizlai tunc illustris regis Hungarie carissimi fratris nostri patruelis et ex hoc crimen lese maiestatis incurrente, sicut ex certa scientia nobis constat, ad ipsum Budun ex regia collacione fuerat devoluta, de prelatorum et baronum nostrorum consilio et consensu lege regali permittente duximus spoliandos, quam quidem possessionem Helmuch cum suis utilitatibus et pertinenciis magnificus vir Mykch filius Mychaelis *de genere Akus* magister thawarnicorum domine regine carissime consortis nostre comes de Sarus et de Zemlyn dilectus et fidelis noster ad nostram

accedens presenciam sueque fidelitatis servicia nobis impensa rememorans et declarans pro suis fidelibus serviciis a nobis sibi dari et conferri perpetuo postulavit; verum quia ex debito . . . stb. *) Volentes igitur tot et tantis eiusdem serviciis specialibus regio occurrere cum favore, licet a nobis multo plura mereretur, predictam possessionem Helmuch cum omnibus suis utilitatibus et pertinenciis universis sub metis et terminis infrascriptis dedimus donavimus et contulimus prenominato magistro Mykch et per eum suis heredibus heredumque suorum successoribus iure perpetuo et irrevocabiliter possidendam tenendam pariter et habendam, et Ladizlaum ac Nicolaum filios predicti Alexandri, qui patris eorum vestigia sequentes unacum predicto magistro Johanne filio Herrici contra nostram maiestatem non sine infidelitatis nota rebelliter processerunt, eorumque heredes et posteritates sicut et prenominatos filios Budun ex causa infidelitatum prescriptarum privamus et absolvimus ab omni iure possessionis Helmuch supradicte, et ipsum magistrum Mykch in corporalem possessionem predicte possessionis Helmuch per Simonem filium Demetrii fidelem hominem nostrum sub testimonio capituli ecclesie beati Martini de Scepus fecimus introduci seu eandem possessionem ipsi magistro Mykch statui, nullo penitus contradictore existente in huiusmodi statucione, approbata regni consvetudine observata; prout idem capitulum per suas litteras nobis rescripsit, cursus metarum eiusdem possessionis . . hoc ordine distinguntur: prima meta incipit in quodam loco Kwpod vocato ubi circa quandam viam sunt due mete terree, deinde procedit versus aquilonem per magnum spacium et pervenit ad tres metas terreas que sunt iuxta quoddam stagnum, deinde procedit ad unam kercum sub qua est meta terrea, deinde procedit similiter versus aquilonem circa viam, pervenit ad unam metam terream, deinde procedit de meta ad metam similiter versus aquilonem, pervenit ad unam metam capitalem que est circa finem cuiusdam stagni Gyalmastou vocati et separat illam possessionem a pos-

---

*) L. szóról szóra Fejérnél, VIII. 2. 470—471. l., azzal a megjegyzéssel, hogy *Bisk* vár helyett *Wysk* olvasandó.

sessione Johannis filii Aba, deinde salit ad quandam viam magnam et reflectitur versus orientem et pervenit ad unam metam terream que separat de possessione filiorum Zolad et procedit supra eandem viam, versus orientem pervenit ad duas metas terreas que separant de possessione ecclesie de Lelez, inde procedit de meta ad metam et pervenit ad duas metas terreas que sunt in fine cuiusdam stagni Horgostou vocati, deinde vadit ad duas arbores querci sub quibus sunt due mete terree, deinde procedit circa magnam viam, pervenit ad tres metas terreas et sic ex utraque parte illius vie procedendo de meta ad metam transit usque metam possessionis Buthka vocate, inde procedit ad duas metas terreas quarum una est sub arbore querci que seperant (így) de Lelez et de Buthka, *) deinde reflectitur versus meridiem de meta ad metam transeundo quandam viam pervenit ad duas metas terreas in fine cuiusdam viminis vulgariter rakatya vocati, inde procedit similiter versus meridiem de meta ad metam et pervenit ad unam metam que dicitur holmhatar que est iuxta quoddam stagnum que separat de terra possessionis Buthka et procedit iuxta idem stagnum et pervenit ad quandam metam capitalem que separat a terra possessionis Dobra vocate, deinde oblicando (így) se procedit versus meridiem et pervenit ad duas metas terreas que sunt circa quoddam stagnum Horgostou vocatum, abinde eundo pervenit ad metam ville Kusfolu vocate que est villa filiorum Benedicti, deinde procedendo circa possessionem filiorum Benedicti pervenit ad metam ville Perbenyk vocate que est circa viam de Semyeu, deinde procedendo transit quandam aquam Karacha vocatam et pervenit ad quandam quercum sub qua sunt due mete terree et circa eandem aquam descendendo transit ad aliam partem ipsius aque et pervenit ad aliam quercum sub qua sunt due mete terree que separant de terra Gerys vocata, deinde procedendo transit dictam aquam Karacha et procedendo ultra eandem aquam pervenit ad locum quendam Wytalusteleke

*) Itt a *Buthka* név, valószínűleg az átíró hibája miatt, helytelenűl áll *Bochka* vagy *Bachka* helyett; Butka ugyanis nem lehet határos Helmeczczel, de határos vele Bacska, s egy ponton a leleszi és bacskai határok csakugyan együtt érintik a helmeczi határt.

vocatum et ibi sunt due mete terree, procedendo inde versus partem septemtrionalem pervenit ad priores metas ad locum Kwpod antedictum et sic mete predicte possessionis Helmuch terminantur .. Datum per manus discreti viri magistri Endre lectoris Quinqueecclesiensis aule nostre vicecancellarii dilecti et fidelis nostri, anno domini Millesimo CCC° XX° tercio, XII° kalendas Decembris, regni autem nostri anno similiter XX° tercio. Venerabilibus... stb.*)

I. Lajos királynak 1351-ben, Budán »secundo die festi beate Lucie virginis« »magister Stephanus filius quondam Mykch bani comes de Posaga ac Johannes filius Emerici de Hewes aule nostre parvulus« számára kiadott átiratából, melynek eredetije megvan az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 800. 1. dipl. ltár: 2192. Közli: Nagy Gyula.

93.

1323. Visegrád, nov. 23. I. Károly király az esztergomi keresztesek conventjét utasítja, hogy a Veres Gyula kis-tapolcsáni birtokán Veres Beke hrussói várnagy által elkövetett hatalmaskodás iránt vizsgálatot teljesíttessen.

Karolus .. rex .. magistro et conventui cruciferorum sancti regis Stephani de Strigonio .. dicit nobis comes Gula rufus, quod anno domini M° CCC° XX° primo in festo beati Galli confessoris comes Beke rufus castellanus de Hwrso ad villam eiusdem comitis Gula accedens potencialiter Kystoplochan vocatam, in eadem vi descendisset et eciam de propria sua domo universa ipsius bona exportasset et insuper villicum suum de villa Vlog captivasset omnia bona eiusdem villici auferendo et per hec facta eidem Gule centum et XXX. marcarum damnum intulisset, super quo fidelitati vestre damus precipientes in mandatis, quatenus detis hominem vestrum pro testimonio fidedignum coram quo Michael filius Dominici de Endreed, vel Johannes de Arma homo noster sciat et inquirat de premisssis a quibus expedit veritatem, et secundum quod sciverit vobisque retulerit, nobis fideliter rescribatis. Datum in Wisegrad, in festo beati Clementis, anno domini M° CCC° XX° tercio.

---

*) Az országnagyok neveit l. Fejérnél, VIII. 2, 471. l.

Az esztergomi keresztesek conventjének 1323. november 28-án kelt jelentéséből, mely szerint az a király embere mellé Tamás kar-lelkészt kiküldvén, az ezek által teljesített vizsgálat által a föntebbi panasz valónak bizonyúlt; a convent jelentése eredetiben megvan az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 19. 47. dipl. ltár: 2195. Közli: Vincze Gábor.

94.

1323. nov. 23. Az esztergomi keresztesek conventje I. Károly királynak jelenti, hogy a midőn Csolnok faluban a margitszigeti apáczákat négy telek birtokába beiktatták, ennek több esztergomi polgár ellent mondott.

Karolo . . regi . . frater Jacobus magister et universi fratres cruciferorum domus hospitalis sancti regis Stephani de Strigonio . . noverit vestra regia celsitudo nos recepisse literas vestre maiestatis in hec verba: Karolus . . . stb. (l. föntebb, 75. sz. a.) Nos vero . . cum prefato Andrea filio Lende homine vestro nostrum hominem fidedignum pro testimonio curavimus destinare, qui demum ad nos reversi nobis concorditer retulerunt, quod idem Andreas homo vester sub testimonio eiusdem hominis nostri quatuor sessiones seu mansiones in fine ville Cholnuk existentes sub nomine possessionum earumdem dominarum reimpedivisset recaptivando, de qua quidem reimpedicione comes Hermanus, comes Gihaninus filius Mauricii, comes Stephanus filius comitis Godini et Giongius filius comitis Rubini cives Strigonienses contradixissent, et ob id idem Andreas homo vester sub testimonio eiusdem hominis nostri citasset eosdem contra easdem religiosas dominas de Insula Budensi ad presenciam vestre maiestatis, octavas Epiphanie domini nunc venturas eisdem pro termino assignando. Datum in festo Clementis pape, anno domini Millesimo CCC° XX° tercio.

Záró pecsét maradványaival, eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. Mon. V. Bɔd. 2. 12. dipl. ltár: 2177. Közli: Vincze Gábor.

95.

1323. nov. 29. I. Károly király jeles alakú oklevélben Mikóháza és Dubzydháza birtokokat Miklós fiának Péternek és Máté fiának Jakabnak visszaadja.

Karolus rex . . ad universorum . . noticiam harum serie volumus pervenire, quod cum Petrus filius Nicolai et Jacobus filius Mathei quasdam possessiones eorum Mikohaza et Dubzydhaza vocatas a nobis sibi reddi et restitui postulassent et nos iuxta bonam et approbatam regni nostri consuetudinem capitulo Vachiensi ut . . dictas possessiones reambularet et statueret ipsis Petro et magistro Jakobo . . litteris nostris dedissemus in mandatis, tandem dictum capitulum rescripsit nobis in hec verba: (l. I. Károly királynak 1323. julius 13-iki oklevelénél emlitve föntebb 73. sz. a.) Nos igitur ex relacione dicti capituli . . informati, considerantes fidelitates et meritoria servicia eorundem Petri et magistri Jakobi . . prenominatas possessiones eorum Mikouhaza et alio nomine Dobzeghaza vocatas cum omnibus suis utilitatibus reddidimus et restituimus eisdem et per eos suis heredibus heredumque suorum successoribus iure perpetuo et pacifice possidendas tenendas et habendas a quolibet penitus auferendo . . Datum per manus discreti viri (magistri) Endre lectoris Quinqueecclesiensis et aule nostre vicecancellarii dilecti nobis et fidelis, anno domini M° CCC° XX° tercio, tercio kalendas Decembris, regni autem nostri anno similiter XX° tercio. Venerabilibus . . . stb.*)

Zöld és piros zsinóron függő kettős pecsét maradványaival; eredetije a N. Muzeum könyvtárában. Közli: Tagányi Károly.

---

*) L. az egyház- és országnagyok neveit föntebb 62. sz. a. azzal a különbséggel, hogy György szerémi püspöknek íratik, Péter boszniai püspök kimaradt, valamint Lampert országbírónak nyitrai főispáni czíme is, Tamás erdélyi vajda nem említtetik és Mikch királynői tárnok főispáni czímei sem, elősoroltatnak azonban Miklós tótországi bán és Miklós pozsonyi gróf.

96.

1323. dec. 8. I. Károly király Apród István részére Garadna Abaúj vármegyei birtokról való adományozását jeles alakú oklevélben megerősíti.

Karolus .. rex .. ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod cum magister Stephanus dictus Oprod .. quandam possessionem Garadna vocatam in comitatu de Wywar iuxta fluvium Harnad existentem a nobis sibi dari et conferri perpetuo postulasset et nos .. capitulo ecclesie Agriensis ut ipsi .. suum mitterent hominem coram quo Stephanus crispus homo noster statueret ipsi magistro Stephano litteris dedissemus in mandatis .. tandem iidem .. nobis rescripserunt in hec verba: (l. föntebb, 57. sz. a.) Nos itaque ex huiusmodi relacione dicti capituli informati antedictam possessionem Garadna nostre collacioni pertinere cognoscentes revocantesque in memoriam fidelitates .. magistri Stephani memorati .. iam dictam possessionem Garadna .. eidem et per eum suis heredibus .. a Johanne filio Cosme infideli nostro tum propter notam infidelitatis ipsius notoriam quam ipse in conflictu quem filii Omodei cum pertinentibus ad Matheum de Trenchen quondam infidelem nostrum assumto rebellionis spiritu prope civitatem nostram Cassa vocatam erectisque infidelitatis eorum contra nos vexillis nobiscum committere non formidarunt, contra nostram maiestatem ausu temerario decertando incurrit, tum eciam quia idem heredum solacio decessit de hoc mundo destitutus, auferentes, dedimus .. perpetuo iure possidendam .., in cuius rei memoriam .. presentes concessimus .. novi et autentici sigilli nostri duplicis munimine roboratas. Datum per manus discreti viri magistri Andree lectoris ecclesie Quinqueecclesiensis aule nostre vicecancellarii dilecti et fidelis nostri, anno domini M° CCCmo XXmo tercio, sexto idus Decembris, regni autem nostri anno similiter XXmo tercio. Venerabilibus ... stb. *)

---

*) L. föntebb 62. sz. a. ezzel a hozzáadással: Nicolao bano tocius Sclavonie .. Nicolao comite Posoniensi, míg Péter boszniai püspök és Miklós somogyi főispán nem fordúlnak elő.

I. Lajos királynak »Andreas et Petrus filii Stephani dicti Aproud« részére 1354. mart. 11-én kiadott megerősítő okleveléből; ennek eredetije megvan az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 1534. 53. dipl. lt. 2146. Föltűnő, hogy I. Lajos király e megerősítő oklevélében Károly királynak pecsétjéről azt mondja hogy: »mediocri sigillo suo in partibus Transalpinis casualiter deperdito«, holott Károly király »novi et autentici sigilli duplicis munimine« adta ki föntebbi oklevelét. Közli: Nagy Gyula.

97.

1323. Budafelhéviz, dec. 15. Lampert országbiró a zselicz-szent-jakabi apátnak a margit-szigeti apáczák ellen Kazsok birtok irránti panaszos ügyében a feleknek okirataik felmutatásdra határnapot tüz ki.

Nos magister Lampertus iudex curie domini regis et comes Chanadiensis damus pro memoria, quod frater Dethmarus abbas monasterii sancti Jacobi de Zelyzyo secundum continenciam priorum litterarum nostrarum prorogatoriarum in octavis beati Andree apostoli coram nobis personaliter comparendo contra religiosas dominas de Insula Leporum proposuit in hunc modum, quod quandam possessionem ecclesie sue Kasuk vocatam munimine privilegiorum ipsi ecclesie attinentem eedem domine occupatam detinerent, racionemque detencionis scire vellet si iuste et rite detinerent, iustam autem et legitimam detencionem eisdem vellet confirmare; contra quem religiosus vir frater Stephanus generalis procurator earundem cum litteris procuratoriis ipsarum exsurgendo, dictam possessionem Kasuk titulo vigorosorum instrumentorum easdem dominas habuisse possedisse et nunc possidere affirmavit, ibidemque idem procurator dictarum dominarum exhibuit nobis litteras conventus monasterii Waradiensis, in quibus vidimus contineri quod homo domini regis sub testimonio ipsius conventus fidedigno ad inquisicionem domini nostri regis talem scivissent veritatem, quod sabbato proximo ante festum beatorum Petri et Pauli apostolorum iam proxime preterito dictus abbas sancti Jacobi de Zelyzyo potencialiter in dictam possessionem Kasuk veniendo Ladislaum officialem ipsarum dominarum et dictum fratrem Stephanum procuratorem earum-

dem de eadem possessione expulisset et omnia que sibi fuerunt necessaria recepisset in eadem; unde nos auditis parcium proposicionibus adiudicantes decrevimus, quod in octavis medii Quadragesime nunc venturis prefate partes contra sese instrumenta super facto dicte possessionis Kasuk coram nobis exhibere teneantur, in eisdemque octavis de facto potenciali per dictum abbatem illato discuciamus iusticia svadente. Datum in Calidis Aquis nono die termini prenotati, anno domini M° CCC° XX° tercio.

Záró pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. Mon. Pos. 43. 3. dipl. ltár: 2196. Közli: Vincze Gábor.

98.

1323. A bácsi káptalan előtt Dorozlói Pál, Andrással és több bakai nemesekkel bizonyos vitás birtokrész iránt kibékül.

Capitulum ecclesie Bachiensis .. ad universorum noticiam .. volumus pervenire, quod cum inter Paulum de Dorozlo ab una parte, Andream, Bitonem, Johannem, Petrum et Barrabam nobiles de Baka ab altera super porcione eiusdem Pauli in eadem possessione Baka existente ac eciam racione iudiciorum, quibus iidem nobiles contra ipsum Paulum coram comite Bachiensi convicti extiterant, litis materia fuisset suscitata et diucius inter ipsos ventilata, tandem licet probis viris mediantibus taliter concordaverint, quod idem Paulus porcionem suam in eadem possessione Baka existentem suo iuramento coram homine nostro ad hoc deputato rehabere debuisset et insuper iidem nobiles quindecim marcas eidem coram nobis dare debuissent, tamen pro bono pacis et stabilioris firmitatis in loco sacramenti ad talem pacis devenerunt unionem, quod predicti nobiles porcionem ipsius Pauli in prescripta possessione existentem absque suo iuramento eidem reddidissent pacifice possidendam et insuper terciam partem porcionum suarum de eadem a parte porcionis ipsius Pauli adiacentem cum omnibus utilitatibus suis et pertinenciis ad eandem, videlicet piscinis, pratis et fenetis simulcum tercia parte

iuris patronatus monasterii in eadem possessione existentis ac quadam via magna per quam idem Paulus commode ad ipsum monasterium ire poterit, perpetualiter dedissent et assignassent in filios filiorum possidendam pariter et habendam signis et metis coram homine nostro ab ipsorum porcione distinguendo; et idem Paulus e converso super debito ipsarum quindecim marcarum iudiciorum gravaminibus prescriptorum ac eciam super sua captivacione per eosdem facta ipsos nobiles penitus et per omnia reddidisset expeditos, prout eedem partes unacum Thoma clerico chori nostri homine per nos ad hoc deputato coram nobis comparendo nobis retulerunt viva voce; cursus autem metarum ipsius terre partis possessionis memorate tali ordine distinguuntur: primo videlicet incipit ab aqua que Tyzia nuncupatur et prope ipsam aquam sunt due mete terree circa quandam vallem, et abhinc per metas terreas procedendo versus occidentem venit ad unam metam terream que est prope ante quendam montem hoolm vocatum, et deinde flectitur versus meridiem, venit ad unam metam terream et ab illa vadit ad pratum in quo quidem prato signa metarum fieri nequivissent.. Datum anno domini M° CCC° vicesimo tercio, Johanne preposito, Thoma lectore, Emerico cantore, Nicolao Bachiensi, Egidio Sirmiensi, Petro Zegediensi archidiaconis, Gallo custode, Petro decano, ceterisque canonicis in eadem ecclesia deo famulantibus iugiter et devote.

' Fölül A. B. C. cyrographummal, függő pecsétje hiányzik; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 1507. 2. dipl. ltár: 2199. Közli: Vincze Gábor.

99.

1323. A csanádi káptalan előtt Fülöp fia Benedek és ennek fia Fülöp, Füleplaka nevű birtokukat Udvardi Budafi Péternek és Pálnak elörökítik.

Capitulum ecclesie Chanadiensis .. ad universorum noticiam .. volumus pervenire, quod comite Benedicto filio Phylipi et Phylipo filio eiusdem personaliter ab una parte, item Petro et Paulo comitibus filiis Buda dictis de Wduardi similiter

coram nobis constitutis, iidem Benedictus et Phylipus dixerunt nobis et confessi sunt, quod quandam possessionem ipsorum hereditariam Phyluplaka vocatam in comitatu Orodiensi iuxta fluvium Berukzo existentem cuius possessionis dimidietatem titulo concambii a Michaele filio Dominici super dimidietate possessionis Welnuk vocate in comitatu Chanadiensi iuxta fluvium Morisii adiacentis iidem Benedictus et Phylypus commutando obtinuerant ut dicebant, cum omnibus utilitatibus .. eiusdem possessionis universis .. permittentibus omnibus de generacione ipsorum scilicet magistro Paulo filio Dyonisii cum filiis suis, Andrea filio Gregorii, Michaele filio Dominici prelibato, consencientibus eciam universis commetaneis et vicinis ipsius possessionis videlicet Mark, Johanne et Gregorio filiis Nicolai filii Georgii, item *abbate de Byzere* pro quo Cosmas officialis ipsius astitit cum procutario sufficienti, preterea nobilibus de Symand scilicet Sebastiano et Petro filiis Thome, item Hazuga, Nycolao filio Mathei, Smaragdo, Andrea, Gregorio dicto Fudur, Agustino, item Petro filio Sykusd, Michaele filio Pauli, Cozma filio Zallas, Laurencio filio eiusdem et Nicolao filio Phylpe .. pro quinquaginta marcis eisdem plene persolutis ut asserebat, memoratis comitibus Petro et Paulo .. vendidissent et perpetuassent ..; obligarunt se nihilominus iidem Benedictus et Phylipus similiter coram nobis, quod si aliqui eosdem comites Petrum et Paulum, aut ipsorum successores racione premisse possessionis ordine iudiciario impeterent, predicti Benedictus et Phylipus et ipsorum successores sepefatos comites Petrum et Paulum et eorum successores expedire tenebuntur .. Datum per manus discreti viri magistri Petri lectoris ecclesie nostre, anno domini M° CCC° vigesimo tercio, presentibus venerabilibus discretisque viris Petro kathedralis, Matheo Sancti Salvatoris ecclesiarum preposito, Herrico cantore, Emerico custode, Stephano Thymisiensi, Nycolao Orodiensi, Ladislao Ultramorisiensi, Paulo archidiaconis de Karaso ceterisque canonicis qui tunc poterant adesse.

Az aradi káptalannak 1332. julius 29-iki átiratából, melynek eredetije megvan az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 1597. 22. dipl. ltár: 2202. Közli: Vincze Gábor.

100.

1323. Az egri káptalan előtt Olnodi Pál, Detha nevű Borsod vármegyei birtokát Somugi Miklós comesnek örök áron bevallja s határait a káptalannal megjáratja.

Omnibus christi fidelibus .. capitulum ecclesie Agriensis .. ad universorum noticiam tenore presencium volumus pervenire, quod Paulo filio Jacobi de Olnod ex una parte, ex altera vero comite Nicolao dicto de Somug coram nobis personaliter constitutis idem Paulus proposuit viva voce, quod quandam possessionem .. Detha vocatam in comitatu Borsudiensi existentem, facta divisione cum Ladizlao et Rada filiis Petri fratris sui ad se (devolutam, cum omnibus) utilitatibus .. vendidisset .. comiti Nicolao pro centum marcis plene receptis ab eodem .. iure perpetuo possidendam ..; insuper obligavit se idem Paulus (ipsum) comitem Nicolaum ab omnibus racione eiusdem (possessionis impetere nitentibus defendere .. et predicti Ladizlaus et Rada filii Petri, item Paulus filius Georgii et Petrus filius Theodori cum) Nicolao filio Isaak fratre et tutore ipsorum, nobiles de Pethuri, Lukachius filius Thome filii (Pauli de Nek vicini et commetanei eiusdem) possessionis Detha coram nobis personaliter constituti huic vendicioni et empcioni consensum prebuerunt, necnon magister (Dionisius filius Blasii de Bolch) pro se et pro Dominico filio suo comparendo super perpetuacione ipsius possessionis Detha eidem comiti Nicolao tamquam proximo (suo similiter consensum prebuit) et assensum; mete autem quibus eadem possessio Detha circumdatur .. hoc ordine (exprimuntur): quod prima meta incipit a parte aquilonali super una meta posita iuxta fluvium Heuyow, de quo egreditur ad orientem et (eundo) directe ad ipsam plagam iungit quatuor metas super una quarum cadit in fossatum, et in eodem reflectitur ad plagam meridionalem et eundo directe in ipso fossato cadit in fluvium Scynua, in meatu cuius eundo iungit metas terre Johannis dicti Rakus, super quibus cadit in fluvium Heuyow et contra meatum eiusdem eundo ad aquilonem venit ad portum Sa-

mudreui vocatum, super quo reflectitur ad occidentem et eundo paulisper venit ad Zarrazer, in qua reflectitur iterato ad aquilonem et eundo directe cadit in fluvium similiter Eer vocatum, in quo vergit ad eandem plagam et super clausuram molendini cadit in fluvium Heuyow et ibi terminantur. Presentibus tamen magistro Petro proposito, Nicolao lectore, Nicolao custode, Waltero de Borusua, Laurencio de Kemey, Petro de Zemlen, Benedicto de Borsud, alio Benedicto de Vng, Stephano de Heues archidiaconis et aliis multis, anno domini M° CCC° XX° tercio, regnante Karolo illustri rege Vngarie, Bolezlao Strigoniensi, Ladizlao Collocensi archiepiscopis et domino nostro venerabili patre Chanadyno dei gracia episcopo Agriensi existentibus.

Alúl A. B. C. cyrographummal; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. Paul. Laad. 5. 1. dipl. ltár: 2205. Az eredeti példányból egy darab hiányozván, a zárjelek közt levő részek az egri káptalannak egy 1500. aug. 6-án kelt átiratából pótoltattak. Közli: Vincze Gábor.

101.

1323. A budai káptalan előtt András pesti polgár neje Liliom, a pomázi határban lévő szőlejét Becsei Imre lévai várnagynak elörökíti.

Capitulum Budensis ecclesie . . ad universorum . . noticiam . . volumus pervenire, quod domina Lylyum uxor Andree filii Michaelis civis Pestiensis astantibus eidem dicto Andrea marito suo et duabus filiabus suis de priori marito suo genitis ab una parte, item magister Emericus de Beche castellanus de Lewa ab altera in nostri presencia personaliter constituti, eadem domina Lylyum quandam vineam suam in territorio ville Pomaz situatam in vicinitate vinearum dominarum sororum de Insula beate virginis de Buda et Michaelis filii Peturke de eadem Pomaz adiacentem cum terra inculta spectanti ad eandem . . confessa est vendidisse . . eidem magistro Emerico pro quadraginta marcis argenti mercimonialis plene receptis ab eodem . . perpetuo . . possidendam . . Datum per manus discreti viri magistri Petri lectoris ecclesie

nostre, anno domini M° CCC° vigesimo tercio, magistro Petro cantore, Jacobo custode, Petro decano, Benedicto de Posonio magistris, Petro dicto Zekul, Dominico et Crisio sacerdotibus, Johanne et altero Johanne magistris ac Laurencio presbytero et ceteris canonicis existentibus.

Függő pecséttel, fölül A. B. C. cyrographummal; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 860. 9. dipl. ltár: 2200. Közli: Vincze Gábor.

102.

1324. jan. 6. A székes-fehérvári káptalan előtt Tengerdi Miklós a tengerdi határban egy szőlőt Soponyai Orros Péternek örök birtokába bocsát.

Capitulum ecclesie Albensis .. ad universorum .. noticiam harum serie volumus pervenire, quod magister Nicolaus filius Nicolai nobilis de Thenguerd .. quandam vineam suam in territorio Thenguerd existentem per Nicolaum avum suum a nobilibus de eadem Thenguerd emcionis titulo comparatam cum omnibus utilitatibus suis .. simul cum terra inculta et aggresta bene ad tres dietas arature in se continente, que quidem vinea a parte septemtrionali vinee Fyntha filii Blasii extitit commetanea et vicina a parte vero orientali Emerici filii Barlabas quoad unum angulum eius usque ad antiquum fossatum, inde protenditur versus orientem et pervenit ad duas metas terreas, meridionali vero parte vicinatur vinee Ladislai de eadem Thenguerd, de consensu .. cognatorum et vicinorum suorum Petro filio Syke dicto Orrus de Supunya dilecto et fidelissimo famulo suo .. pro .. serviciis suis .. maxime autem pro mutilacione sui membri in servicio suo speciali eidem Petro illati (így) et aliis vulneribus suis ac sangvinis sui effusione multa et magna .. confessus est dedisse .. Datum anno dominice Incarnacionis Millesimo trecentesimo vigesimo quarto, octavo idus Januarii, reverendo viro magistro Johanne Albensis ecclesie preposito auleque regie vicecancellario, discretis viris Petro cantore, Johanne custode et Nicolao decano ecclesie nostre existentibus.

Tamás erdélyi vajdának, mivel Thenguerd birodalma »ipso Nicolao filio Nicolai absque heredum solacio debitum vniverse carnis exsolvente ex collacione munificencie regalis« ő reá szállott, az adományos részére 1336-ban, Visegrádon »in dominica Reminiscere« kiállított megerősítő átiratából, melynek zöld selyem zsinóron függő pecséttel ellátott eredetije megvan az orsz. ltár kincst. oszt. Jes. Jaur. 30. 6. dipl. ltár: 2983. Közli: Nagy Gyula.

103.

1324. Budafelhévíz, febr. 17. Lampert országbíró Miklós fiát Petöt Szokoli Boda ellenében, Ratun birtokára nézvest, mely Béla király adományozása által öt illette, okmányai elömutatására kötelezi.

Nos magister Lampertus iudex curie domini regis et comes Chanadiensis, damus pro memoria, quod Peteu filius Nicolai iuxta continenciam literarum citatoriarum capituli Nitriensis in octavis Purificacionis virginis gloriose contra Bodam de Zakaly legitime citatum personaliter astantem proposuit in hunc modum, quod idem Boda quandam possessionem suam Ratun vocatam ad quinque aratra sufficientem titulo collacionis serenissimi principis domini Bele condam incliti regis Hungarie clare memorie sibi pertinentem detineret in sui preiudicium et iacturam; contra quem memoratus Boda respondit e conuerso, quod ipse ipsam possessionem Ratun non detineret nec apud se haberet, sed ipse Peteu filius Nicolai de possessione sua Kelechen vocata occupare et ab ipso auferre niteretur et in nullo racione prescripte posses sionis Ratun per ipsum Peteu prohiberet, verum quia memoratus Peteu ipsam possessionem suam Ratun uocatam per ipsum Bodam detineri proponebat prelibatus autem Boda non ipsam possessionem Ratun sed Kelechen possidere respondebat nec idem Peteu prefata instrumenta Bele regis ipsius regie collacionis modum continencia ad presens valebat exhibere, pro eo adiudicantes decrevimus quod prefatus Peteu predicta instrumenta Bele regis in octavis medii Quadragesime nunc venturis coram nobis exhibere teneatur, ut discus-

sum facere valeamus inter partes congruentem. Datum in Calidis Aquis nono die termini prenotati, anno domini M° CCC° XX° quarto.

Egy nagyobb három szegletű s paizs alakú és két kisebb pecsét nyomaival; eredetije Darvas Lajos úr ajándékából jelenleg az Akademia könyvtárában őriztetik. Közli: Kovács Nándor.

104.

1324. Visegrád, febr. 29. I. Károly király Elefánti Dezső panaszára Michefi Lőrincz fiait Vicsap birtok használatától a nyitrai káptalan által tilalmaztatja.

Karolus .. rex .. capitulo ecclesie Nitriensis .. dicit nobis magister Deseu de Oliphant (így) castellanus de Sepuswar (így) fidelis noster, quod possessio Wichap vocata sibi pignori esset obligata, sicut in litteris ecclesie vestre vidimus contineri, et Thomas ac Johannes filii Laurencii filii Miche tacita veritate in absencia ipsius Deseu eandem descendissent; unde cum nos unumquemque suo iure indebite privari non velimus, fidelitati vestre precipientes mandamus quatenus vestrum mittatis hominem idoneum pro testimonio coram quo Andreas filius Petri vel Andreas filius Budmeri .. homo noster Thomam et Johannem filios Laurencii predictos contra magistrum Deseu ad nostram presenciam ad terminum competentem evocatis (így) .. et prohibeat nihilominus idem homo noster predictos filios Laurencii ab usu et percepcione utilitatum dicte possessionis medio tempore, donec ordine iudiciario cui ipsa cedet possessio decernetur. Datum in Visegrad, in die Cinerum anno domini M° CCC° XX° quarto.

A nyitrai káptalannak erre 1324. mart. 6-án kelt jelentéséből, mely szerint a káptalan embere Pál kar-lelkész, és Emőkei Pál kir. ember a föntebbi meghagyásnak eleget tettek és a vádlottakat a király személye elé »ad feriam terciam post dominicam Oculi« megidézték; a káptalan jelentésének eredetije megvan az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 1671. 19. dipl. ltár: 2230. Közli: Nagy Gyula.

105.

1324. mart. 23. I. Károly király a hütlen Csák fiának Jánosnak Ecseg nevü várát és több birtokait Horsundorfer Ulvengnek adományozza.

Karolus .. rex .. ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod cum Johannes filius Chaak dudum pocioribus regiis et regni nostri honoribus de nostre maiestatis gracia esset potitus secretorum nostrorum precipuus consiliarius, tandem spiritus tenebrosus sic animum eius obcecavit quod a fide nostra familiari dolo divertens unacum Matheo de Trinchyn notorio nostro infidele in necem nostram et lese maiestatis nostre crimen conspiravit ad instar Jude Scariothis (igy) domini sui benefactoris nostram scilicet personam frivole suggescionis precio mercatus dicto Matheo ad necandum tradere prodicionaliter apposuit, sed ecce, qualiter omnipotentis dei misericordia pro nobis evidentissime pugnat, quia nedum infidelium et superborum colla potencie nostre pedibus subiecit sed eciam animam nostram de manibus familiaris eripuit proditoris, nam postquam idem Johannes divina sibi obsistente potencia tam execrabile facinus conceptum nequivit ponere in effectum et nobis ac mundo publicatum nullo nequicie sue velamine detegere potuit, se ad eundem Matheum latentis fuge presidio recipiens eique malignitatis federe sociatus infinita dampna et personarum excidia nostris fidelibus iugiter irrogavit et postmodum in huiusmodi infidelitate sua irrevertibiliter perseverans finivit miserabiliter vitam suam; unde nos .. eundem Johannem .. castro suo Echeg vocato et omnibus possessionibus suis de prelatorum et baronum nostrorum consilio et consensu duximus perpetuo spoliandum, quodquidem castrum Echeg vocatum cum quatuor possessionibus circa id castrum existentibus et aliis possessionibus: Wysk, Scenthegud, Huri, Vyfalw, Dani, Parlag, Perezlen, Starchan, Keregwduar, Scemered, Alchy et Preuchen vocatis Wluingus de Horsundorph dilectus et fidelis miles noster ad nostram accedens presenciam sueque fidelitatis servicia nostre maiestati impensa rememorans et declarans a nobis sibi dari et conferri

perpetuo postulavit; nos itaque .. peticionibus eiusdem Weluingi diligenter auditis revocantesque in memoriam fidelium serviciorum preclaris meritis.. que idem.. exhibuit et impendit, de quibus hec potissimum recolentes, quod castrum et civitatem nostram Posoniensem que per duces Austrie et Stirie potencialiter detinebatur suo fideli ministerio et diligenti procuracione recuperavimus sic quod idem Wluengus restitucionis et recuperacionis castri et civitatis Posoniensis predicte et motiva ac efficiens quodam modo causa fuit, preterea cum idem Wluingus castrum nostrum Korlathkeu vocatum contra predictum Matheum infidelem nostrum detineret et Stephanus Bohemus consobrinus eiusdem Mathey cum multitudine gentis sue contra ipsum castrum nostrum venisset idem Wluingus eisdem hostibus nostris potenter occurrens adversus eos viriliter dimicavit et quamvis in ipso conflictu letaliter fuerit sauciatus et tredecim servientes sui fuerint interemti tamen de ipsis hostibus victoriam laudabilem reportavit, ceterum idem Wluengus fere pociores et nobiliores Alamanie milites ad fidei nostre cultum adduxit et nostris serviciis applicavit, volentes igitur tot et tantis serviciis suis specialibus regio occurrere cum favore, predictum castrum Echeg et predictas possessiones, scilicet quatuor possessiones iuxta castrum id existentes in comitatu Neugradiensi, item possessiones Scenthegud, Daan, Parlag, Uyfalu cum tributo quod ibidem exigitur et Huri vocatas in comitatu Pestiensi existentes, item possessiones Kerekwdwar et Alchy vocatas in comitatu de Zonuk existentes, item possessionem Wysk vocatam cum tributo quod ibidem exigitur et cum possessionibus ad eandem spectantibus scilicet Perezlen, Starchan, Preuchen et Scemered vocatis in comitatu Huntensi existentibus, item possessionem Cunchaza vocatam in comitatu Neugradiensi existentem hominis sine herede decedentis et ex eo iure ad nostram collacionem pertinentem cum tributo quod ibidem super ponte exigitur, cum omnibus earumdem utilitatibus et pertinenciis universis sub antiquis metis et terminis quibus per prefatum Johannem habite extiterunt et possesse, ex certa nostra sciencia dedimus .. eidem Weluingo de Horsundorph et per eum suis heredibus .. iure perpetuo .. Datum per manus discreti viri magistri Andree

lectoris Quinqueecclesiensis et aule nostre vicecancellarii dilecti et fidelis nostri, anno domini M° CCC° vicesimo quarto, decimo kalendas Aprilis, regni autem nostri anno similiter vicesimo quarto. Venerabilibus in Christo patribus dominis Bolezlao Strigoniensi, et fratre Ladizlao Colochensi archiepiscopis, Johanne Nitriensi, Benedicto Chanadiensi, Nicolao Jauriensi, Iwanka Waradiensi, Ladizlao Quinqueecclesiensi, Georgio Syrmiensi, fratre Petro Boznensi, Andrea Transilvano, Herrico Wesprimiensi aule domine regine consortis nostre karissime cancellario et Chanadino Agriensi ecclesiarum episcopis ecclesias dei feliciter gubernantibus, magnificis viris Philippo palatino iudice cumanorum *et bissenorum*, comite Scepusiensi et de Wywar, Demetrio magistro thawarnicorum nostrorum comite Bachiensi et Trinchiniensi, magistro Lamperto iudice curie nostre comite Chanadiensi et Nitriensi, Thoma Woywoda Transsilvano comite de Zonuk, Nicolao bano tocius Sclavonie comite Supruniensi et de Kumarum, Paulo bano de Machou comite Syrmiensi de Volkou et de Budrug, Mykch magistro thawarnicorum predicte domine regine, Deseu iudice curie eiusdem, Blasio magistro agazonum nostrorum, Dyonisio magistro dapiferorum nostrorum et Nicolao comite Posoniensi ac aliis quampluribus comitatus regni nostri tenentibus et honores.

Az esztergomi káptalannak 1343-ban »feria secunda proxima ante festum beati Georgii martiris« »Nicolaus filius Thome serviens et familiaris magistri Horsundorpher filii Horsundorf« kérelmére kiadott átiratából, melynek eredetije megvan az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 669. 14. dipl ltár: 2232. Közli: Nagy Gyula.

106.

1324. mart. 24. Szabolcs vármegye ispánja és birótársai előtt Várdai Hemus Semjéni László irányában egy pej lóra nézve szavatosságot vállal.

Nos magister Stephanus filius Pauli bani comes de Zobolch et quatuor iudices de eodem damus pro memoria, quod accedens ad nostram presenciam magister Ladislaus

filius Michaelis de Semien, ex altera vero Hemus frater Stephani magistri de Varadino personaliter coram nobis sunt constituti viva voce sabato proximo ante dominicam Pasce, ut unum ecum (így) peg coloris magistro Michaeli quatuor marchis (így) vendidit, ita tamen quod si aliqua (így) processu temporum ecu (így) prenominatum in provincia Bihor captivaverint idem Hamus prenominatus asumsit et obligavit se expedire propriis laboribus et expensis seu defendere. Datum sabato prenotato, anno domini M° CCC° XX° quarto.

Zárlatán két pecséttel; eredetije a N. Muzeumban, a Kállay cs. ltban. Közli: Tagányi K.

107.

1324. mart. 25. I Károly király az erdélyi vajda törvénykezési hatóságát teljesen visszaállítja s az ennek sérelmére eddig kiadott minden felmentő levelét visszavonja és érvényteleníti.

Karolus . . rex . . ad universorum noticiam tenore presencium volumus pervenire, quod licet nos eo necessitatis nostre tempore quo gubernaculum regni nostri ad manus nostras regias nondum plene devenerat per nephandissimos infidelium nostrorum processus coacti nobis providere de remedio opportuno quosdam de partibus transsilvanis quorum peticionibus de via necessitate debebamus inclinari a iudicio et iurisdiccione woyuode transsilvani pro tempore constituti eximentes nostro tantum iudicio duxerimus reservandos, quia tamen favente eo cuius est terra et plenitudo eius, pleno regimini regni nostri in omni sui parte infidelium nostrorum insultibus prorsus evitatis iam feliciter presidemus, iusticiam cuilibet, quemadmodum ex officio nobis incumbenti tenemur, reddere cupientes, quia eciam magnificum virum Thomam woyuodam transsilvanum et comitem de Zonuk dilectum et fidelem nostrum, quem nos propter laudabilium suarum fidelitatum preclara merita ad assistendum iugiter regio lateri nostro pre aliis nostris fidelibus elegeramus et ad continuas preces et instancias subiectivas hominum transsilvanorum fidelium no-

strorum velut modestum fide constantem et pacis amatorem in woyuodam prefecimus transsilvanum, omnem tranquillitatem et observanciam iusticie in medio eorumdem invenimus exercere, prout hoc ex relacione ipsorum transsilvanorum et probabilibus documentis exinde datis colligitur evidenter, vniuersas gracias nostras exempcionis . . revocamus et omnes causas occupacionum possessionum et alias quascunque *arduas et infimas* per prefatum Thomam woyuodam et suos successores woyuodas transsilvanos pro tempore constituendos, ne per aliquas retracciones a suo iudicio vel ad emciones graciarum wouodatui (így) derogetur, sicut woyuode antiquis temporibus progenitorum nostrorum quondam illustrium regum Hungarie iudicabant, exnunc in posterum habita cum baronibus nostris deliberacione prematura perpetuo decrevimus iudicandas et auctoritate presencium debito fine decidendas, exceptis dumtaxat causis collacionum possessionum infidelium nostrorum per nos factarum usque modo et eciam iniuriis ablacionum pecuniarum transsilvanis per homines alterius partis regni nostri vel eisdem per transsilvanos irrogatis quas fore sopitas volumus et inanes; quapropter volumus et woyuode transsilvano nunc constituto et constituendo in futurum regio edicto precipimus per presentes quatenus vniuersas causas . . iudicare et discutere debeat . . Datum per manus magistri Andree lectoris ecclesie Quinqueecclesiensis aule nostre vicecancellari, dilecti et fidelis nostri, anno domini M° CCC° XX° quartoi octavo kalendas Aprilis, regni autem nostri anno similiter XX° quarto. Venerabilibus . . . stb.[1])

Az erdélyi káptalannak 1325. máj. 16-án kelt átiratából; l. alább. Közli: Nagy Gyula.

---

[1]) L. föntebb 105. sz. a. a következő változásokkal: Henrik veszprémi püspöknél az »aule regine cancellario«, Fülöp nádornál a »iudice bissenorum«, Miklós slavoniai bánnál a »comite Supruniensi et de Komarum« czímek elmaradtak, Mykch királynői tárnok czíméhez pedig hozzáadatik »comite de Sarus et de Zemlyn.«

108.

1324. mart. 29. A budai káptalan I. Károly királynak jelenti, hogy Tisza királynői ajtónállót Ewrym és Borosjenő birtokokba beiktatta.

.. Karolo .. regi .. capitulum Budensis ecclesie .. litteras vestre serenitatis recepimus tenorem huiusmodi continentes: Karolus .. rex .. capitulo ecclesie Budensis .. cum nos iam dudum quandam possessionem reginalem Ewrym vocatam de consensu et beneplacito domine regine .. magistro Tyse ianitori nostro fideli contulerimus, item filii Petri filii Compoldi Gregorius videlicet Stephanus et Compoldus ac Emericus filius Pauli fideles nostri porcionem ipsorum in Borusyenew sitam inter terras Borusyenw predictam et terram Stephani dicti Kechkes adiacentem coram nobis personaliter constituti eidem magistro Tyse contulerint in comitatu Pestiensi existentes, fidelitati vestre precipientes mandamus quatenus vestrum mittatis hominem idoneum pro testimonio coram quo Blasius de Neek vel magister Thomas notarius noster si alterum abesse contingat homo noster vicinis et commetaneis ipsarum possessionum convocatis reambulet easdem .. et statuat ipsi magistro Tyse perpetuo possidendas .. Datum in Wysegrad, feria tercia proxima post dominicam Letare, anno domini M° CCC° XX° quarto. Nos itaque .. cum predicto Blasio homine vestro .. Jacobum .. custodem ecclesie nostre .. duximus destinandum, qui demum .. retulerunt, quod ipsi ad facies predictarum terrarum Ewrym videlicet terram reginalem et porcionem terre filiorum Compoldi et Emerici predictorum inter terras Borusyenew et Stephani dicti Kechkes adiacentem, que terra Stephani nunc est magistri Pauli conservatoris domus vestre de Veteri Buda, accedendo reambulassent easdem .. presentibus omnibus vicinis .. et nullo penitus contradictore comparente statuissent .. magistro Tyse perpetuo possidendas .. quarum terrarum mete .. hoc ordine distinguntur: quod a parte terre Meger est una meta terrea, deinde ad partem septemtrionis ad finem ville

Ewrym magistri Pauli ad unum truncum piri pro meta, deinde per unam viam versus septemtrionen ad tres foveas putei pro meta positas, abhinc ad orientem ad quasdam arbores nucum ubi sunt due mete, deinde gyrendo ad septemtrionem ad unam arborem nucis ubi sunt due mete terree, abhinc ad quendam montem versus villam Kaluz per tres metas terreas in eodem monte erectas quarum una terram Kaluz, alia terram magistri Pauli quondam Stephani Kechkes, tercia terram Jenew tangunt, deinde versus occidentem ad quandam vallem ubi sunt due mete in quibus sunt arbores zyl vulgariter nuncupate, deinde versus occidentem ad duas metás terreas ubi sunt arbusta silicis, abhinc ad eandem plagam occidentalem ad quandam arborem nucis iuxta viam per quam itur in Budam ad duas metas terreas quarum una terram Jeneu separat, abhinc versus Budam metatim veniendo iuxta viam ad quandam vallem ubi coniunguntur terre Wrs ibique terminantur, salvis terris ecclesie nostre intra dictas metas similiter per metas distingendo eodem magistro Tyse personaliter inibi existente remanentibus. Datum in crastino octavarum medii Quadragesime, anno domini M° CCC° XX° quarto.

I. Károly királynak 1325-ben »secundo nonas Julii« függő pecsét alatt kiadott megerősítő okleveléből, melynek eredetije megvan az orsz. ltár kincstári osztályában, Mon. V. Buden. 7. 3. dipl. lt. 2235. Közli: Nagy Gyula.

109.

1324. mart. 30. Bihar vármegye ispánja és bírótársai a Mikó fia és Zuard fia között egy részről, más részről Gergely comes fia között föntforgott ügyet elhalasztják.

Nos magister Philippus vicecomes Bihoriensis et quatuor iudices nobilium de eodem, damus pro memoria, quod cum secundum formam priorum litterarum nostrarum Leukus filius Miku et Zuard filius Chepani ac unus iobagio . . ipsorum videlicet Beke contra nobilem virum magistrum Stephanum filium comitis Gregorii feria tercia proxima ante medii Qua-

dragesimam (így) in nostri presencia perhemtorie respondere tenebantur, ipso termino adveniente ambe partes coram nobis sunt constitute et dictum extitit per ipsum Leukus filium Mikov et Zuard ut idem magister Stephanus accionem suam coram nobis revelaret, idem vero magister Stephanus accionem suam coram nobis revelavit, talimodo ut Leukus filius Mikov et Zuard ac iobagiones eorum predictos usus et utilitates suarum possessionum iniuste et indebite lite inter eos pendente percepissent, unde nos ipsam causam ad quindenas datarum presencium partibus predictis coram nobis comparendis ad peremtoriam responsionem (így). Datum feria tercia proxima ante medii Quadragesimam, anno domini M° CCC° XX° quarto.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije a N. Muzeumban. Közli: Tagányi K.

110.

1324. mart. 30. A garan-szent-benedeki convent előtt András és Gyula, Péter fiát Sándort Ebyz birtok eladásától, Zanchekot pedig annak megvételétől tilalmazzák.

Nos frater Ladislaus miseracione divina abbas monasterii sancti Benedicti de iuxta Gron et conventus loci eiusdem damus pro memoria, quod feria sexta proxima post Annunciacionem beate Marie virginis Andreas pro se et comite Jula fratre eiusdem protestatus est coram nobis, quod prohibuissent Alexandrum filium Petri a vendicione possessionis Ebyz nuncupate que eisdem adiacet vicina, et Zanchek ab emcione, et si aliquales litteras super emcione seu vendicione prehabita vellent recipere prohibuerunt in presencia nostri viva voce. Datum die prius habito, anno domini M° CCC° XX° quarto.

Zárlatán kerek pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 164. 8. dipl. lt. 2238. Közli: Nagy Gyula.

111.

1324. Avignon, apr. 5. XXII. János pápa a Szent-Ágoston szerzetbeliek újhelyi monostorát ingatlan birtokaival együtt oltalmába veszi.

Johannes episcopus servus servorum dei, dilectis filiis priori et conventui monasterii sancti Egidii de Vyel (így) per priorem soliti gubernari ordinis sancti Augustini Agriensis diocesis, salutem et apostolicam benediccionem. Cum a nobis petitur quod iustum est et honestum, tam vigor equitatis quam ordo exigit racionis ut id per sollicitudinem officii nostri ad debitum perducatur effectum; eapropter dilecti in domino filii vestris iustis postulacionibus grato concurrentes assensu personas vestras et locum in quo divino estis obsequio mancipati cum omnibus bonis que impresenciarum racionabiliter possidetis aut in futurum iustis modis prestante domino poteritis adipisci, sub beati Petri et nostra proteccione suscipimus, specialiter autem terras, domos, vineas, prata, pascua, nemora, molendina, redditas piscarias, possessiones et alia bona sicut ea omnia iuste et pacifice possidetis, vobis et per vos eidem monasterio auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmacionis infringere vel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attenttare presumserit indignacionem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Avinione, nonis Aprilis, pontificatus nostri anno octavo.

Barna-sárga selyem zsinóron függő ólom pecséttel; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. dipl. ltár: 2254. Közli: Nagy Gyula.

112.

1324. apr. 7-én. I. Károly király hívét Gerendi Péter fiát Miklóst az ország főbíráinak hatósága alól fölmenti.

Karolus .. rex .. ad universorum noticiam .. volumus pervenire, quod nos consideratis fidelitatibus .. comitis Nicolai filii Petri de Gerend .. que nobis et regno nostro .. exhibuit et inpendit, in eo specialiter, quod ad mandatum nostrum castrum Leta vocatum quod filiis Ladizlai quondam voivode infidelibus nostris conservabat eisdem dominis suis restituit, et postposita eorumdem filiorum Ladizlai voivode societate nostre maiestati supremo fidelitatis affectu indissolubiliter adherens possessiones suas et omnia bona sua sub spe et in devocione nostri nominis ad diripiendum devastandum et desolandum in manus infidelium nostrorum committere minime formidavit; demum cum Moys filius Moys notorius noster infidelis contra nostram maiestatem ausu temerario rebellans terram nostram Transsylvanam suis conatibus occupare niteretur non attendens quod qui domino suo naturali resistit divine potencie contradicit, et nos ad conterendum elatam ipsius Moys superbiam Johannem magistrum pincernarum domine regine consortis nostre carissime in partibus Transilvanis capitaneum preficientes ipsum comitem Nicolaum cum aliis nostris fidelibus eidem in socium deputassemus, in primo conflictu quem idem magister Johannes cum dicto Moys habuit sub castro Chychou ipse comes Nicolaus viriliter tanquam leo fortis irruens post multum certamen suis superatis viribus ab hostibus fuit captus, de qua quidem captivitate se propria pecunia liberavit; volentes tot et tantis eiusdem serviciis graciosis regio occurrere cum favore, de prelatorum et baronum nostrorum consilio et consensu omnia damna, nocumenta, destrucciones et conbusciones villarum, confracciones ecclesiarum et cimiteriorum, ablaciones rerum, captivaciones personarum, interfecciones hominum, illaciones vulnerum, mutilaciones membrorum, debellaciones exercituum quorumcunque et generaliter ac specialiter omnia mala et iniurias per ipsum comitem Nicolaum et Jacobum ac Nicolaum filios suos in serviciis ipsorum filiorum Ladislai voivode quamdiu ipsum

castrum Leta conservavit seu usque restitucionem ipsius castri quandocunque cuicunque vel quibuscunque tam ad nos pertinentibus quam aliis et ubicunque datas et illatas de plenitudine regie potestatis et gracia speciali pure et simpliciter relaxantes ignoscentes et per omnia indulgentes, omnem materiam quescionis omnemque causam litis et accionem que ex premissis vel aliquo premissorum damnorum et iniuriarum datarum et illatarum usque predicti castri restitucionem a quocunque actore coram quovis iudice orte vel mote essent aut possent oriri in futurum contra predictum comitem Nicolaum filios suos et eorundem heredes servientes et iobagiones ac quoslibet pertinentes ad eosdem, vigore presentis pagine penitus amputamus, ita ut iidem comes Nicolaus filii sui et eorum heredes super premissis non debeant nec possint per quempiam in iudicio vel extra iudicium conveniri aut aliqualiter molestari; volumus itaque et palatino, iudici curie regie, voivode Transilvano, comitibus ac universis iudicibus in nostro regno nunc et pro tempore constitutis quacunque dignitate nomine et titulo prefulgentibus vicesque eorum gerentibus regio sub precepto per presentes damus firmiter in mandatis, quatenus predictos comitem Nicolaum filios suos eorumque heredes in nullis causis et causarum articulis motis contra eos vel movendis ex premissis aut aliquo premissorum damnorum et iniuriarum datarum et illatarum usque restitucionem predicti castri Leta, ut est dictum, debean iudicare aut suo astare iudicio conpellere presumant; quicunque autem in iudicando vel ferendo sentenciam de premissis vel aliquo premissorum contra ipsos comitem Nicolaum filios suos et heredes eorumdem huic pagine contraire presumserit, regiam indignacionem incurrat et nihilominus iudicium seu sentenciam data per ipsum in hac parte non teneat nec vigorem et amminiculum iuris in aliquo sorciatur; preterea omnem donacionem et collacionem si quam de possessionibus vel de aliqua possessione ipsius comitis Nicolai ex quacunque causa cuiquam hactenus fecissemus, auctoritate presencium revocamus, omnes quoque litteras nostras et quelibet instrumenta super huiusmodi donacionibus possessionum dicti comitis Nicolai cuiquam concessas cassatas . . nunciamus .

Datum per manus discreti viri magistri Endre lectoris Quinqueecclesiensis aule nostre vicecancellarii dilecti et fidelis nostri, anno domini M° CCC° XX° quarto, septimo idus Aprilis, regni autem nostri anno similiter vicesimo tercio (így). Venerabilibus . . . stb.*)

Függő pecsétje hiányzik; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 946. 2. dipl. lt. 2239. Közli: Vincze Gábor.

113.

1324. apr. 25. A nyitrai káptalan előtt Hozlou comes fia Gyula Kis-Tapolcsán és Balog nevü birtokokból testvérének Andrásnak bizonyos részt juttat.

Nos capitulum ecclesie Nitriensis . . significamus . . quod accedentes ad nostram presenciam viri nobiles personaliter, videlicet Gyula rufus ab una parte et Andreas filius comitis Hozlou de Kusthopolchan ex altera, tandem propositum extitit per eosdem et relatum, quod licet idem comes Gyula a puericia sue etatis incipiens in multis fortunium (így) casibus ad conspectum quamplurimorum regum baronum et regni magnatum se exponendo et suis serviciis intromittendo necnon suis laboribus expensis et quesitis non parcendo quandam possessionem ipsorum hereditariam Kystopolchan vocatam olim per patrem ipsorum videlicet per comitem Hozlou ac per alios proximos suos venditam et amissam ac ab ipsis alienatam suo proprio labore et expensa absque iuvamine et labore ipsius comitis Andree fratris sui ac aliorum proximorum suorum pro centum marcis recomparavit et requisivit, necnon eciam quamplurimas alias possessiones ob remuneracionem suorum fidelissimorum serviciorum et bellicosorum sudorum ac eciam mediantibus suis expensis sibi et suis heredibus more emticio similiter ut premisimus absque iuvamine iam dicti comitis Andree fratris sui ac aliorum proximorum

---

*) L. föntebb 105. sz. a. azzal a különbséggel, hogy Henrik veszprémi püspöknél az »aule domine regine, cancellario« Fülöp nádornál a »iudice comanorum et bissenorum«, Miklós slavoniai bánnál a »comite de Kumarom« czímek elhagyattak, Mykch királynői tárnok czíméhez pedig hozzáadatik »comite de Sarus et de Zemlyn.«

suorum prefatorum comparavit, quibus omnibus per ipsum comitem Gyulam expositis et efficacissimis instrumentis coram nobis exhibitis in nullo ipso comite Andrea fratre suo contradicente, quia ipsum comitem Andream nullum ius proprietatis vel dominii in possessionibus per ipsum comitem Gyulam requisitis et comparatis atingebat, nihilominus tamen idem comes Gyula fraternali pietate et memoria providencie motus et inductus in quibusdam possessionibus suis infrascriptis ipsum comitem Andream fratrem suum coram nobis participavit quas vigore presencium declaramus, videlicet fundum curie ipsius comitis Hozlou patrem ipsorum in possessione Kystopolchan olim iure hereditario contingentem cum duabus mansionibus ex utraque parte ipsius fundi vicinantibus cum omnibus utilitatibus et pertinenciis earumdem sicut pater ipsorum a primevo possedit et tenuit cum fenetis eciam in duobus locis existentibus circa fluvium Thopolnica adiacentibus, item terciam partem possessionis Bolug vocate . . dedit . . ipsi comiti Andree fratri suo . . super quibus possessionariis porcionibus idem comes Andreas contentus . . ad hec se et suos heredes . . obligavit, quod si . . ipse Andreas aut eius heredes memoratum comitem Gyulam vel suos posteritates racione impeticionis cuiuscunque particule possessionis non contentus super predictis possessionariis porcionibus coram quovis iudice molestaret, extunc pena manifestorum calumniatorum puniantur. Datum secundo die festi beati Georgii martiris, anno domini M° CCCmo XXmo quarto.

Külső pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 113. 33. dipl. lt. 2241. Közli: Vincze Gábor.

114.

1324. apr. 27. I. Károly király a hütlenségbe esett Gut-Keled nemzetségbeli Lothardfi Dénes fiának Jarumpna nevü Valkó vármegyei birtokát Gergely fiának Miklósnak adományozza.

Karolus . . rex . . ad universorum noticiam . . harum serie volumus pervenire, quod Andreas Desev et Lothardus filii Dionisii filii Lothardi de genere Guth-Keled a via fideli-

tatis nobis et sacre corone nostre regie debita ad viam infidelitatis divertendo contra nostram regiam celsitudinem primum cum nos proclamato gentis nostre hungarice exercitu contra filios Herrici magni emulos nostros ad conterendam seve infidelitatis ipsorum contumaciam validissime accessissemus, ipsi filii Dionisii filii Lothardi precogitata diabolice fraudis nequicia et infidelitatis ipsorum scrupulo se maliciose retrahentes quamplurimorum nobilium possessiones in ipsa expedicione nostra existencium specialiter autem possessionem Nicolai filii Gregorii aule nostre iuvenis Zazteluk vocatam ipso Nicolao unacum nostra maiestate existente bonis omnibus mobilibus et immobilibus privando miserabiliter spoliavit et devastavit, quos cum de regalis nostre pietatis clemencia ob lacrimabiles ipsorum nobilium querimonias aures nostre celsitudinis frequenter et indefesso propulsas ordine iuris et iusticie tramite observato de tot et tantorum maleficiorum perpetracionum actibus eorundem contra ipsos nobiles condigna amonicione prehabita ad satisfaciendum ad nostre regie maiestatis presenciam evocassemus, iidem auribus obduratis venire non curantes sed inceptam presumtuose infidelitatis ipsorum rabiem temerario ausu contra nostram regiam magnificenciam magis eligentes augmentare quam diminuere, postmodum Kopoz filio Thome infideli nostro adherendo multa damna et nocumenta tam in spiritualibus, videlicet confraccionibus et concremacionibus ecclesiarum monasteriorumque invasionibus, quam eciam in temporalibus, scilicet destruccionibus et spoliacionibus possessionum nobilium urbanorum et rusticorum prediorum cuiuscunque honoris dignitatis vel condicionis hominum ista fuissent in omnium populorum regni nostri passim et sine aliquo delictu devastacionibus depredacionibus direpcionibus dissipacionibus incendiis et aliis diversimodis damnosis ac iniuriosis calamitatibus et periculosis disposicionibus, et quod est horribilius in excidiis hominum et multi sangvinis effusione inferre non formidantes ad ultimum ad partes trans zavanas se transferentes Wrosio regi Servie scismatico capitali nostro et regni nostri inimico inherendo cum multitudine gentis scismatice ipsius Wrosii regis regnum nostrum ipsi filii Dionisii subito invadentes spoliarunt multos liberos et liberas de eodem ad in-

effabille dedecus nostre maiestatis imo et regiminis diminucionem iugulando abduci facientes, ubi predictus Nicolaus filius Gregorii cum ceteris fidelibus nostris sibi consociis pro honore sancte nostre corone nostrique regiminis exaltacione casibus metuende mortis se submittens viriliter dimicando ab eisdem scismaticis lancea letaliter transfixus et aliis diris ac mortiferis vulneribus inibi extitit sauciatus; quid plura? iidem filii Dionisii multimoda insuper mala que absurdum et tedium esset presentibus per omnia enarrare nobis et regnicolis nostris indesinenter inferendo; nos igitur qui ad extollenda iustorum preconia et ad reprimendam malorum insolenciam a domino accepimus potestatem de prelatorum ac baronum ceterorumque regni nostri nobilium habita matura deliberacione et consensu, memoratos Andream Desev et Lothardum filios Dionisii filii Lothardi proprescriptis infidelitatibus et male meritis ipsorum, ne maliciosorum processuum eorum ulcionis vindictam aliqualiter senciant evasisse et ceteris in posterum per inpunitatis audaciam maior acrescat contumacia malignandi, omnibus bonis ipsorum possessionariis quovis nomine vocitatis ubicunque in regno nostro quolibet modo ipsos contingentibus de nostra regali potestate decernendo privandos duximus et perpetuo spoliandos ac sempiterna nota infidelitatis et sentencia eosdem et eorum posteritates innodando; demum quia prefatus Nicolaus filius Gregorii fidelis et familiaris aule nostre iuvenis a primevis sue puericie temporibus nostrorum pedum soleis volutatus nobis inherendo multiplicata fidelitate nobis in exhibendo fidelia obsequia studiose desudavit et multis periculosis casibus ac fortunis necis formidande pluries se submittens nostro adherens lateri gratos nobis et acceptabiles inpendit ut prediximus famulatus et in arduis plerumque regni nostri expedicionibus et castrorum expedicionibus specialiter vero in expugnacione nostri castri Machow, in quo predictus Lothardus filius Dionisii tempore recuperacionis eiusdem castri divina subveniente clemencia per nos laudabiliter geste contra nos unacum scismaticis se includendo in eodem extitit reprehensus ubi eciam idem Nicolaus ad visum nostre maiestatis letaliter fuerat vulneratus, in quibus tamen semper domino concedente

nos victoriam obtinuimus triumphalem idemque Nicolaus nostre maiestatis gracie dignum se fecit et acceptum, obhoc volentes ex benignitate regia inter singulorum fidelium nostrorum merita eiusdem Nicolai filii Gregorii tot et tanta meritoria servicia laude digna pie retribucionis occurrere regio cum favore, licet idem requirentibus suis benemeritis a nobis plura mereretur ad cuius ampliorem provisionem faciendam intencionem habeamus prompciorem, tamen in aliqualem recompensacionem huiusmodi fidelium obsequiorum ipsius Nicolai nobis frequenti et indefesso studio exhibitorum et in futurum exhibendorum, plenitudinem nostre regalis gracie conpensando et quod aliis fidelibus nostris sit in exemplum ac ad exhibenda nostre maiestati servicia animum reddamus ferventiorem, quandam possessionem sepedictorum Andree Deseu et Lothardi filiorum Dionisii infidelium nostrorum Jarumpna vocatam in comitatu de Wolkou existentem totam cum universis utilitatibus ad eandem spectantibus specialiter autem cum ecclesia lapidea in honore beati Nicolai confessoris in eadem edificata et constructa ac eius patronatu nihilominus ad nostras regias manus racione prescripte infidelitatis eorum cum aliis possessionibus ipsorum universis devolutam Nicolao filio Gregorii sepefato . . donavimus . . perpetuo possidendam . . Datum per manus discreti viri magistri Endre lectoris Quinqueecclesiensis aule nostre vicecancellarii dilecti et fidelis nostri, anno domini Millesimo trecentesimo vigesimo quarto, quinto kalendas Maii, regni autem nostri anno similiter vigesimo quarto. Venerabilibus . . . stb. *)

Sárga és veres selyem zsinóron függő pecséttel; eredetije a gr. Zay-Ugróczi ltban. Közli: Pesty Frigyes.

---

*) L. föntebb a 105. sz. a. azzal a változással, hogy a kalocsai érsek neve után odatétetett »auleque nostre cancellario«, Henrik veszprémi püspöknél nem emlittetik a királynői cancellari czím, továbbá Fülöp nádor tisztségei közül a »iudex comanorum et bissenorum« czím kimaradt; Mikch királynői tárnok, és Dezső királynői országbíró nincsenek meguevezve.

115.

1324. Visegrád, apr. 28. Károly király Iztreng és Aranyos Borsod vármegyei birtokokat Fülöp nádor jászói várnagyának Béli Mikó fiának Laczknak adományozza.

Karolus . . rex . . capitulo ecclesie Agriensis . . cum nos quasdam possessiones Iztreng et Aranas vocatas in comitatu de Borsod existentes a filiis Stephani filii Erney infidelibus nostris auferendo Lachk filio Mykou de Beel castellano magnifici viri Philippi palatini dilecti et fidelis nostri de Jazou duximus perpetuo conferendas, fidelitati vestre firmiter precipientes mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, coram quo Andreas rufus vel Johannes filius Chepani homo noster accedat super faciem predictarum possessionum . . et statuat easdem ipsi Lachk perpetuo possidendas . . Datum in Wysegrad, sabbato proximo post festum beati Georgii martiris, anno domini M° CCC° XX^{mo} quarto.

Az egri káptalannak erre 1324. május 8-án kelt jelentéséből; l. alább.

116.

1324. máj. 1. Az egri káptalan előtt Semjéni Ubulfi Mihály utódai Egyed és Bereczk fiait Bödmonostor birtok negyedrészének elfoglalásától tilalmazzák.

Nos capitulum ecclesie Agriensis damus pro memoria, quod Ladizlaus et Michael filii Michaelis filii Ubul de Semyen in nostri presencia personaliter constituti, Iwan et Simonem filios Egidii, Johannem Leukus et Nicolaum filios Briccii et ad ipsos pertinentes prohibuerunt et inhibuerunt a percepcione usus et utilitatum quarte partis possessionis Budmonostura videlicet porcionis ipsorum habite in eadem. Datum in octavis beati Georgii martiris, anno domini M° CCC° XX° quarto.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije a N. Muzeumban, a Kállay cs. lban. Közli: Tagányi K.

117.

1324. Eger, máj. 5. Csanád egri püspök, az Ubulfi Mihály fiának utódai részéről nővérök hitbérére nézve Banki Péter ellen folyamatba tett ügyben a feleket egyezkedésre utasítja.

Nos Chanadinus miseracione divina episcopus Agriensis damus pro memoria, quod Ladizlaus et Michael magistri filii Michaelis filii Ubul, item Johannes sacerdos de Nogsemyen cum procuratoriis litteris nostris vice et nomine magistri Johannis dicti Lengel ab una parte, item ex altera Petrus filius Benedicti de Bank coram nobis personaliter constituti, causam quam iidem filii Michaelis et Johannes dictus Lengel contra predictum Petrum super facto dotis et rerum parafernalium nobilis domine sororis ipsorum in octavis sancti Georgii martiris coram nobis et super aliis articulis causarum movere intendebant ex concordi voluntate ad octavas Pentecostes ad nostram presenciam prorogarunt si poterunt inter se ad concordiam faciendam usque vigiliam Pentecostes in villa Kallou ex arbitrio nobilium virorum, videlicet magistri Stephani filii Pauli comitis de Zabolch et magistri Simonis filii Egidii ac Michaelis filii Zaloch necnon Laurencii filii Hudus ac aliorum per partes assumptorum, qui quidem Petrus si arbitrium predictorum nobilium non acceptaverit ante litis ingressum in nostri presencia partibus comparentibus decem marcas parti adverse solvere tenebitur . . Datum Agrie quinto die octavarum beati Georgii martiris, anno domini M° CCC° XX° quarto.

Zárlatán pecsét töredékeivel; eredetije a N. Muzeumban, a Kállay cs. lban. Közli: Tagányi K.

118.

1324. Visegrád, máj. 6. I. Károly király Dersfi Péternek Csokna nevü Somogy vármegyei királynői birtokba való beiktatására a székes-fehérvári káptalant kiküldi.

Karolus . . rex . . capitulo ecclesie Albensis . . cum serenissima domina Elyzabeth regina Hungarie karissima consors nostra terram reginalem Chakna vocatam in comitatu Simigi-

ensi existentem magistro Petro filio Deers fideli ensifero nostro pro fidelibus serviciis suis perpetuo contulerit possidendam, fidelitati vestre firmiter precipimus, quatenus visis presentibus cum Ladislao filio Ptud homine nostro vestrum detis hominem pro testimonio fidedignum, coram quo idem homo noster accedens ad faciem predicte possessionis eandem statuat predicto magistro Petro possidendam . . Datum in Vyssegrad die dominico proximo post festum Invencionis sancte crucis, anno domini Millesimo CCC° XX° quarto.

A székes-fehérvári káptalan 1324. évi május 23-iki átiratából; l. alább.

119.

1324. máj. 8. Az egri káptalan I. Károly királynak 1324. apr. 28-án kelt rendeletét (l. fönnebb 115. sz. a.) átirván, Béli Laczknak Iztreng és Aranyos birtokokba való beiktatásáról a királyhoz intézett jelentését így folytatja :

. . misimus . . magistrum Stephanum socium nostrum qui unacum eodem Andrea rufo homine vestro ad nos reversi concorditer nobis retulerunt, quod in dominica proxima ante quindenas beati Georgii martiris accessissent ad faciem possessionum predictarum et easdem cum omnibus utilitatibus suis in metis antiquis, consencientibus et permittentibus vicinis et commetaneis, videlicet venerabili patre domino nostro Chanadino dei gracia episcopo Agriensi cuius procurator inibi pro eodem astitisset, item Georgio et Bethlem filiis Nicolai filii Acentus, Benedicto filio Mortunus, Beke filio Nicolai nobilibus de Nek, Thekus de Woyla et Nicolao fratre Lukach de Kuppa procuratore Symonis et Ladislai de Mokronch qui pro eisdem dominis suis inibi comparuisset, statuissent dicto Lachk perpetuo possidendas, et *quia dicti commetanei et vicini festinum egressum ad dominum regem habuerunt* easdem possessiones iuxta mandatum vestrum de meta ad metam reambulare nequivissent. Datum in quindenis beati Georgii martiris, anno domini M° CCC° XX° quarto.

Zárlatán kerek pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 550. 11. dipl. ltár: 2242. Közli: Nagy Gyula.

120.

1324. Visegrád, máj. 8. I. Károly király Illésfi Péter fiainak mint hütleneknek Rimócz és Lapujtö nevü Nográd vármegyei birtokaikat, Tamás erdélyi vajdának adományozza.

Nos Karolus . . rex . . significamus . . quod quamquam Michaelis, Petri, Leustachii, Mykus et Jacou filiorum Petri filii Elye specialium infidelium nostrorum maleficia et abhorrende infidelitates que nobis ac cunctis exstantibus nostris regnicolis liquido patent et opido inclarescunt adeo ex sui evidencia damnabili sint notorie ut nulla tergiversacione possunt occultari, tamen ne in nostros regnicolas quibus ineffabili clemencia universorum principis disponente pleno regiminis gubernaculo feliciter presidemus et iuxta verbum psalmigraphi iudicium regi petentis et iusticiam filio regis dari non solum ad regendum sed pocius ad faciendum iusticiam preesse debemus equitatis servando tramitem et prodesse, insolescere vel precipitare videamur, quasdam dictorum infidelium ex pluribus nefandissimas facciones posteris pro memoria reservandas ne labem huiusmodi infidelitatis contrahentes similia infrascriptis presumant attentare, presentibus duximus annotandum: prefati siquidem infideles regni nostri precipui vastatores ducti rebellionis spiritu in contemtum regie corone et status regalis excellencie materiam malignandi concipientes per suos posteros lamentabiliter recolendam eorumque detestabiles affectus in sue manifeste perdicionis indicium ad effectum perducere cupientes, castra sua videlicet Holouku Boglos et Ztrahura vocata manibus Mathei filii Petri de Trinchinio damnate memorie nostri infidelis tradiderunt, de quibus quippe castris accersitis viribus agregato exercitu et suorum complicum iugiter ordinata caterva ipse noster infidelis regni predo multarum animarum flagellum et ferale supplicium, infinitas in regno nostro commisit vastitates, mares et feminas, pueros et puellas, presertim viduas et virgines dehonestando crudeliter denudando et impie iugulando, quinimo monasteria et plures ecclesias divino nomini dedicatas calcata dei reverencia et sanctorum eius temeritatis ausu paganice confringendo imo verius ignis

incendio in cinerem et favillas redigendo; cuiquidem Matheo nephando antedicti infideles in crimine lese maiestatis pares existentes et in nota infidelitatis utrobique equales eiusdem exercitus fuere ductores et regni destructores speciales, item iidem infideles in sordibus obstinate malicie et contagiose infidelitatis sordescere satagentes ut in pluralitate suarum iniquitatum valerent gratulari et malicia gloriari, dictis ipsorum commissis minime contenti, cum memoratus Matheus prope Cassam erecto sue infidelitatis vexillo bellum nobiscum comittere non expavit, in adversa prelii et bellicosi certaminis acie contra nos et regie corone devotos in nostri honoris detrimentum intrepide pugnavere, ubi tamen aream certaminis nobis felix reliquit victoria et deo propicio triumphum obtinuimus peroptatum; nos itaque qui ad laudem bonorum et ad reprimendas malefactorum insolencias gladii a domino accepimus potestatem, attendentes quod publice utilitatis intersit ne crimina remaneant inpunita et ne per inpunitatis audaciam aliis similia presumentibus facti perversitas transeat in exemplum, prefatos filios Petri filii Elye malemeritos et infideles de consilio prelatorum et baronum nostrorum dictis castris et universis ipsorum possessionibus maxime Rymolch et Lopuhtu vocatis in comitatu Neugradiensi adiacentibus duximus spoliandos; que quidem castra ac possessiones universas ubilibet in regno nostro existentes superius generaliter declaratas et duas nominatim expressas cum omni integritate iuris earumdem, pensatis fidelitatibus et fidelium serviciorum meritis revera recommendacione dignis magnifici viri Thome woyuode Transiluani et comitis de Zonuk filii quondam magistri Farcasii dilecti et fidelis nostri quibus a toto eo tempore quo ad serenissimum culmen regiminis Hungarici nutu divino accessimus gubernandum nostro semper lateri adherendo se ac sua pro nobis et pro augmentacione rei publice ac reformacione pacis in regno dubiis fortune casibus exponendo et specialiter in predicto bello contra nos habito pro fide regie corone debita viriliter non absque sui sangvinis effusione velut milicie laurea coronatus et fidei clipeo contectus decertando gravesque dolores vulnificos in se recipiendo maiestati nostre meruit complacere et se reddere graciosum, in recompensacionem suorum serviciorum

aliqualem, horum respectu que sibi impendere intendimus in futurum nos minima fecisse reputantes, eidem et per eum suis heredibus . . a prememoratis infidelibus nostris in perpetuum auferentes, ut perpetua laborent egestate et regia indignacione quam promeruere puniantur, de consilio et connivencia predictorum prelatorum et baronum nostrorum dedimus donavimus et contulimus iure perpetuo . . Datum in Wysegrad in quindenis festi beati Georgii martiris, anno domini M° CCC° XXmo quarto.

Hátlapján pecsét maradványaival; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 435. 5. dipl. ltár: 2245. Közli: Vincze Gábor.

121.

1324. máj. 9. Szatmár vármegye ispánja és birótársai elött Lengyel János a szamosszegi lakosok által két jobbágyán elkövetett hatalmaskodásról panaszát elöterjeszti.

Nos magister Peteu comes de Zotmar et quatuor iudices de eodem damus pro memoria, quod cum feria quarta proxima post festum sancte crucis in villa Berue magister Johannes nobis protestavit ut populus de Zomusseg Stephanus filius Ched, Petrus filius Pauli, Michael dictus Boglas, Johannes Kopoz, duos iobagiones suos Stephanum de Bacna et Petrum de eadem captivassent et per septimanam in captivitate eorum tenuissent, item Adam iobagionem eiusdem magistri Johannis vulnerasset Bhuctus de Somusszeg, unde idem magister cum quatuor iudicibus eiusdem provincie coram nobis fecit protestare, idem magister Johannes dictus Lengen eosdem iobagiones suos ab eisdem Stephano et de aliis sociis suis cum promta pecunia redemerit sine lege. Anno domini M° CCC° XX° quarto.

Zárlatán három pecséttel; az oklevél keltének bizonytalan voltára nézve l. Knauz, Kortan 161. l.; eredetije a N. Muzeumban, a Kállay cs. ltárban. Közli: Tagányi K.

122.

1324. Visegrád, máj. 17. I. Károly király Dénes fia János kérésére az egri káptalant kiküldi, hogy a Thopolnuk folyón Oroszi községben felállítandó híd dolgában vizsgálatot teljesítsen.

Karolus . . rex . . capitulo ecclesie Agriensis . . noveritis quod magister Johannes filius Dionisii fidelis noster ad nostram accedens presenciam petivit quod quia per fluvium Thopolnuk in possessione ipsius difficilis et gravis transitus absque ponte haberetur sibi pro fidelibus suis serviciis in eodem fluvio pontem facere et servare ac in ipso ponte tributum moderatum a transeuntibus per ipsum pontem exigere concederemus; unde quia nobis super hoc utrum super fluvio in loco quo idem nobis dixit videlicet in possessione sua Vruzy vocata tam difficilis transitus haberetur ut pons fieri conveniat et oporteat nec ne, veritas non constat, ideo fidelitati vestre precipimus per presentes quatenus detis hominem vestrum pro testimonio fidedignum, quo presente Egidius filius Mykws vel Johannes filius eiusdem altero absente homo noster sciat videat et inquirat super eo si in ipso loco super dicto fluvio pons fieri sit necessarius et propter difficilem transitum oportunus nec ne veritatem, ut exinde informati ex certa sciencia dicto magistro Johanni ipsum tributum concedere valeamus, et posthec prout vobis veritas de premissis per eosdem constiterit nobis fideliter rescribatis. Datum in Vysegarrad (így) in quindenis Invencionis sancte crucis, anno domini Millesimo CCC° XX^{mo} quarto.

Az egri káptalannak 1324. jul. 1-én kelt jelentésében átírva, mely szerint a káptalan »Johannem sacerdotem de War vicearchidiaconum de Borsua« a hely színére kiküldvén, ez és Egyed fia János kir. ember »a quatuor iudicibus et a nobilibus eiusdem partis nec non vicinis possessionis Vruzy et ab hospitibus de Zathmar et de Nempthy inquirendo talem scivissent veritatem, quod . . per ipsum fluvium pons valde necessarius esset« . . Az egri káptalan ezen jelentése I. Károly királynak 1324. jul. 22-ki megerősítő oklevelében átiratban foglaltatik; l. alább.

123.

1324. Kálló, máj. 21. Fülöp nádor a Szabolcs vármegye részéről tartott közgyülésen Semjéni Mihályt Záhonyi Pál ellen esküre kötelezi.

Nos Philippus palatinus comes de Scepus et de Wyvar ac iudex cumanorum, damus pro memoria, quod Michael filius Michaelis de Semien iuxta formam nostri iudicii prout in congregacione nostra in comitatu de Zabolch in fine ville Kallo celebrata debet prestare sacramentum contra Paulum de Zahun coram conventu Waradiensi in quindenis residencie exercitus cum sex personis sibi similibus super eo, quod unum equum suum in villa sua Semien vocata feria quinta proxima ante festum Johannis baptiste proxime preterita potencialiter non abstulerit et idem Paulus terciam partem de iudicio unius marce ante sacramentum ipsius Michaelis eidem Michaeli soluturus, quam si facere non curaret comes Nicolaus viceiudex noster pro eodem se assumpto soluturum Michaeli antedicto, octavoque die seriem sacramenti in litteris eiusdem conventus nobis in Wysl reportantes. Datum feria secunda proxima ante Ascensionem domini, in loco prenotato, anno domini M° CCC° XX° quarto.

Zárlatán pecséttöredékkel; eredetije a N. Muzeumban, a Kállay cs. lban. Közli: Tagányi K.

124.

1324. máj. 23. A fehérvári káptalan I. Károly királynak 1324. máj. 6-án kelt meghagyását (l. föntebb, 118. sz. a.) átírván, Dersfi PéternekCsokna birtokba történt beiktatásáról jelentését igy folytatja:

.. unde nos .. cum predicto Ladislao homine vestro nostrum transmisimus hominem videlicet Nicolaum presbiterum succentorem chori ecclesie nostre ad exequendum premissa pro testimonio fidedignum, qui quidem homo vester demum ad nos rediens dixit, quod cum quarta feria proxima ante quindenas predicte Invencionis sancte crucis cum homine nostro

memorato ad faciem predicte possessionis accedendo eandem convocatis commetaneis et vicinis reambulassent et reambulatam iuxta sui veteres metas infrascriptas novas eciam interdum erigendo ipsi magistro Petro coram commetaneis antedictis statuissent possidendam, in duabus particulis eiusdem terre duntaxat videlicet in quadam particula possessionis et terre predicte in qua ecclesia in honore sancti Martini est constructa, Stephanus filius Trepk suo et Johannis Petri ac Nicolai fratrum suorum nomine et in quadam alia particula eiusdem possessionis Chombald nuncupata Ladizlaus de Elyed contradicentes a statucione predicta prohibuissent eosdem; reliquis autem partibus possessionis memorate nemine penitus contradictore existente eidem Petro ad possidendum statutis; cursus autem metarum eiusdem possessionis in sui totalitate tam in partibus prohibitis quam non prohibitis hoc ordine distingvuntur: incipit siquidem prima meta eiusdem a parte orientali iuxta villam Thoti ubi est vallis in qua est quoddam paludinetum que vallis vadit versus partem australem a parte orientali pro terra reginali predicta et ab occidentali pro villa Thoti predicta distingvens, inde vadit ad partem similiter orientalem ad quoddam aliud paludinetum Saarto vocatum inter ipsam terram reginalem et terram monasterii sancti Egidii de Simigio distingvendo, deinde vadit adhuc ad orientem et circuit ecclesiam sancti Martini supradictam parochialem terre memorate, abhinc dirigitur ad aquam Hydus unde terram Chombald includendo cambiendo descendit ad unum puteum Gekenfeu vocatum in eadem valle ubi est via et transeundo eandem viam versus occidentem in eadem valle erexissent duas novas metas terreas que ab ipsa terra reginali separant possessionem magistri Gebech Hetes nuncupatam, deinde protenditur adhuc versus occidentem, et ibi per modicum spacium transeundo similiter duas novas metas erexissent, et abhinc paululum transeundo iterum duas metas unde incipiens vadit ad duos dumus qui reketiabucur nuncupantur, et abhinc protenditur ad quandam magnam viam per quam itur de Kopusfeu ad Sumuguar et ibi erexissent tres novas metas, et dehinc per magnum spacium versus meridiem transeundo pervenitur ad

quandam metam antiquam Puchlofeu vocatam, inde per magnum spacium versus occidentem venit ad Keydholma, inde tendit versus villam Kurpad ubi est meta terrea antiqua, et inde versus australem venit ad concursum trium viarum in modum crucis ubi sunt tres mete antique, unde progrediens per magnum spacium regreditur ad villam Thoti supradictam. Datum in vigilia Ascensionis domini, anno eiusdem supradicto.

Záró pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 1017. 5. dipl. ltár: 2244. Közli: Vincze Gábor.

125.

1324. Kálló, máj. 24. Szabolcs vármegye ispánja előtt János fia Gáborján bizonyos hatalmaskodási ügyben Lengyel János által való kielégittetését nyilvánítja.

Nos magister Stephanus filius Pauli condam bani, comes de Zabolch et quatuor iudices nobilium eiusdem comitatus damus pro memoria, quod constituti coram nobis personaliter ab una parte Geburyen filius Johannis parte vero ab altera Johannes dictus Lengen filius magistri Stephani, propositum extitit per eundem ante dictum, quod causa quod inter eos quo usque modo fuisset exorta seu ventillata super destruccione possessionis eiusdem seu captivacione, per medium proborum virorum nobilium taliter duxerunt concordasse quod fomes odii per medium ipsorum exstirpetur, idem Johannes supradictus prenotato Ceburyen (így) ad plenum persolvit sex marcas et de tali facto eundem Johannem reddidit penitus expeditum; item antedictus Geburyen obligavit se quod quandocunque processu temporum causam cum eodem iniaceret extunc iudicio calumnie subiacebit. Datum in villa Kallo, in die Ascensionis domini in congregacione generali Philippi palatini quam celebravit una cum nobilibus comitatus de Zabolch, anno domini M° CCC° XX° quarto.

Zárlatán pecséttöredékkel; eredetije a N. Muzeumban, a Kállay cs. lban. Közli: Tagányi K.

126.

1324. jun. 2. A pozsonyi káptalan előtt több salamoni nemesek Olgyai Péter fiainak Lég és Ilka szomszédságában bizonyos birtokrészt átengednek.

. . capitulum ecclesie Posoniensis . . ad universorum noticiam . . volumus pervenire, quod constituti personaliter coram nobis Johannes filius Michaelis, Tank, Georgius, Johannes filius Gyliani et Thomas filius Ladislai nobiles de Salomon pro se et pro omnibus proximis et cognatis suis ab una parte, magister Fako et Andych filii magistri Petri de Ogya ab altera, iidem Johannes et Georgius cum memoratis proximis suis sunt confessi, quod quia iidem magister Fako et Andych diversa negocia ipsorum cum suis expensis et laboribus non modicis in profectum eorum sollicite et prudenter promoverint, volentes igitur talium et tantorum serviciorum eorundem magistri Fako et Andych fore memores, terciam partem omnium possessionum suarum ultra fluvium Atakur existencium in vicinitate terrarum videlicet Ilka et Leeg existentem . . dedissent . . eisdem magistro Fako et Andych . . iure perpetuo . . possidendam . . Datum sabbato proximo ante festum Penthecostes, anno domini M° CCC° vigesimo quarto.

Függő pecséttel, fölül ABC. cyrographummal; eredetije az orsz. ltár. kincst. oszt. Mon. Pos. 9. 1. dipl. ltár: 2252. Közli: Vincze Gábor.

127.

1324. körül, Szentháromság vasárnap nyolczadán. A pozsonyi káptalan Miklós pozsonyi főispánnak jelenti, hogy a nyéki nemesek birtokán a határjárást foganatosíttatta.

. . magistro Nicolao comiti Posoniensi capitulum ecclesie Posoniensis . . litteras nobilitatis vestre noveritis nos in hec verba recepisse: Capitulo ecclesie Posoniensis magister Nicolaus comes Posoniensis . . vestre discrecionis amiciciam . . requirimus . . quatenus . . cum Gregorio filio Wyd homine nostro unum ex vobis . . transmittatis, coram quo idem homo

noster reambulet terram Neek vocatam nobilium de eadem.. et statuat eisdem nobilibus.. Datum in Gerencher. Nos igitur.. cum predicto homine vestro virum discretum plebanum de Sur misimus pro testimonio .. qui quidem homo vester cum eodem homine nostro demum ad nos rediens nobis dixit, quod comes Gregorius castellanus de Symte incipiendo a terra ville Apoy usque viam que vadit versus Zely et postmodum usque quosdam monticulos qui iacent prope quoddam nemus Kechekereky nuncupatum, et deinde incipiendo usque viam que vadit de Scereth et deinde procedendo a plaga meridionali circa quasdam arbores piri usque Maytih restituisset, non tamen ex integro. Datum in octavis sancte Trinitatis.

Kivül: Viro strenuo magistro Nicolao comiti Posoniensi, restitucio possessionis Nek pro nobilibus de eadem.

Záró pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 1671. 20. dipl. ltár: 2253. Közli: Vincze Gábor.

128.

1324. jun. 18. Trencsén vármegye alispánja és birótársai elött Zamárdi Gochou ottani birtokrészét Ábrahámfiára Márton comesre átruházza.

Nos magister Dominicus vicecomes et castellanus de Trinchinio, Johannes et Pona iudices nobilium de eodem, significamus .. quod Gochou filio Geep de Zamar pro se et Stephano ac Demetrio filiis suis ab una parte, Petro vero filio comitis Martini filii Abraham de eadem Zamar pro se et patre ac fratribus suis ab altera coram nobis personaliter constitutis, dictum et relatum extitit per Gochou antedictum, quod cum inter comitem Martinum prefatum et ipsum Gochou lites contenciones et controversie a multis retroactis temporibus fuissent ventillate inter ipsos usque modo, tandem .. taliter concordassent, quod prelibatus Gochou totam terram suam in predicta Zamar sibi et filiis suis cedentem.. dedisset tradidisset et contulisset sepedicto comiti Martino .. perpetuo.. possidendam.. assumpmendo idem Gochou, supradictam terram in quindenis residencie presentis exercitus domini regis nunc

venturis mediantibus litteris venerabilis capituli ecclesie Nitriensis confirmare, tali vinculo obligacionis interiecto, ut si prefatus Gochou .. sepedictam terram .. comiti Martino et filiis suis non perpetuaret, extunc tredecim pensas denariorum dare et solvere teneretur, pro quibus tredecim pensis denariorum pro eodem Gochou Johannes *felliparius domini regis* et Johannes filius Ypoliti fideiussores extiterunt. Datum feria secunda proxima ante festum Nativitatis Johannis baptiste, anno domini M° CCC° XX° quarto.

Hátlapján három pecsét nyomaival; eredetije a N. Muzeumban. Közli: Tagányi K.

129.

1324. Visegrád, jun. 18. I. Károly király előtt Nábrádi Miklós és társai Lengyel Jánost bizonyos követelésére nézve kielégítik.

Nos Karolus .. rex .. damus pro memoria, quod magister Johannes polonus sicut dicit ex una parte, item Nicolaus de Nabrad, Johannes filius Johannis de eadem Nabrad et Gregorius filius Emuch sicut dicunt parte ab altera .. dixerunt nobis .. quod in causa quam idem magister Johannes contra ipsos in octavis Penthecostes proximis movere habebat taliter concordassent, quod Nicolaus de Nabrad in octavis Assumpcionis beate virginis nunc venturis solveret sibi sexaginta duos grossos coram conventu de Leles et quod idem Johannes frater ipsius Nicolai similiter sexaginta duos grossos. Gregorius vero prefatus quinquaginta grossos solverent eidem magistro Johanni in termino predicto .. Datum in Wyssegrad, nono die octavarum festi Pentecostes, anno domini M° CCC° XX° quarto.

Kivül: Pro Johanne Bochemo (így) contra Nicolaum et Johannem de Nabrad et Gregorium ...

Zárlatán pecséttöredékkel; eredetije a N. Muzeumban, a Kállay cs. ltban. Közli: Tagányi Károly.

130.

1324. jul. 5. Veszprém vármegye alispánja és bírótársai Ajkai Pál fiainak birtokrészét bizonyos bírság fejében Lörente mesternek birtokába bocsátják.

Nos Stephanus vicecomes magistri Martini comitis Vesprimiensis, Nicolaus et Desee iudices nobilium eiusdem comitatus damus pro memoria, quod quinta feria proxima post quindenas Pasche domini in speciali congregacione per nos generaliter celebrata magister Leurente Johannem et Nicolaum filios Pauli de Ayka in causam ad nostri traxisset presenciam super eo, quod domum suam et domus suorum comburi fecissent valentes centum marcas, qui quidem Nicolaus assurgens pro semet ipso cum Johanne fratre suo proposuit in hunc modum, quod in eodem facto contra eundem magistrum Leurentem et Thomam filium eiusdem in Vesprimio cum quinquaginta personis nobilium se inclusis deberent prestare sacramentum, et quod hoc verum sit assumpsit de hoc exhibere suum instrumentum, item Johannem fratrem suum necnon Stephanum filium Oduaros assumsit statuere coram nobis; nos vero eisdem quintam feriam proximam post festum beati Georgii martiris pro termino assignavimus (. . . .) damus pro memoria, quod quinta feria proxima post festum beati Georgii martiris magister Leurente causam quam contra Nicolaum et Johannem filios Pauli de Ayka in nostri presencia habere dignoscebatur super facto exhibicionis suorum instrumentorum, mediantibus quibus predicti Nicolaus et Johannes se purgassent sacramento et magistrum Leurentem in hac parte redderent esse calumniatorem, unde predicti sua instrumenta exhibere non potuerunt neque Stephanum filium Oduoros hospitem eorumdem statuere potuerunt, nos vero adiudicantes decrevimus in hunc modum, quod predicti in eadem calumniacione remanerent, insuper eisdem Nicolao et Johanni sepedictis quintam feriam ante Penthecostes pro termino assignavimus, ita quod cum ipsi medio tempore nobis et magistro Leurente in iudiciis ipsorum satisfacere non possent extunc

latera eorum excrucii (így) faceremus; damus pro memoria, quod quinta feria proxima ante festum Penthecostes Nicolaus et Johannes filii Pauli de Ayka contra magistrum Leurentem debebant satisfacere de iudicio eorum, prout calumniatores extiterant sive remanserant, ipso vero die adveniente magister Leurente coram nobis comparuit ut debebat, Nicolaus vero et Johannes sepedicti neque venerunt neque miserunt neque de iudiciis ipsorum satisfecerunt, nos vero eosdem in hac parte tamquam calumniatores reliquimus remansisse. Datum anno domini M° CCC° XX° tercio.

Nos comes Bors et Beke iudices nobilium eiusdem comitatus damus pro memoria, quod quinta feria proxima post quindenas beati Georgii martiris magister Martinus exhibuit nobis literas domini regis super eo, quod omnes qui in universis iudiciis remansissent et possessiones eorum aggravare permisissent et specialiter Nicolaus et Johannes filii Pauli de Ayka, quod per fora publica proclamari faceremus, nos vero pro secundo et tercio per universa fora proclamari fecimus, vt ad possessionem eorum redirent et iudiciis ipsorum satisfacerent, insuper eciam eisdem octo dies addidimus, qui similiter neque venerunt neque miserunt; post hec vero una cum homine domini regis Ladislao filio Gyula et *Michaele preposito de Myske* homine capituli ecclesie Vesprimiensis ad faciem terre accedentes terram sive possessionem supradictorum una cum porcione iudicis statuimus magistro Leurente sepedicto Datum quinta feria proxima post octavas beati Johannis Baptiste, anno domini M° CCC° XX° quarto.

Hátlapján két gyűrű-pecsét nyomaival; eredetije a Sándor cs. lban, a Thaly családnál. Közli: Kovács Nándor.

131.

1324. jul. 7. A buda-felhévízi convent I. Károly királynak jelenti, hogy Csák bán fiát és Kápolnai Olivért a nyúl-szigeti apáczák részére megidéztette.

.. Karulo .. regi .. frater Georgius prior et conventus cruciferorum ecclesie sancte Trinitatis de Calidis Aquis .. receptis litteris vestre serenitatis patentibus per virum religiosum fratrem Joachinum procuratorem nobilium religiosarum dominarum de Insula Leporum exhibitis, continentibus ut quandocunque et quocienscunque per eum requisiti fuerimus ad citaciones faciendas et alias, cum Moyse filio Chepani homine vestro nostrum hominem pro testimonio dare deberemus; nos itaque .. cum predicto Moys homine vestro nostrum mittere debuissemus hominem, sed quia idem Moys propter *presentem exercitum* vestre serenitatis propria in persona domi non fuerit, cum Cykov fratre suo per ipsum constituto homine vestro nostrum hominem Paulum presbiterum chori nostri pro testimonio duximus destinandum, qui quidem homo vester cum eodem homine nostro ad nos reversus presente eodem nobis dixit, quod feria quarta proxima in festo beati Vlrici confessoris Dominicum filium Chak bani et Oliuerium de Kapolna in possessione ipsorum Chalka vocata ad presenciam vestre maiestatis contra prefatum Joachinum citavisset .. Datum quarto die citacionis euisdem, anno domini M° CCC° XX° quarto.

Záró pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. Mon. Pos. 48. 4. dipl. lt. 2255. Közli: Vincze Gábor.

132.

1324. a Küküllő folyó mellett, jul. 10. I. Károly király a Lampert elhalt országbíró által elengedett bírság terhe alól István fiát Jánost szintén fölmenti.

Nos Carolus .. rex .. memorie commendamus .. quod quia magnificus vir magister Lampertus quondam iudex curie nostre et comes Chanadiensis bone memorie urgente consciencia, ultime vocis ewlogio, iudicia in quibus Johannes filius Stephani contra magistrum Thomam filium Dionisii comitem de Vgacha coram ipso ordine iudiciario convictus sibi tenebatur, rediens ad cor et se de hoc mundo senciens transiturum, eidem Johanni relaxavit, et nos ipsam relaxacionem ratificantes ipsum Johannem .. ab honere et gravamine predictorum iudiciorum haberi volumus expeditum salva partis adverse portione remanente, precipimus itaque universis iudicibus et iusticiariis regni nostri .. ut predictum Johannem .. racione dictorum iudiciorum nullatenus debeant aggravare .. Datum iuxta fluvium Kukulleu prope domum Karachyni, feria tercia proxima post octavas apostolorum Petri et Pauli beatorum, anno domini M° CCC° XX° quarto.

Hátlapján pecséttöredékkel; eredetije a N. Muzeumban, a Kállay cs. lban. Közli: Tagányi K.

133.

1324. jul. 15. A csanádi káptalan előtt néhaiLampert országbíró káplánja, urának azon végakaratáról tesz vallomást, mely szerint nővérének Pósafi János fia Tamás nejének a Tejed, Kozmaháza és Wyk birtokokra vonatkozó irományokat kiadattatni rendelte.

Nos capitulum ecclesie Chanadiensis damus pro memoria, quod constitutus coram nobis Mathias presbiter capellanus nobilis ac magnifici viri magistri Lamperti iudicis curie domini regis et comitis Chanadiensis quondam, retulit nobis

et confessus est, quod idem magister Lampertus ante diem mortis sue in confessione sua inter ceteras legaciones et ordinaciones suas domine consorti sue demandasset eandem intime postulando quod litteras sive instrumenta super possessionibus Teyed Kozmahaza et Wyk vocatis confectas nobili domine consorti videlicet Thome filii Ihonis filii Pose sorori ipsius magistri Lamperti sive procuratori eius reddere deberet et resignare, ne detencio earundem litterarum animam eiusdem magistri Lamperti coram deo aggravaret. Datum dominico die proximo post festum Margarete virginis, anno domini M° CCC° XX° quarto.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije Keszthelyen a gr. Festetics cs. lban. Miscellanea, 27.

134.

1324. a Küküllö folyó melletti királyi táborban, jul. 16. Fülöp nádor Pásztori Orbán fiát Miklóst Tamás fia Miklós ellen a győri káptalan elött eskületételre kötelezi.

Nos Phylippus palatinus iudex comanorum comes de Scepus et de Wyuar damus pro memoria, quod Nicolaus filius Vrbanus cum viginti quinque nobilibus sibi similibus se inclusis in octavis beati Michaelis archangeli nunc venturis coram capitulo Jauriensi contra Nicolaum filium Thome prestabit super eo (sacramentum), quod ipse eundem Nicolaum apud dominum eiusdem pro fideiussione non imposuerit, nunc idem dominus suus pro eadem fideiussoria ipsum captivaverit et sibi in omnibus expers fuerit et inmunis, et octavo die seriem iuramenti in litteris eiusdem capituli coram comite Thoma viceiudice nostro Bude residenti exhibebunt. Datum in exercitu domini regis iuxta fluvium Kvkvlleu, feria secunda proxima post festum beate Margarete virginis, anno domini M° CCC° vicesimo quarto.

A győri káptalannak ugyancsak 1324. oct. 7-én kelt okleveléből, mely szerint »Nicolaus filius Urbani de Paztor« huszonötöd magával az esküt letette; ennek eredetije a N. Muzeumban.

135.

1324. jul. 22. I. Károly király a Dénes fia János oroszi birtokán felállítandó hídon az utasok által fizetendő vám mennyiségét meghatározza. '

Karolus .. rex .. universorum noticie .. volumus pervenire, quod cum magister Johannes filius Dionisii petivisset a nostra maiestate ut super .. fluvium (Thopolnuk) pontem facere .. perpetuoque super ipso ponte tributum exigere sibi et suis heredibus pro fidelibus suis serviciis concedere dignaremur, nos autem dictum tributum ex certa sciencia eidem dare et conferre seu concedere cupientes fidelibus nostris capitulo Agriensi, ut Egidius filius Mykws vel Johannes filius eius altero absente homo noster sub ipsorum testimonio sciret videret et inquireret si super dicto fluvio in possessione ipsius Johannis antedicta propter gravem transitum pons fieri oporteat nec ne, veritatem, nobisque rescriberent, litteris nostris dedissemus in mandatis, tandem idem capitulum nobis rescripserunt in hec verba: (következik az egri káptalannak 1324. jul. 1-jén kelt jelentése s abban I. Károly királynak 1324. május 17-diki megkeresése; l. fönnebb, 122. sz. a.) Nos itaque per huiusmodi relacionem dicti capituli Agriensis super eo, quod super dicto fluvio in prefata possessione ipsius magistri Johannis pons fieri pro transeuntibus sit necessarius et pro tributo oportunus, certissime informati, in aliqualem recompensacionem grandium et acceptorum serviciorum dicti magistri Johannis longi temporis laboribus in cunctis nostris et regni nostri negociis et expedicionibus, specialiter in conflictu quem ante Kossay (így) contra Matheum filium Petri de Trichinio (így) capitalem nostrum infidelem habuimus, supreme fidelitatis studio cum sui sangvinis effusione nobis per eum impensorum, eidem magistro Johanni et suis heredibus de consilio prelatorum et baronum regni nostri concessimus ut in dicta sua possessione super ipso fluvio pontem pro transeuntibus aptum servare et tributum perpetuo exigere tali modo, ut de quolibet curru salibus onerato duo sales, item de qualibet tunella vini tres denarii, item de singulis

curribus aliis rebus preterquam salibus oneratis singuli duo denarii, item de una pecia panni de ipry seu de ghancy duo denarii, de dorni vero unus denarius, item de singulis maioribus animalibus, vidilicet equis, bobus, vaccis, tauris et vitulis singuli denarii, de minoribus autem decem animalibus unus denarius, item de hominibus singulis pedestribus per dorsa eorum onera seu mercimonia deferentibus singuli denarii exigantur et pro tributo recipiantur. Datum per manus discreti viri magistri Endre lectoris Quinqueecclesiensis aule nostre vicecancellarii dilecti et fidelis nostri, anno domini Millesimo CCC° vigesimo quarto, undecimo kalendas Augusti, regni autem nostri anno similiter XX° quarto. Venerabilibus... stb.*)

Függő pecsétje hiányzik; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 1535. 3. dipl. ltár: 2246. Közli: Vincze Gábor.

136.

1324. jul. 26. I. Károly király néhai Lampert országbíró rendelkezése szerint Bogárfi Mártont, ennek felsorolt többrendbeli érdemeit tekintetbe véve, Dawar és Pelintelek Nyitra vármegyei birtokokban megerősíti.

Karolus .. rex .. ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod magister Martinus filius Bugar comes de Scylag dilectus et fidelis noster ad nostram accedens presenciam sue fidelitatis seruiciis nostre maiestati impensis propositis et declaratis nobis humiliter supplicavit, ut cum magister Lampertus bone memorie quondam iudex curie nostre heredum destitutus solacio positus in extremis possessionem ipsius magistri Martini Dawar vocatam in comitatu Nitriensi existentem cum terra Pelynteluk nominata iuxta

---

*) L. föntebb 105. sz. a. azzal a különbséggel, hogy Péter boszniai püspök, Lampert országbíró, Mikch királynői tárnok és Dezső királynői országbíró nem neveztetnek meg, Henrik veszprémi püspöknél az »aule domine regine cancellario« Fülöp nádornál a »iudice comanorum et bissenorum« Demeter tárnoknál a »comite Bachiensi et Trinchiniensi,« Tamás vajdánál a »comite de Zonuk« Miklós bánnál a »comite de Komarum« czímek nem fordúlnak elő.

eandem habitam quam indebite occupatam detinebat, sciens et recognoscens in ipsa possessione nihil iuris se habere sed ad eundem magistrum Martinum iure et titulo emcionis pertinere, eidem coram nobis remiserit et reddiderit perpetuo et pacifice possidendam, nos huiusmodi restitucionem ipsius magistri Lamperti de dicta possessione factam ratam habendo et confirmando eandem possessionem auctoritate regia restituere et reddere dignaremur, nos itaque qui ex suscepti regiminis officio unumquemque in suo iure conservare debemus peticionibus ipsius magistri Martini diligenter auditis revocatisque in memoriam fidelitatibus et fidelium serviciorum meritis que idem cum suis filiis cum effusione sui sangvinis in fervore summe fidelitatis pro exaltacione nostri regiminis et honoris in diversis expedicionibus et agendis nostris ac specialiter in expedicione nostra quam fecimus versus Zagrabiam et in alia expedicione quam habuimus sub castro Myhald ubi specialiter studiosa ipsius procuracione et fideli ministerio ipsum castrum quod Johannes filius Theodori bani contra nostram maiestatem rebelliter detinebat recuperavimus et nostre subiecimus dicioni, item in debellando quamplures theotonicorum et bohemorum exercitus qui regni nostri fines hostili insultu invadere attemtarant, item in deferendo pluribus vicibus nostras legaciones ad Bazarab woyuodam nostrum Transalpinum ubi sue legacionis officium fideliter et laudabiliter adimplevit, nobis et regno nostro indefesse exhibuit et impendit, volentes tot et tantis serviciis eiusdem Regio occurrere cum favore predictam possessionem Dawar cum prenotata terra Pelynteluk ad eandem pertinentem .. reddidimus .. eidem magistro Martino .. perpetuo possidendam .. Datum per manus discreti viri magistri Andree prepositi Budensis ecclesie aule nostre vicecancellarii dilecti et fidelis nostri, anno domini M° CCC° vicesimo quarto, septimo kalendas mensis Augusti, regni nostri anno similiter vicesimo quarto. Venerabilibus... stb.*)

Eredetije a nyitrai káptalan lban, függő pecsétje hiányzik. Közli: Szabó Károly.

---

*) L. föntebb 105. sz. a. azon hozzáadással, hogy az esztergomi érsek czíméhez hozzátétetett »locique eiusdem comite perpetuo,« a kalo-

137.

1324. aug. 11. I. Károly király a királyné nyéki birtokán Pozsony vármegyében, a geerchei vámot Tamás erdélyi vajdának adományozza.

Karolus . . rex . . ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod licet fidelitates et actus strennui magnifici viri Thome waywade Transsilvani et comitis de Zonuk dilecti et fidelis nostri sint notorii nec aliqua tergiversacione celari possint, quia tamen labentibus temporum curriculis res geste laudabiliter nisi litterali (. . . . .) oblivionis caligine solent offuscari, quedam de fidelitatum meritoriis obsequiis eiusdem ne memoriam usquequaque effugiant posterorum presentibus volumus explicare nam humane inbecilitatis racio informatur ab e (. . . .) dum cera impressione recipit ex sigillo, cum enim ut inde exordiamur eo volente cuius est terra et plenitudo eius ad serenissimum culmen regiminis hungarici quo ordine geniture eo iure successorio nobis (. . . .) gubernandum, idem Thomas waywada tunc in minoribus et iuventutis sue fragrancia constitutus mox nobis adherens quousque vires seu funiculi nostre potencie per amplius et diffuse dilatati sumserunt (. . . .) regalia per infideles nostros revera regni huius malleos pestilentes quorum temporibus ipsum regnum licet domina gencium ancillari subiecta servituti bellis intestinis et discidio generali turbabatur omnino reintegrat (. . . .) manibus nostris extiterunt assignata, nobis fideles famulatus semper exhibendo fide et merito inter emeritos iustissime meruit conputari; rursum cum Matheus de Trinchinio damnate memorie quondam (. . . .) ni nostri predo pestilens et avarus exactor qui suorum complicum maiestati nostre damnabili

---

csai érsekéhez pedig »aule nostre cancellario,« a szerémi püspök így neveztetik: »Georgio de Sancto Irineo,« a nádornál a »comite bissenorum« czím elmaradt; Lampert országbíró és Dénes étekfogó mester nem említtetnek; Mykch királynői tárnok czíméhez hozzáadatik »comite de Zemlin et de Sarus,« Dezső országbíróéhoz »comite de Zaránd,« Balázs fölovászmester czíméhez hozzátétetik »comite Huntensi.«

presumpcione rebellancium numerosa multitudine suffultus collebat quod non posuerat metendo inpudenter quod non seminarat (. . . .) lignandi prope civitatem nostram Cassa vocatam contra nostram maiestatem bellum committere non advertens quod qui naturali domino resistere satagit divinis disposicionibus manifeste videtur obuiare, non formidasset (. . . .) Thomas waywada devocionis et fidei fervore premunitus pro fidelitate regie corone nostre debita nobis et nostris fidelibus qui tunc nobiscum aderant clare intuentibus ibidem laudabiliter decertando vehementer (. . . .) bi divine pietatis immensitas visa propicia et unicam lucernam in domo regia extingi non passa victoriam nobis tribuit triumphalem; ad hec cum nos castrum nostrum Wysegrad vocatum quod per (. . . .) m infidelem nostrum in opprobrium et contemtum nostri regiminis detinebatur expugnari fecissemus, idem Thomas waywada tamdiu ipsum castrum adiuncta aliorum fidelium nostrorum sibi societate obsedit donec idem ad laudem et honorem regie maiestatis nostre extitit manibus nostris assignatum; non eum terruerunt mortis mine non rerum damna non emulaciones nec proximorum et servientum suorum interfecciones ex quibus nonnulli verbera et ludibria experti nonnulli eciam pro fidelitate nobis debita in ore gladii sunt occisi, nec alie tentaciones que humanam fragilitatem a bone operacionis incepto proposito consvevere revocare; quid plura? hic fuit qui ewangelice scripture sequens doctrinam abnegavit semet ipsum (. . . .) os atque sua et pro nostri honoris augmento tollens crucem suam secutus extitit nostram regiam maiestatem; pro tot igitur et tantis fidelitatum preclaris meritis et adhuc pluribus quam superius sunt declarata volentes eidem Thome waywade aliquali retribucionis premio in recompensativam vicissitudinem et suorum serviciorum satisfaccionem aliqualem cum sit dignum atque iustum ut digna impendantur dignis et magnos labores copiosa merces resiciat et restauret, quoddam tributum Geerche vocatum quod super aquam Geerche in confiniis terre reginalis Nyek nominate in comitatu Posoniensi existentis exigitur, cum omni plenitudine sui iuris ipsi Thome waywade . . contulimus perpetuo iure possidendum . . Datum per manus discreti

viri magistri Andree prepositi ecclesie Budensis aule nostre vicecancellarii dilecti et fidelis nostri, anno domini Millesimo CCC° vicesimo quarto, tercio idus Augusti, regni autem nostri anno similiter vicesimo quarto. Venerabilibus... stb.*)

Zöld és violaszínű selyem zsinóron függő pecséttel; eredetije a N. Muzeumban. Közli: Tagányi K.

138.

1324. a Waras melletti királyi táborban Erdélyben, aug. 12. I. Károly király Mendei Fintát Paag nevü birtokba a pozsonyi káptalan által beiktatni rendeli.

Karolus .. rex .. capitulo ecclesie Posoniensis .. cum Phynta filius Samuelis .. de Mende .. quandam terram .. Paag vocatam asserens eam fuisse Nicolai dicti Sasyna hominis sine herede decedentis in comitatu Posoniensi existentem a nobis sibi dari petiverit et nos ipsam possessionem eidem pro suis fidelitatibus contulerimus, fidelitati vestre .. mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem .. coram quo Corrardus de Zyli vel Stephanus filius Damiani .. homo noster predictam possessionem .. statuat predicto Phynta et Stephano fratri eiusdem .. Datum in terra Transiluana prope civitatem Waras nominatam, dominico die proximo ante festum Assumpcionis beate virginis, anno domini M° CCC° XX° quarto.

A pozsonyi káptalannak »in vigilia beati Mathei apostoli« 1324-ben kelt jelentésében átírva, mely szerint Szily Corrard kir. ember jelenlétében Imre kanonok »predictam possessionem Paag vocatam omnibus vicinis et conmetaneis et specialiter Mooch filio Thome de Elephant et Johanne filio Heerch pariter convocatis per veteres metas ex utraque parte fluvii Palewa seu distincciones antiquas adiacentem .. eisdem

---

*) L. föntebb 105. sz. a. azzal az eltéréssel, hogy Benedek csanádi püspök nem említtetik, György szerémi püspök így neveztetik: »de Sancto Irineo,« Henrik veszprémi püspök királynői cancellár czíme, ugy Fülöp nádornál a »comite bissenorum« czím elhagyatott, Mykch királynői tárnok czíméhez pedig hozzáadatott »comite de Sarus et de Zemlinio.«

Phynta et Stephano statuissent specialiter cum ecclesia in honore beati Petri apostoli constructa que est in eadem possessione.« A káptalannak hártyára írt jelentése eredetiben a Kisfaludy cs. lban őriztetik. I. Károly király az adományt 1324-ben oct. 10-én kelt kiváltságlevelében szintén megerősíti; ennek eredetije megvan a Majthényi cs. lban, Novákon Nyitra vármegyében. I. Károly király a most említett kiváltságlevélben a nevezett Phynta érdemeit így sorolja föl: »quod cum pro disponendis quibusdam regni nostri negociis ad partes Transilvanas accessissemus et de tartarorum insidiis ut puta Christi fidei hostium nostri et regni nostri inimicorum capitalium nobis providere precavereque volentes predictum Phynta constancia fidelitatis prepollentem in terram ipsorum tartarorum cum quibusdam aliis fidelibus nostris pro adhibenda nobis et regno nostro custodia quamdiu in predictis partibus Transilvanis moram traximus misissemus, prefatus Phynta consvetam fidelitatem fidelitati continuans gratas et acceptas ibidem nobis impendit famulatus.«

139.

1324. Stolcumberg, aug. 20. Boleszláv esztergomi érsek Tamás szebeni prépostot esztergomi kanonokká nevezi.

Nos Bolezlaus dei gracia archiepiscopus Strigoniensis eiusdemque loci comes perpetuus significamus, quod nos consideratis moribus virtutibus et serviciis honorabilis viri domini Thome prepositi Cybiniensis fidelis nostri capellani volentes ipsius fidelia servicia compensacione congrua premiare, eundem habita deliberacione provida et matura ecclesie nostre Strigoniensis tenore presencium recipimus in canonicum et in fratrem stallum sibi in choro et vocem in capitulo concedentes, promittentes eidem prebendam canonicalem primo loco vacaturam conferre cum omni plenitudine sui iuris, providentes in hac parte ecclesie pocius quam persone. Datum iuxta Stolcumbegr (így), in festivitate beati Stephani regis, anno domini M° CCC° XX° quarto.

Eredetije nyilt alakban az Erd. Muzeum kézirattárában. (*Jos. Com. Kemény Diplom. Autogr. Tom. I.*) Közli: Szabó Károly.

140.

1324. sept. 4. A boszniai káptalan előtt Neunai László Neuna várában és az ahoz tartozó két faluban lévő birtokrészét Valkó vármegyében, vejére Miklós pozsonyi főispánra átruházza.

Capitulum ecclesie Boznensis . . ad universorum noticiam . . volumus pervenire, quod comite Ladislao de Neona filio quondam comitis Seruesde ab una parte et magnifico viro magistro Nicolao comite nunc Posoniensi genero eiusdem ex altera coram nobis personaliter constitutis per eundem comitem Ladislaum propositum extitit . . quod cum ipse per Josyp filium Johannis in presencia magnifici viri magistri Lamperti quondam iudicis curie . . ordine iudiciario in sentencia seu condemnacione persone et capitis sui et ad amissionem omnium possessionum et rerum suarum convictus extitisset predictus magister Nicolaus gener suus in huiusmodi periculo suo . . propriis laboribus et speciali bonitate ac filiali dileccione occurrendo erga excellentissimum dominum Karolum regem Hungarie predictum et iudicem (curie) sue prescriptum iuxta debitum proximitatis tanquam filius pro patre partes suas diligentissime apponens, rebus labori et proprie persone sue non parcendo (racionabiliter) liberasset et a predicto Josyph in presencia eiusdem domini regis et iudicis curie sue prescripti in premissis penis seu gravaminibus iudicialibus in quibus contra ipsum Josyph premisso modo remanserat, eidem perpetuum silencium super hoc inponendo defendisset; advertens igitur idem comes (Ladislaus) predictum magistrum Nicolaum generum suum omni dileccione et amore filiali in premissis causis suis periculosis sibi astitisse volensque eidem debite dileccionis vicissitudine et amore paternali respondere, tres partes possessionum suarum Neona et Zeulche vocatarum in Wolko existencium ac castri similiter Neona vocati et omnium aliarum villarum et possessionum ad predictas possessiones Neona et Zeulche pertinencium per ipsum acquisitas et ipsum solum contingentes sicut dicit, tam pro eo quia idem magister Nicolaus ipsum a perdicione capitis sui liberavit et

possessiones suas propriis laboribus restauravit, quam in recompensacionem quingentarum marcarum quas idem comes Ladislaus per eundem magistrum Nicolaum generum suum in execucione premissi periculosi negocii sui et aliarum quamplurium causarum suarum sepius diversimode expendisse asserebat, quam eciam in signum proximitatis et dileccionis paternalis cum omnibus earumdem utilitatibus .. simulcum ecclesiis videlicet beate Marie virginis et sancti Georgii martiris in eadem Neona constructis et patronatibus earumdem prenominato magistro Nicolao genero suo .. confessus est se dedisse donasse et contulisse .. iure perpetuo et irrevocabiliter possidendas .. preterea quartam partem earumdem possessionum Neona et Zeulche vocatarum et castri similiter Neona vocati ac aliarum omnium villarum et possessionum ad predictas possessiones spectancium similiter cum omnibus suis utilitatibus et pertinenciis quibuslibet idem comes Ladislaus nobili domine Katherine filie sue consorti eiusdem magistri Nicolai pro quarta sua quam in possessionibus suis eadem domina de iure et iuxta consvetudinem regni Hungarie habere dinoscitur, confessus est similiter perpetuo .. dedisse .. Datum feria tercia proxima ante festum Nativitatis virginis gloriose, anno domini Millesimo CCC° vigesimo quarto.

Függő pecsétje hiányzik; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 952. 7. dipl. lt. 2257. Közli: Vincze Gábor.

141.

1324. Sáros-Patak, sept. 6. Itemer pataki plébános az ujhelyi Szent-Ágoston szerzetbeliek ellen kiközösítő határozatot hoz.

Nos Ithemerius plebanus de Pothoka delegatus iudex a domino papa significamus .. quod cum frater Zoterius *) prior ecclesie beati Egidii de Vyhel priorem et fratres Gillermitas ordinis sancti Augustini de eadem super facto molendini semel et secundo legitime ad nostram presenciam citando

*] Vagy: *Ztephanus*; biztosan el nem dönthető.

evocasset, quiquidem atrocitate inobediencie convicti nec venissent nec misissent ac interdictum per nos auctoritate summi pontificis impositum minime curassent necnon indurato animo in ipso interdicto tamquam recalcitratores obediencie salutaris contumaciter usquemodo perseverati extitissent, nos itaque tantam presumcionem ac rabiem inobediencie eorumdem considerantes ipsos auctoritate sedis apostolice nobis in litteris suis bullatis concessa promulgavimus excommunicatos. Datum in Pothoka, octavo idus Zeptembris videlicet die Mercurii proxima ante festivitatem Nativitatis beate virginis Marie, anno domini M⁰ CCC⁰ vicesimo quarto.

Hátlapján monorú pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. dipl. ltár: 2258. Közli: Nagy Gyula.

142.

1324. Nagy-Kapos, sept. 20. Fülöp nádor Ung vármegye részéről közgyűlést tartván, előtte Zádor mester és fia, Paniki Jakab fiaival Rebrin birtokot illetőleg kibékülnek.

Nos Philippus palatinus iudex comanorum comes de Scepus et de Vyuar damus pro memoria, quod causam quam magister Zadur et Petrus filius eiusdem super facto cuiusdam possessionis Rebrin vocate contra Dobow et Johannem magistros filios Jacobi de Panyk habebant coram nobis . . taliter se partes retulerunt concordasse, quod predictus Zadur cum filio suo antedicto predictam terram Rebrin incipiendo a quadam meta terrea capitali de qua egreditur quedam via per campum et dehinc per quandam silvam versus occidentem usque fluvium Laburch per modicum ad inferiorem partem cuiusdam molendini filiorum Iwan, eandem terram dehinc supra versus aquilonem Dobow et Johanni magistris antedictis reliquisset perpetuo pacifice possidendam . . e converso predicti Dobow et Johannes inferiorem partem eiusdem terre dehinc versus meridiem predicto Zadur et filio suo reliquerunt similiter perpetuo possidendam . . dicitur eciam quod Zadur et filius suus antedictus obligarunt se spontanea voluntate quod

litteras privilegiales capituli Agriensis et Martini viceiudicis domini nostri regis et litteras patentes Omodei quondam palatini super eadem possessione confectas nemini cognatorum suorum possint dare ad exequendam causam . . Datum in congregacione nostra generali cum universis nobilibus comitatus de Vng feria quinta proxima post octavas Nativitatis beate virginis in Kopus celebrata, anno domini Millesimo CCC° XX° quarto.

Zárlatán kerek pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 745. 10. dipl. ltár : 2259. Közli: Nagy Gyula.

143.

1324. Közép-Németi, sept. 25. Lukács abaújvári ispán és birótársai Mois fiát Tamást bizonyos birság megfizetéséről nyugtatják.

Nos magister Lucachius curialis comes et quatuor iudices nobilium de Wyuar damus pro memoria, quod Thomam filium Moys super iudicio trium marcarum quo convictus erat contra nos super eo quod die assignato iudicium unius marce solvere non curauit duas marcas placando ab eodem acceptis reddidimus expeditum. Datum in Kuzepnemti, feria tercia proxima ante festum beati Michaelis archangeli, anno domini M° CCC° XX° quarto.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije a Bárczay cs. lban. 1. 49. Közli: b. Radvánszky Béla.

144.

1324. Beregszász, sept. 26. Fülöp nádor előtt Egyed fia Iván és Thene fia István, Bodoló és Harábor birtokok határait megállapítják.

Nos Philippus palatinus iudex cumanorum comes de Scepus et de Wyvar damus pro memoria, quod magister Iwan filius Egidii ex una parte, Stephanus filius Thene ex altera

personaliter coram nobis constituti propositum nobis extitit.. per eosdem, quod inter possessionem eiusdem magistri Iwan Bodolou vocatam, inter possessionem predicti Stephani Harabor vocatam, circa antiquas metas novas metas coram vicinis et commetaneis ipsorum erigere sicut assumpserunt tenerentur eo modo, quod prima meta incipit circa fluvium Tyza super arborem ilicis, dehinc tendit versus septemtrionem circa terram arabilem super arborem quod in vulgo naarfa dicitur, dehinc ad rivulum Konachpotoka dictum et ibi circa arborem ilicis est meta terrea et ibi terminatur. Datum in Luprechzaza, feria quarta proxima ante festum beati Michaelis archangeli, anno domini M° CCC° XX° quarto.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije a N. Muzeumban, a Kállay cs. ltban. Közli: Tagányi K.

145.

1324. sept. 27. Pál valkói várispán és birótársai elött Ivánfi János fia István a Melcafalva és Vezelinfalva nevü birtokain Butus János által elkövetett hatalmaskodás tárgyában panaszát elöterjeszti.

Nos Paulus comes de Wolko vice Pauli bani, iudices nobilium maioris castri et exercitus damus pro memoria, quod cum Stephanus filius Johannis filii Ivan ad nostram accedendo presenciam tam pro se quam eciam pro Petro fratre suo dixit nobis per modum protestacionis, quod magister Johannes dictus Butus ad villas ipsorum Melcafolua et Vezelinfolua vocatas potencialiter veniendo una cum iobagionibus et servientibus suis feria quinta proxima post octavas Nativitatis beate Marie virginis et dictas villas destruxissent, decem et octo boves ac viginti parvos pecudes recepissent et unum hominem vulnerassent et alias res mobiles et immobiles quam plurimas recipiendo, super quo ad peticionem eiusdem Stephani misimus ex nobis socios nostros Budam comitem et Marcus, qui demum ad nos reversi retulerunt nobis, quod dictas villas vidissent destructas unum hominem vulneratum,

et sicut certitudinaliter scire potuissent ista omnia idem Johannes fecisset. Datum feria quinta in profesto Cosme et Damiani martirum, anno domini M° CCC° XX° quarto.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije Keszthelyen a gr. Festetics család ltban, Ignota Miscell. 28. Az okirat keltében írásliba lehet, mert 1324-ben Szent-Kozma és Domján napja csötörtökre esik; a »feria quinta« pénteki nap, tehát az ünnep előtti napra nem eshetett.

146.

1324. sept. 28. A pécsi káptalan előtt a Szente-Mágocs nemzetségből való Gergely fia János Kethely nevű birtokát vejének Kupi Kozmának elörökíti.

Nos capitulum Quinqueecclesiense . . significamus . . quod magister Stephanus filius Gabriani de Kubli unacum magistro Johanne filio Gregorii de genere Zenthemaguch conmetaneo suo in nostri presencia personaliter constituti, medietatem cuiusdam possessionis sue Kethel vocate certis metis infrascriptis distinctam et separatam cum medietate patronatus ecclesie beate Margarethe virginis, ex permissione et bona voluntate eiusdem magistri Johannis conmetanei sui, Cosme filio Benedicti de Kupi genero suo personaliter astanti viginti marcis prius ab eodem sicut dixit plene receptis confessus est se vendidisse . . iure perpetuo et irrevocabiliter possidendam . . Mete autem eiusdem terre hoc modo distingvi dixerunt, quod prima meta a plaga occidentali prope dictam ecclesiam sub dumo ilicis est terris cumulata, abhinc procedit versus orientem contra ecclesiam et cadit ad quandam magnam viam que procedit per eandem villam et in eadem via vadit versus plagam meridionalem usque ad finem eiusdem ville et ibi circa quandam semitam que transit ipsam viam per modum crucis est una meta terrea, abhinc in ipsa semita vertit se versus orientem et vadit ad quendam lucum et circa eundem iuxta ipsam semitam in duabus arboribus ilicis est una terrea, abhinc relinquendo ipsam semitam vadit versus orientem ad quendam monticulum Thoumal dictum et ibi in quadam arbore piri est una meta terrea, abhinc descendendo de

eodem monticulo versus septemtrionem cadit in quandam semitam et in eadem semita vadit ad quoddam molendinum in rivulo qui ruit de Kubli et idem rivulus descendendo separat ipsam terram a possessionibus magistri Johannis antedicti et sic terminatur . . Datum feria sexta proxima ante festum beati Michaelis archangeli, anno domini M° CCC° vigesimo quarto.

A pécsi káptalannak 1335. dec. 4-ki átiratából, melynek eredetije megvan az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 935. 9. dipl. ltár : 2260. Közli: Vincze Gábor.

147.

1324. oct. 3. I. Károly király Farkasfölde és Kövesd Győr vármegyei birtokokat Dezső királynői országbírótól elvévén, Vönöczki Simon fia István özvegyének visszaadatni rendeli.

Karolus . . rex . . universorum noticie harum serie volumus pervenire, quod licet magister Desev filius Dionisii dicti Ewz iudex curie domine regine consortis nostre karissime quasdam possessiones Farkasfeld et Kwesd vocatas in comitatu Jauriensi iuxta fluvium Raba existentes nomine possessionum hominis sine herede decedentis sibi a nobis dari et perpetuo conferri postulasset quas nos ignoranter sibi contulissemus, tandem tamen quia nobilis domina Elizabeth nominata filia Johannis filii Alexandri relicta scilicet Stephani filii Simonis de Venyzk filium suum parvulum Stephanus nuncupatum ab eodem Stephano marito suo procreatum portans in ulnis unacum predicto magistro Desew imo ducente eodem ad nostram presenciam accedendo in privilegio capituli ecclesie Jauriensis nobis in specie exhibito dimidietates dictarum duarum possessionum tempore contractus sponsalium cum eodem Stephano marito suo celebrati sibi et eidem Stephano marito suo per eundem Johannem patrem eius pro clenodiis perpetuo datas et collatas declaravit, voce credula et certitudine non vacua affirmando mortuo Ugrino filio unico eiusdem Johannis fratre eiusdem domine per predictum patrem suum adhuc viventem alias dimidietates dictarum duarum possessionum sibi donatas extitisse, nos igitur de regia benignitate ex qua singularis iusti-

cia fieri consvevit, volentes ne nostris temporibus quibus divina clemencia annuente regnum nostrum feliciter gubernamus iniuria cuiquam irrogetur nec a nobis iusticia denegetur unde iura nascuntur, affirmante eciam eodem magistro Desew dictas possessiones a nobis nescienter petivisse immo postulante ipso ut dicte domine et filio suo easdem restitueremus, easdem possessiones Farkasfewld et Kwesd memoratas ab ipso magistro Desew utpote tacita veritate postulatas aufferendo litterasque nostras privilegiales et alias qualitercunque super his sibi concessas penitus et per omnia coram quovis iudice cassatas et viribus nunciando carituras, cum omnibus earum utilitatibus et pertinenciis universis eidem domine et Stephano filio eius reddidimus .. de consilio prelatorum et baronum regni nostri pacifice possidendas .. Datum per manus discreti viri magistri Endere prepositi ecclesie Budensis auleque nostre vicecancellarii dilecti et fidelis nostri, anno domini Millesimo CCC° vigesimo quarto, quinto nonas Octobris, regni autem nostri anno similiter vigesimo quarto. Venerabilibus... stb.*)

Zsigmond királynak 1392-ben kelt átiratából, melynek eredetije megvan az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 565. 26. Közli: Kovács Nándor.

148.

1324. oct. 14. Az egri káptalan előtt Bodafi Corrárd fia és vérrokonai Maráza és Tárkány Zemplén vármegyei birtokaikból egy részt, kibékülés fejében Simonfi Tamás fiainak Donchnak és Lászlónak birtokába bocsátanak.

Nos capitulum ecclesie Agriensis .. declaramus .. quod magister Donch filius Thome filii Simonis pro se et pro Ladislao fratre suo ex una, parte ab altera vero Thomas filius Corrardi filii Boda pro se et pro Zebegne ac Philippo filiis Boda fratris sui, Nicolaus filius Mathius filii ipsius Corrardi pro se et pro Michaele ac Bartholomeo fratribus suis coram nobis personaliter constituti proposuerunt viva voce, quod su-

*) L. Fejér Cod. Dipl. VIII. 2. 537., hol ezen oklevélből egyedül az egyház- és országnagyok nevei közöltetnek.

per omnibus causis que inter ipsos . . vertebantur usque modo, ut omnis contencio et controversia inter ipsos sedaretur, taliter inter se concordassent, quod idem Thomas filius Corrardi, Zebegne, Philippus, Nicolaus, Michael et Bartholomeus quandam particulam terre ipsorum in terris Maraza et Tarkan vocatis habitam in comitatu de Zemlyn existentibus metis infrascriptis et (így, *ab* helyett) aliis particulis ipsarum terrarum Maraza et Tarkan distinctam . . dedissent . . eisdem Donch et Ladislao . . iure perennali . . possidendam . . Mete vero eiusdem particule terre quibus ab aliis terris distingitur, prout dicte partes coram nobis recitarunt, hoc ordine exprimuntur, quod prima meta incipit ubi tres mete trium villarum invicem coniunguntur, videlicet Tarkan, Cherney et alia Tarkan vocatarum, de quibus egreditur versus partem orientalem ad quendam meatum aque Tyza vocate, et ibi reflectitur in ipso meatu aque versus partes meridionales et procedit usque ad unam magnam viam que de Tarkan ducit versus villam Salamon vocatam ad partem orientalem ubi sunt due mete terre de novo erecte ex utraque parte ipsius vie posite, et inde procedit in eadem via ad latus cuiusdam permissorii quod vulgo *erehtuen* (így) dicitur, abhinc procedendo cadit in portum aque Thicie qui Soureu nuncupatur, de quo procedit contra meatum fluvii Thicie ex utraque parte usque ad Sourew in diversis locis metis terreis appositis, de eodem Sourew procedit supra in ipsa aqua Thicie usque ad metas terre filiorum Rezee ubi terminatur . . Datum in dominica proxima post quindenas beati Michaelis archangeli, anno domini M° CCCmo XXmo quarto.

Az egri káptalannak 1342-ben »in quindenis Nativitatis beate virginis« »presentibus . . . . lectore, Martino cantore, Johanne custode dominis, Johanne de Borsod, Dominico de Abawyuar, David de Zabouch, Johanne de Pata, Petro de Heues . . . . . nico . . . . . . archidiaconis» »magister Thomas filius Ladislai de genere Baxa« részére kiállított átiratából, melynek eredetije megvan az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 861. 14. dipl. ltár: 2265. Közli: Nagy Gyula.

149.

1324. Visegrád, oct. 26. I. Károly király Kisasszond nevü Somogy vármegyei birtokot Imre fiának Lörincznek — a Kanizsayak ösének — adományozza.

Nos Karolus .. rex .. significamus .. (quod consideratis) fidelitatibus et (serviciorum multimodis) meritis magistri Laurencii filii Emerici fidelis nostri (quibus nobis in nostris et regni nostri) negociis prosperis et adversis non absque summe fidelitatis studio et (votive sollicitudinis diligencia meruit complacere) et se utique reddere graciosum, volentes eidem aliquatenus favore regio respondere, quandam possessionem (Kusazwnd vocatam) cum omnibus suis utilitatibus et pertinenciis universis in comitatu Simigiensi existentem sicut prius sic et nunc (per presentes eidem) contulimus iure perpetuo eandem in filios filiorum sibi et heredum successoribus possidere relinquentes .. Datum in Wysegrad in festo beati Demetrii martiris, anno domini M° CCC° XX° quarto.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije nagyon megrongált állapotban, megvan az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 22. 71. dipl. ltár; 2261. Kiegészítve I. Károly király 1330. febr. 25-iki átiratából. U. o. 953. 4. dipl. ltár: 2262. Közli: Vincze Gábor.

150.

1324. Visegrád, oct. 31. I. Károly király Bereczk fiának Jánosnak — a Báthoryak ösének — s több másoknak megkegyelmezvén, az ország fö és alsóbb biróságait utasítja, hogy felettük semminemü kártételek miatt ne ítéljenek.

Karolus .. rex fidelibus suis palatino iudici curie sue comitibus parochialibus seu provincialibus iudicibus nobilium quorumlibet comitatuum et aliis quibuslibet iusticiariis sui regni nunc et pro tempore constitutis eorumque vices gerentibus quibus presentes ostenduntur salutem et graciam, cum nos universa damna iniurias et nocumentorum genera per magistrum Johannem filium Bricii fidelem nostrum item per Stephanum magnum, Petrum Paulum et Pouch nobiles de Penche,

Benedictum dictum Weu de Batur, Nicolaum de Bugach, Petrum et Nicolaum filios Abaa de Scenyes, Nicolaum magnum et Andream filium Pauli de Pylys tunc temporis servientes suos, filiis Thome et Lothardi ac omnibus ad eosdem pertinentibus tunc infidelibus nostris specialiter Deseu filio Petri de Samson, Georgio filio Elekus de Pristarcosy servientibus tunc filiorum Lothardi, item Deseu dicto Kopoz, Stephano et Michaeli de Tynis, item Ladislao filio Hegun *) servientibus Kopoz, item Fabiano filio Burita servientibus Johannis filii Ladislai fratris dicti Kopoz et Bekee de Deguiled, eo tempore quo in nostris serviciis in castro nostro Gyluach vocato de nostro mandato idem Johannes cum predictis suis servientibus morabatur, irrogata data et illata penitus duximus relaxanda ipsos racione premissorum reddentes expeditos, fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus quatenus iamdictum magistrum Johannem et eius servientes predictos huiusmodi damnorum nocumentorum et iniuriarum pretextu iudicare nullomodo presummatis sicut nos graviter offendere formidatis, aliud facere non audentes. Datum in Vyssegarad, in vigilia Omnium Sanctorum, anno domini Millesimo CCC° vigesimo quarto.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije a gyulafehérvári káptalan ltárában. Misc. I. 6. 30. Közli: Pesty Frigyes.

151.

1324. nov. 9. I. Károly király Itefi János regéczi és dédesi várnagyot Tenkes-Ujfalu birtokában megerősíti.

Karolus .. rex .. ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod cum Johannes filius Ite vicecastellanus de Regech et de Dedes a nostra maiestate prece subiectiva postulasset ut quasdam possessiones unam videlicet Tenkeshuyfalua vocatam a Johanne et Dominico filiis Mathius, aliam quidem possessionem Kapruncha nominatam a Johanne filio Macrabeus per eum precio comparatas in comitatu de

---

*) A káptalani átiratban Heguri.

Vyuar existentes.. ei dignaremur .. confirmare.. capitulo Agriensi .. ut .. homo noster sub eorum testimonio per fora illarum parcium faceret proclamari ut si qui predictas possessiones aliquo titulo suas esse declararent liberam habeant ab ipso Johanne easdem redimendi facultatem factaque huiusmodi proclamacione si nullus contradictor appareret easdem possessiones statueret predicto Johanni perpetuo possidendas, per litteras nostras mandassemus, tandem idem capitulum nobis rescripsit in hec verba: (l. I. Károly királynak 1323. nov. 18-án kelt rendeletét föntebb 91. sz. a., hol az egri káptalannak ezen itt átírt 1323. dec. 24-én kelt jelentése szintén említtetik.) Postulante quoque eodem Johanne a nostra celsitudine eidem capitulo Agriensi mediantibus aliis litteris nostris dedimus in mandatis, ut sub eorum testimonio prefatus Valentinus aut Lucasius homo noster super eo utrum ipsum Johannem a fundacione et edificacione lapidee ecclesie in dicta possessione Tenkesvyfalua vocata per ipsum facta aliqui prohibuissent nec ne, sciret et inquireret veritatem, quod quidem capitulum .. nobis .. nunciavit ut .. a tempore quo idem Johannes filius Ite dictam ecclesiam lapideam in ipsa possessione edificare inchoasset super fundacione ipsius ecclesie nullus contradictor extitisset. Metas autem dictarum possessionum in litteris privilegialibus dicti capituli Agriensis quibus mediantibus eas declaravit precio comparasse monstravit hoc ordine distinctas extitisse: prima meta videlicet ipsius possessionis Tenkesvyfalu incipit á parte meridionali in quodam loco ubi Gurbuchepotaka cadit in fluvium Myzfa et contra meatum ipsius fluvy Myzfa eundo in eodem venit ad caput eiusdem fluvy Myzfa de quo exeundo transit ad quoddam Berch in partem occidentalem et iungit caput fluvy Apokapotoka nominati in quo per medium eiusdem descendendo iungit viam magnam in qua itur ad Bana, et per ipsam viam reflectitur ad orientem et transeundo per ipsam viam venit ad quendam locum ligeth vocatum et alio nomine Radymo nuncupatum de quo vergit ad quendam fontem in quo fonte reflectitur ad meridiem, et directe eundo per quandam semitam modicum reflectitur ad orientem et iungit quendam fruticem mathursrokathya vocatum in quo reflectitur iterato ad meridiem et dire-

cte eundo venit ad caput Zarazpothok vocati quamquam fluentis et descendendo eodem directe ad partem meridionalem iterato iungit priorem metam unde inceperat et ibi terminatur; prima quidam meta possessionis Kapruncha vocate incipit super duabus metis terreis in quodam loco ubi fluvius Magyarkapruncha excipitur ad quoddam fossatum molendini de quibus egreditur in meatu eiusdem et cadit supra clausuram ipsius molendini in magnum fluvium Kapruncha et ibi reflectitur versus occidentem et eundo contra meatum ipsius fluvii iungit quendam Zarazpatak et in eodem reflectitur versus aquilonem, et eundo directe transeundo caput eiusdem Zarazpatak venit ad duas metas terreas de quibus transit ad imarginem Thulukmezey et iungit sub quodam arbore ilicis metam terream super qua reflectitur usque orientem et eundo iungit quandam semitam que ducit de Razlouiche ad Margonya per quam eundo ad eandem plagam cadit in fluvium Thopul per meatum cuius descendendo exit de eodem ad quandam semitam ducentem usque Komlous per quam eundo iungit rivulum quendam in quo vergit ad Chormoznafeu de quo descendit ad quoddam Berch, de quo descendendo venit iterato ad priorem metam unde inceperat et ibi terminantur. Nos itaque ex huiusmodi relacione .. vendiciones et empciones dictarum possessionum legitime et rite factas considerantes easdem .. ratificamus .. et de consilio prelatorum et baronum regni nostri ipsas possessiones eidem Johanni ipso empcionis titulo perpetuo .. possidere et habere .. presentis privilegii nostri patrocinio confirmamus .. Datum per manus discreti viri magistri Endree prepositi ecclesie Budensis auleque nostre vicecancellarii dilecti et fidelis nostri, anno domini M^mo CCC^mo vigesimo quarto, quinto idus Novembris, regni autem nostri anno similiter vigesimo quarto. Venerabilibus... stb. *)

A szepesi káptalannak 1377-ben »in festo sancti Andree apostoli« »magister Stephanus filius Johannis filii magistri Rykolphi de Torkev« kértére kiállitott átiratából, melynek eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. N.R.A. 1535. 1. dipl. ltár: 2222. Közli: Nagy Gyula.

---

*) L. föntebb 105. sz. a., azonban László kalocsai érsek czíméhez hozzátéve »aule nostre cancellario«, továbbá előfordúl »Laurencio Wachiensi episcopo«, míg Henrik veszprémi püspöknél a királynői cancellár

152.

1324. dec. 8. Az egri káptalan Dersfi László ellen Kátai György részére ennek testvére megöletése ügyében tanukihallgatást eszközöl.

Nos capitulum ecclesie Agriensis damus pro memoria, quod cum iuxta continenciam litterarum memorialium comitis Nicolai viceiudicis Philippi palatini Georgius filius Laurencii de Katha in octavis beati Andree apostoli contra Ladizlaum filium Ders testes producere coram nobis debuisset, adveniente ipso termino idem Georgius produxit suos testes ut debebat coram nobis, quorum primus Peous filius Dyonisii de Synua per nos requisitus respondit, quod feria tercia proxima ante festum beati Georgii anno decimo iam transacto idem Ladizlaus filius Ders ipso vidente Johannem fratrem dicti Georgii prope villam Boluguasara in libera via procedentem occidisset, item Matheus de Karachund dixit idem ut premissum est se vidisse, item Thomas filius Mancha de Beye similiter premissa se vidisse respondit, Stephanus filius Stephani filii Thekus, Lukachius filius Pauli de Korychan, Georgius filius Detrici de Obud, Michael filius Blasii de Narag, Desev filius Symonis de Beye, Johannes filius Petri de Buda, Georgius filius Pauli de Atrachik, Jacobus filius Elek de Honva, Lampertus filius Ladizlai de Hongun, Farkasius filius Benedicti de Jazou, item Lochk filius Michach de eadem, Ladizlaus filius Ferthes et Nicolaus filius Blasii de Narag, hii omnes responderunt sicut primus, dictus vero Ladizlaus filius Ders personaliter non venit sed magister Laurencius filius Gregorii frater suus pro eodem audivit et vidit asserciones testium predictorum. Datum in crastino eiusdem diei produccionis testium, anno domini M° CCC° XX° quarto.

Zárlatán kerek pecsét maradványaival; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 1535. 2. dipl. ltár: 2267. Közli: Nagy Gyula.

---

czím elmaradt, Fülöp nádornál pedig más czím nem említtetik. Lampert országbíró helyett »Alexandro iudice curie nostre« áll, Mykch királynői tárnok, és Dezső királynői országbíró nem neveztetnek meg.

153.

1324. dec. 21. A csázmai káptalan előtt Áldomás fiai, Karan Somogy vármegyei birtokukat István Körös vármegyei főispán és testvére Verőcze vármegyei Lacsinafő nevü birtokával elcserélik.

Nos capitulum Chasmensis ecclesie . . significamus . . quod Stephanus comes Crisiensis et Emiricus frater eius filii Sandur a parte una, ab altera autem Mykael et Petev filii Aldumas personaliter coram nobis constituti, eedem partes de possessionibus eorum concambium huiusmodi inter se retulerunt se fecisse, videlicet quod Mykael et Petev iamdicti porcionem possessionis eorum Karan vocate in districtu Simigiensi existentem ipsos pro porcione contingentem . . predictis Stephano comiti et Emirico fratri eius . . dedisse . . sunt confessi . . iure perpetuo possidendam, e converso vero Stephanus comes et Emiricus superius nominati possessionem eorum Lachynafeu vocatam in comitatu de Wereuche existentem ubi capella beate Elene virginis est edificata similiter . . sub eisdem metis terminis signis et libertatibus quibus . . possederunt in concambium predicte porcionis prefatis filiis Aldumas dedisse et assignasse sunt confessi . . litteras eciam regum et reginarum ac quorumlibet conventuum seu iudicum ad easdem possessiones confectas . . pars parti reddidit coram nobis . . Datum in festo beati Thome apostoli, anno domini Millesimo trecentesimo XX° quarto.

Hátlapján pecsét nyomaival, alúl cyrographummal; eredetije a N. Muzeumban. Közli: Tagányi K.

154.

1324. Az egri káptalan elött a Kállay család elei Lökösfi Benedek fiát bizonyos hitbér fejében Székel birtok helyett Bank birtok felével elégítik ki.

.. capitulum ecclesie Agriensis .. ad universorum noticiam volumus pervenire, quod Johannes dictus Lengen filius magistri Stephani filii Michaelis filii Wbul pro se et pro Petro plebano, Stephano ac Nicolao uterinis fratribus suis, item pro Ladislao et Michaele filiis eiusdem Michaelis patruelis suis ex una parte, ab altera vero Petrus filius Benedicti filii Lwkus nobiles de comitatu de Zobouch .. retulerunt, quod in causis quas filii magistri Stephani et filii Michaelis racione dotis et rerum parafernalium nobilis domine relicte Petri filii eiusdem Lwkus sororis ipsorum iam defuncte movissent .. contra ipsum Petrum filium Benedicti .. taliter concordassent, quod idem Petrus filius Benedicti totam porcionem suam in terra Zekul vocata habitam in eodem comitatu existentem .. cum universis utilitatibus et .. patronatu ecclesie beati Michaelis archangeli in eadem terra Zekul fundate .. receptis eciam viginti sex marcis .. dedisset ipsis filiis magistri Stephani et filiis Michaelis, e conuerso idem Johannes Lengen .. dimidietatem possessionis Bank vocate quam Johannes filius Pauli filii ipsius Lukus in racionem dicte dotis eisdem contulerat dicto Petro filio Benedicti .. resignavit .. Presentibus magistro Petro preposito, Nicolao lectore, Martino cantore, Johanne custode, Dominico de Wyvar, Waltero de Borusua Laurencio de Kemey, Petro de Zemlen, Benedicto de Borsud, alio Benedicto de Hung, Stephano de Heves, David de Zobouch, magistro Petro de Sombun archidiaconis, anno domini M° CCC° XX° quarto .. regnante Karolo illustri rege Hungarie, Boleslao Strigoniensi, Ladislao Colocensi archiepiscopis et domino nostro venerabili patre Chanadino dei gracia episcopo Agriensi existentibus.

Függő pecsét nyomaival; credetije a N. Muzeumban, a Kállay cs. ltárában.

155.

1324. I. Károly király előtt a Káta nemzetségből való János és fia, Eusi nevű Bihar vármegyei birtokot Ivánkafi Imre fiának Péternek és vérrokonainak birtokába bocsátják; az oklevél tartalma kivonatban így adatik elő:

.. quod Johanne filio Thome filii Gabrielis de genere Kata pro se et pro filiis suis Thoma et Michaele ab una, item Petro filio quondam magistri Emerici filii Johance conpatris annotati domini Karuli regis bone memorie pro se et pro fratribus suis Nicolao Ladislao et Barraba, item Johanne et Ladislao filiis Nicolai filii eiusdem Johance similiter pro se et pro ipso patre eorum ac Nicolao germano, Mathia filio Andree fratris venerabilis in christo patris domini Johance episcopi Waradiensis karissimi conpatris ipsius domini Karuli regis ab altera coram eodem domino Karulo rege personaliter constitutis, idem Johannes filius Thome quandam possessionem suam vere hereditariam ad se devolutam Eusi, Stephani filii Benedicti vocatam prope civitatem Varadiensem iuxta fluvium Crisii existentem in recta parte dimidia ipsum contingentem quam adhuc dudum eisdem magistris Emerico et Nicolao filiis Johanche ac filiis eorumdem et Mathe filio Andree predictis pro quibusdam suis necessitatibus inevitabilibus per quos multiplicia damnorum dispendia possessionum et rerum aliarum seu bonorum alias incurrisset, prout retulisset pro quadraginta marcis fini argenti sub pena dupli quam idem incurrisset, ut asseruisset eo quod aliis sue generacionis hominibus nequivisset ut dixisset pignori obligasse, mediantibus literis seu instrumentis legitimis pro eisdem quadraginta marcis fini argenti et duplo earumdem predicto ac pro quadam terra vacua Peleuka nominata in comitatu Bihoriensi prope villam Derechke iuxta fluvium Kekello existentem ac pro quadam vinea bona in territorio Waradiensi sita et plantata, quas prefati filii Emerici et Nicolaus ac Mathias eidem conpacienter condescendendo sibi et per eum suis heredibus .. dedisset et tradidisset .. licet ipsa possessio Eusy tantum non valuisset,

presertim quia nullus generacionis sue hominum a tanto tempore eandem possessionem Eusi taliter pignori obligatam ut premittitur ab ipsa inpignoracione usque tunc curavisset absolvere, cum non potuisset redimere, distraxisse et vendidisse similiter pleno iure in perpetuum cum molendinis et (silvis), fructibus et omnibus utilitatibus ad habendum irrevocabiliter et tenendum permittentibus vicinis possessionis eiusdem, supradictis filiis Emerici et magistro Nicolao cum filiis eiusdem ac Mathee memorato . . fuisset confessus . .

I. Károly király föntebbi oklevelének eredetije »Johannes filius Ladislai de Pezelnek« által felmutattatván, annak kivonata Bebek István országbírónak 1360. martius 18-án kelt ítéletlevelében foglaltatik; ezen utóbbinak eredetije megvan az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 1539. 2. dipl. lt. 2271. Közli: Vincze Gábor.

156.

1325. jan. 13. Az egri káptalan előtt Pánki Jakab fiai, Dobó és János, ősi birtokaikon megosztoznak.

Nos capitulum ecclesie Agriensis damus pro memoria, quod Dobow et Johannes magistri filii comitis Jacobi de Pank . . proposuerunt . . quod in possessionibus eorum Ruzka, Radych, Harhauisa, Palag, Golomblaza, Scynna, Chepel et Dobrun necnon Domok et Pank vocatis de beneplacito ipsorum talem inter se fecissent divisionem, quod dimidietas eiusdem terre Ruzka et dimidietas ipsius terre Radych a parte meridionali iacentes, item dimidietas terrarum Palag et Scynna predictarum ab eadem plaga meridionali iacentes, item dimidietas ipsius possessionis Dubrun a parte aquilonali iacens cum universis utilitatibus et pertinenciis earumdem videlicet hospitibus et aliis proventibus iobagionum suorum cessissent eidem magistro Dobow . . reliquis vero dimidietatibus earumdem possessionum . . dicto magistro Johanni . . remanentibus; dicte vero possessiones Harhauissa, Golomblaza, Domok et Pank prenotate cum earum utilitatibus omnibus communiter possidende eisdem remansissent . . Datum in octavis Epipha-

nie domini, anno eiusdem M° CCC° XX° quinto. Preterea dicte partes hoc non pretermiserunt, quod quicunque ipsorum per servicia sua vel quovis titulo de cetero possessiones aquireret nihil alter ipsorum sibi vendicare de ipsis haberet facultatem.

Zárlatán kerek pecsét maradványaival; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 801. 5. dipl. ltár: 2280. Közli: Nagy Gyula.

157.

1325. Vizsoly, jan. 14. Fülöp nádor előtt Kállai Egyed fiai többi vérrokonaikkal az alább elésorolt ősi javakon megosztoznak.

Nos Philippus palatinus iudex comanorum comes de Scepus et de Wyuar damus pro memoria, quod cum Thomas et Fabianus filii Johannis de Byr, Ivan et Simonem magistros filios Egidii item Ladislaum et Michaelem filios Michaelis filii Wbul et Johannem filium Stephani filii eiusdem Michaelis in congregacione nostra generali in comitatu Zobouch feria secunda proxima ante Ascensionem domini in fine ville Kallow celebrata super facto divisionis in causam atraxissent et eadem causa quibusdam dilacionibus ad octavas Epiphaniarum domini extiterit prorogata coram nobis, tandem ex nostra permissione per composicionem proborum virorum termino adveniente propter bonum pacis et proximitatis unionem taliter se partes personaliter coram nobis astantes retulere concordasse, quod de universis possessionibus eorum talem perpetualem divisionem fecissent inter se seu ordinassent et coram nobis fecerunt et ordinarunt, quod ad porcionem Thome et Fabiani predictorum cessissent possessiones infrascripte, videlicet villa Byr item dimidia pars ville Bogus item terra Perked prope Byr item terra Pochloka in comitatu de Zobouch, item villa Semyen circa Somus item villa Belthuk in comitatu Zothmariensi existentes, filiis uero Egidii maior Kallow et alio nomine Boznudada et alia Kalow que alio vo-

cabulo Fedemus dicitur, item villa Wrus et Thura item dimidia pars ville Bogus item villa Ozlar villa Lwk villa Goman villa Sulde, item quarta pars Budmunustura et villa Syma item stagnum Bulue item Pechlend item terra Nemel, Zeuleus, item media pars terre Poruod item media pars Thuch, hee sunt in comitatu de Zobouch existentes, item villa Bodolow in comitatu de Bereg existens, item villa Konuh in comitatu Albensi existens, item Phylup et Paznan vocate in comitatu de Zothmar existentes, item villa Bank in comitatu Byhoriensi existens, item Ladislao et Michaeli filiis Michaelis et Johanni filio Stephani in comitatu Zothmariensi villa Keer item villa Ponola in eodem comitatu, item villa Symeyn magna item terra Scenmihal item villa Nopkur item villa Belchuch item dimidia pars terre Thyuodorthuchi item terra Igrucy item dimidia pars terre Poruod in comitatu de Zobouch existentes . . Datum in Wysl, nono die octavarum predictarum, anno domini M° CCC° XX° quinto.

Az egri káptalannak ugyancsak 1325-ben mart. 21-én kelt átiratából, melynek eredetije megvan a N. Muzeumban, a Kállay cs. lban. Megjelent már Fejérnél, i. m. VIII. 6. 88. l. de több hibával és kihagyással. Közli: Tagányi K.

158.

1325. jan. 21. Gömör vármegye alispánja és birótársai Rás nevü birtokban elkövetett hatalmaskodás tárgyában tanúkihallgatást rendelnek el.

Nos Nicolaus vice Philippi palatini comes et quatuor iudices de Gumur damus pro memoria, quod feria secunda proxima post diem Cinerum magister Alexander filius Hunth debet contra magistrum Ladislaum filium Benedicti testibus quibus evidencius poterit comprobare coram nobis super eo, quod dominica proxima post festum Nativitatis beate virginis cuius decima revolucio preteriit annualis super possessionem suam Raas vocatam veniendo destruxisset, res suas quinquaginta marcas valentes auferendo. Datum feria secunda pro-

xima ante festum conversionis beati Pauli apostoli, anno domini M° CCC° XX° quinto.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 1535. 4. dipl. ltár: 2283. Közli: Nagy Gyula.

159.

1325. Visegrád jan. 25. Köcski Sándor országbíró, Miklós atyjának Benedeknek elnevezése iránt a pozsegai káptalan útján vizsgálatot rendel.

Capitulo de Posoga comes Alexander iudex curie domini regis . . declaramus, quod cum Nicolaus filius Benedicti quem magister Andreas nomine filii Benedicti de Sagh ordine iudiciario in sentencia capitali et amissione omnium suarum possessionum convicerat, in suis conprovincialibus se filium Benedicti non de Saagh vocari sed nomine filii Benedicti de Zueyboch nuncupari et eundem Benedictum patrem suum non de Sagh sed de Zueyboch nominari allegasset,*) prenominatus vero magister Andreas Benedictum patrem dicti Nicolai sue etatis tempore semper de Saagh et non de Zueyboch appellari a suis conprovincialibus et aliis affirmasset, nosque ad huiusmodi segregacionis dubii uberiorem cautelam hominem domini nostri regis sub vestro testimonio decreverimus transmittendum ne alicui parcium per iudiciariam sentenciam derogetur, amiciciam vestram presentibus requirimus diligenter, quatenus unacum Fyl filio Byze vel si ipse defuerit Laurencio filio Bor homine domini nostri regis vestrum hominem pro testimonio fidedignum transmittatis, qui sciant et inquirant utrum prefatus Benedictus pater dicti Nicolai de Sagh appelletur aut Benedictus de Zueyboch per suos conprovinciales nominetur. Datum in Visegrad, in festo conversionis beati Pauli apostoli, anno domini M° CCC° XX° quinto.

*) Érdekes adat arra, hogy az egyes családtagok már ebben az időben lakóhelyük után nyerték elnevezésüket. Szerk.

Záró pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 1507. 10. dipl. lt. 2284. Közli: Vincze Gábor.

160.

1325. Visegrád, jan. 28. Köcski Sándor országbíró Dyrsy nevű birtokot Tyuk Tamás ellen Tamás fiának Illésnek itéli oda.

Nos comes Alexander iudex curie domini regis .. significamus .. quod cum iuxta continenciam priorum literarum nostrarum .. Elias filius Thome de Dyrsy super facto cuiusdam particule possessionis nomine possessionis cuiusdam hominis Dyuen vocati heredum solacio destituti per magistrum Thomam dictum Tyuk a regia benignitate pro suis fidelitatibus et serviciorum multimodis meritis sibi in perpetuum dari petite contra ipsum Thomam dictum Tyuk cum magistro Stephano filio Gregorii bani, Nicolao filio Gatal, Retez Kenesio et Demetrio filio Paska commetaneis dicte particule possessionis et aliis septem nobilibus quorum testimonio in presencia honorabilis capituli ecclesie de Kw prefatam possessionis particulam per iamdictum Thomam nomine possessionis ipsius Dyuen in possessione Dyrsy petitam suam fore hereditariam evidentissime comprobaverat, in octavis beati Andree apostoli per hec verba ut ipsa particula possessionis in Dyrsy nomine possessionis sine herede decedentis per prefatum Thomam repetita sua existat hereditaria coram venerabili capitulo ecclesie Sancti Iriney martiris sacramentum prestare seriemque dicti iuramenti utreque partes ad quindenas Epiphanie domini nobis in litteris dicti capituli debuissent reportare, tandem ipsarum quindenarum termino occurrente Petrus vice et nomine dicti Elie cum litteris procuratoriis dicti capituli ecclesie Sancti Iriney ad nostram accedendo presenciam ipso Thoma personaliter astante literas capituli de Sancto Irineo nobis presentavit, in quarum tenoribus super premissa possessionaria porcione per ipsum Eliam suis coniuratoribus sibi adiunctis ipsum iuramentum iuxta prehabitam nostram adiudicacionem iure et legitime comperimus deposi-

tum extitisse et sic ipsam possessionis particulam dicto iuramento ipsum Eliam suam fore hereditariam comprobasse; unde quia regni Hungarie consvetudine exigente universe cause testimonio comprobate uno istorum duorum articulorum videlicet deposicione iuramenti aut dimicacione duelli debitum finem sortiri consveverunt, unacum baronibus et nobilibus regni nobiscum in iudicio sedentibus visis literis super predicta sacramentali deposicione iure confectis ipsam possessionis particulam in Dyrsy habitam quam idem Thomas dictus Tyuk ut prediximus a regia maiestate postularat sepedicto Elie filio Thome adiudicavimus .. Datum in Visegrad quarto die conversionis beati Pauli apostoli, anno domini M° CCC° XX° quinto.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije a b. Révay cs. lban, Divers. Fam. fasc. 1. 7.

161.

1325. Visegrád, febr. 24. I. Károly király előtt László bán veje Tepsen comes Harkány birtok felét Pest vármegyében, ipának visszabocsátja, s e helyett Rátóton levő birtokrészszel elégíttetik ki.

Nos Karolus .. rex .. significamus .. quod Ladislao quondam bano filio Stephani dicti Purch et Oliverio filio suo ab una parte, item comite Tepsen filio Petri genero eiusdem Ladislai bani ab altera coram nobis personaliter constitutis concorditer propositum extitit per eosdem, quod licet idem Ladislaus banus ex consensu eiusdem Oliverii filii sui dimidietatem rectam cuiusdam possessionis sue Harkyan vocate in comitatu Pestiensi existentis eidem comiti Tepsen genero suo tempore contractus sponsalium cum filia sua contulerit perpetuo possidendam, tamen quia idem Ladislaus banus et Oliverius filius suus ordine iudiciario contra Mykch magistrum tavernicorum domine regine consortis nostre karissime in capitali sentencia convicti nequeuntes (se) ab huiusmodi iudicio seu sentencia capitali pecunialiter redimere inter quasdam

alias possessiones ipsorum iidem Ladislaus banus et Oliverius filius eius predictam possessionem Harkyan, ipso comite Tepsen genero ipsorum dimidietatem eiusdem possessionis sibi premisso modo collatam reddente in toto, eidem magistro Mykch in redempcionem vindicte ipsius capitalis sentencie dedissent tradidissent perpetuo possidendam, igitur idem Ladislaus banus et Oliverius filius eius porcionem ipsorum in possessione Ratolth vocata in eodem comitatu Pestiensi habita ipsos hereditarie contingentem cum .. iure patronatus ecclesie in eadem possessione habite .. pro dicta dimidietate possessionis memorate Harkyan vocate .. ipsi comiti Tepsen genero ipsorum dederunt et tradiderunt .. Datum in Wyssegrad, in dominica Invocavit, anno domini M° CCC° XX° quinto.

A váczi káptalannak ugyancsak 1325. mart. 4-én Benedek olvasó kanonok által kiállított átiratából, melynek végén a prépost és a kanonokok így neveztetnek meg: »Laurencio prelato nostro, Stephano preposito, Detmaro cantore, Benedicto custode, Paulo Waciensi, Johanne Pestiensi, Stephano Changradiensi, Johanne de Zolnuk archidiaconis, magistro Iwan rectore misse matutinalis.« Ezen átirat utóbb 1358-ban a váczi káptalan által ismét átíratott, melynek eredetije feltalálható a Bődi Balogh cs. lban.

162.

1325. mart. 7. A pozsonyi káptalan Miklós pozsonyi főispánnak jelenti, hogy két csallóközi szolgabíróval bizonyos hatalmaskodás ügyében Elefánti Mátyás részére Kenéz comes ellen a vizsgálatot teljesíttette.

Nicolao comiti Posoniensi capitulum loci eiusdem .. noveritis quod nos .. cum homine vestro Jacobo videlicet filio Andree de Chepen et Petro filio Martini de Werekne de numero quatuor iudicum nobilium de Challokuz .. Jacobum rectorem ecclesie de Zowor .. duximus destinandum ad sciendum et inquirendum utrum comes Kenez comitem Mathyam de Elephant in propria possesssione sua lite inpignoraverit pendente inter eos vel ne, qui homo vester et homo quatuor iudicum nobilium ac noster

demum ad nos .. reversi nobis . . retulerunt, quod comes Kenez feria quarta proxima post festum beate Scolastice virginis proxime preterita ipsum comitem Mathiam lite adhuc inter eos pendente in sua possessione contra formam iuris motu proprio inpignorasset quatuor boves eidem recipiendo et tres servientes eiusdem vestibus privando, secundario in crastino eiusdem diei duos equos eiusdem sicut prius recepisset penitus extra formam iuris et demum eosdem quando ipsius fuit voluntatis iudicibus nobilium statuisset. Datum feria quinta proxima ante dominicam Oculi mei, anno domini M° CCC° XX° quinto.

Záró pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 1671. 22. dipl. lt. 2289. Közli: Vincze Gábor.

163.

1325. mart. 16. A pécsi káptalan I. Károly királynak az Osl fiai részéről felmutatott, 1325. jan. 28-án kelt, több Valkó és Baranya vármegyei birtokokra vonatkozó oklevelét átírja.

Stephanus prepositus et capitulum ecclesie Quinqueecclesiensis .. ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod cum magister Nicolaus filius comitis Osl vice sua et vice magistrorum Johannis et Dominici fratrum suorum quoddam privilegium serenissimi domini Karoli dei gracia regis Hungarie super confirmacione quarumdam possessionum infrascriptarum in eodem privilegio contentarum coram nobis exhibere et tenorem eius nostro privilegio inseri et dare comiti Paulo filio Pauli Stephano filio Johannis ac Nicolao fratri eiusdem de Wyk item Stephano filio Pauli de Chuza mediantibus literis nostris obligatoriis in octavis diei medii Quadragesime assumsisset, ipso termino adveniente iidem filii comitis Osl predictum privilegium per speciales procuratores ipsorum nobis transmiserunt .. cuius tenor talis est: Karolus .. stb. (l. I. köt. 144 és 595. l.) In cuius rei testimonium presentes litteras nostras ad peticiones predictorum nobilium concessimus sigilli nostri maioris munimine ro-

boratas. Actum XVI° kalendas Aprilis, anno ab incarnacione domini M° CCC° vicesimo quinto, datum per manus honorabilis viri magistri Johannis lectoris ecclesie Quinqueecclesiensis, discretis viris Paulo cantore, Gregorio custode, Petro decano ceterisque quampluribus ibidem existentibus.

Függő pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 953. 8. Közli: Kovács Nándor. Az I. köt. 144. lapján sajtó hibából áll »bácsi káptalan« »pécsi káptalan« helyett.

164.

1325. mart. 21. A pécs-váradi convent előtt Köbli Péter fia János, Bolda nevü Tolna vármegyei birtokát Miklós pozsonyi főispánnak elörökíti.

Conventus monasterii Waradiensis . . ad universorum noticiam . . volumus pervenire, quod magnifico viro magistro Nicolao comite Posoniensi ab una parte et Johanne filio comitis Petri de Kubli ab altera coram nobis personaliter constitutis per eundem Johannem propositum extitit et relatum, quod ipse quandam possessionem suam hereditariam Bolda vocatam in comitatu Tholnensi inter possessiones magistri Johannis fratris Chama et fratrum suorum ab una parte et possessiones predicti magistri Nicolai ab altera existentem sub certis metis et terminis et signis infrascriptis ex permissione et bona voluntate omnium conmetaneorum et vicinorum suorum, quatuordecim marcas prius plene receptis ab eodem sicut idem Johannes dixit, eidem magistro Nicolao confessus est se vendidisse . . iure perpetuo . . possidendam . . Mete autem ipsius possessionis hoc modo distinguntur, quod prima meta incipit a plaga orientali circa unum rivulum Mergespotoka nominatum qui cadit in alium rivulum Boldapataka vocatum et ibi sunt due mete terree in vicinitate terre magistri Nicolai Kubli vocate et ab alia parte terre Johannis filii Gregorii et fratrum suorum Hymusd vocate, abhinc in medio ipsius rivuli Bolda tendit versus occidentem et venit usque ad

terram Episcopalis Karaz vocatam et ibi circa eundem rivulum sunt due mete terree, in vicinitate terre eiusdem Episcopalis vadit in eodem rivulo ad alium rivulum Hasmal dictum et ibi sunt tres mete terree quarum una separat a plaga occidentali ipsam terram Bolda a possessione eiusdem Johannis iuxta aciem cuiusdam monticuli alia vero a terra Episcopalis a plaga meridionali tercia vero meta ab oriente circa terram ipsius magistri Nicolai, abhinc flectit se ad plagam australem et vadit ad caput dicti rivuli Boldua ubi sunt due mete terree, exeundo itaque de ipsa valle vadit ad quandam viam Bolduavta dictam que tendit versus septemtrionem in vicinitate terre eiusdem Johannis et ibi ex utraque parte ipsius vie sunt due mete terree, et in eadem via eundo venit ad quendam lutum ubi sunt due mete terree una ab occidente in vicinitate terre eiusdem Johannis alia vero ab oriente in terra eiusdem magistri Nicolai, abhinc in eadem via per medium eiusdem silve vadit usque ad terram Ratey vocatam et ibi iunguntur terre ipsius magistri Nicolai Kubli vocate et circa eandem viam sunt due mete terree ibique terminatur.. Datum duodecimo kalendas Aprilis, anno ab incarnacione domini M° CCC° XX° quinto, religiosis viris fratre Petro decano et fratre Leone custode existentibus ceterisque fratribus una nobiscum iugiter deo famulantibus ac devote.

Függő pecsétje hiányzik; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 1018. 4. dipl. lt. 2291. Közli: Vincze Gábor.

165.

1325. mart. 21. A pécsváradi convent előtt a Szente-Mágocs nemzetségből való Chama testvére János bizonyos lopás dolgában Treutul Miklós pozsonyi főispánnal kiegyezvén, ezen utóbbit Zalatna és Bikal nevű Tolna vármegyei birtokokkal elégiti ki.

Conventus monasterii Varadiensis .. ad universorum noticiam .. volumus pervenire, quod magistro Nicolao Treutul dicto comite Posoniensi ab una parte et magistro Johanne

fratre Chama de genere Scentemaguch ab altera unacum viro religioso fratre Benedicto sacerdote socio nostro et iuxta tenorem literarum magnifici baronis domini Philippi palatini ad exsequenda infrascripta pro testimonio per nos transmisso coram nobis personaliter constitutis propositum extitit per eosdem: et relatum, quod in causa furti quam idem magister Nicolaus contra eundem magistrum Johannem coram eodem domino palatino movebat super qua eciam duellum inter eos iudicatum extiterat et postmodum idem duellum per preceptum domini regis ad presenciam eiusdem domini regis devenerat, in area ipsius duelli ex permissione ipsius domini regis mediantibus et conponentibus magnificis baronibus videlicet domino Demetrio magistro tavarnicorum domini regis, comite Alexandro iudice curie eiusdem domini regis, magistro Myuckh magistro tavarnicorum domine regine, Paulo bano de Machou, magistro Endre-preposito Budensi et vicecancellario eiusdem domini regis, necnon domino Thoma voivoda partis Transsilvane .. in facto ipsius duelli taliter inter se concordassent .. quod idem magister Nicolaus totalem accionem suam prehabitam quam contra eundem magistrum Johannem moverat racione furti, totaliter et omnino eidem magistro Johanni relaxasset .. econverso autem idem magister Johannes duas possessiones suas Zalatna et Bykol nominatas in comitatu Tholnensi existentes ab Ambrosio filio Barnabe mediantibus privilegialibus literis nostris emtas, et pro eo eciam quod eedem due possessiones ad possessiones predicti Ambrosii pertinebant quas dominus rex eidem magistro Nicolao pro fidelibus serviciis suis donaverat et perpetuaverat, pro eo eciam quod idem magister Nicolaus pro predictis possessionibus triginta marcas persolvit sicut in litteris nostris vidimus contineri, Johanni antedicto sub testimonio predicti socii et hominis nostri coram comite Petro Kaba dicto homine domini regis presentibus conmetaneis et vicinis simulque convocatis videlicet Johanne filio comitis Petri de Kubli, Stephano filio Gabriani, Laurencio filio Iuan, Johanne filio Dyonisii, alio Johanne filio Pauli et aliis nobilibus, per veteres metas eidem magistro Nicolao Treutul dicto dedisset .. iure perpetuo . . possidendas . . Cursus autem metarum

novarum pro predictis possessionibus Zalatna et Bykol vocatis de possessione Kubli exceptis a parte pessessionum hereditariarum dicti Johannis erectarum sicut nobis in scriptis reportarunt hoc ordine distinguntur: incipit enim prima et principalis meta a parte meridionali circa fluvium Vorgan ubi sunt tres mete terree, una que est Stephani filii Gabriani, altera que est magistri Nicolai dicti Treutul, tercia vero que distingvit a possessione magistri Johannis filii Gregorii et fratrum suorum, sicque paulisper eundo versus aquilonem tendit ad unam metam terream, deinde per magnum spacium procedendo in eadem valle ubi sunt due mete terree, abhinc directo modo incedendo pervenitur ad duas metas terreas iuxta magnam viam qua itur versus villam Vorgan hinc et inde erectas, deinde in eadem magna via eundo pervenitur ad finem ipsius ville Vorgan ubi sunt due mete terree iuxta viam que vadit versus villam Zalatna, abhinc declinando parum versus orientem in quadam valle tendit ad quandam arborem jaurfa vocatam sub qua est una meta terrea, deinde prope vadit ad unam metam terream, abhinc vero ascendit ad quendam monticulum ubi est una arbor borkouchafa vocata sub qua est una meta terrea, abhinc descendendo versus septemtrionem pervenit ad duas metas terreas que sunt in una valle, deinde exeundo tendit in latere alterius montis et vadit per vineam ubi sunt due mete terree, abhinc ascendendo in ipso monte sunt due mete terree in cacumine eiusdem montis quarum una separat magistro Johanni altera vero magistro Nicolao, abhinc directe eundo adhuc in conmetancitate dicti magistri Johannis venit ad quandam magnam viam iuxta virgultum sunt due mete terree, deinde vadit ad quandam silvam et ibi sunt due mete terree, abhinc flectit se versus orientem circa eandem silvam eundo ad arborem ilicis sub qua sunt due mete terree, adhuc eundo iuxta eandem silvam in vicinitate adhuc eiusdem magistri Johannis venit ad magnam viam qua itur in villam Bykol et ibi sunt tres mete terree que distingvunt terram ipsius magistri Nicolai ab una parte et terram eiusdem magistri Johannis ab alia parte et terram Johannis filii Pauli a tercia parte, abhinc vadit in eadem via in vicinitate terre Johannis filii Pauli ad

unam antiquam metam terream ab oriente ipsius vie habitam, adhuc per longum in eadem via per silvam eundo venit ad duas metas terreas antiquas, iuxta eandem viam ab occidente eundo in eadem via continue venit ad unam metam terream ab oriente remanentem, exeundo de eadem silva venit ad quendam puteum Egerkuta dictum pro meta signatum et ibi in vicinitate terre Johannis filii Pauli terminatur; ab aliis vero undique partibus possessiones eiusdem magistri Nicolai dixerunt vicinasse.. Datum duodecimo kalendas Aprilis, anno dominice incarnacionis M⁰ CCC⁰ XX⁰ quinto, religiosis viris fratre Petro decano et fratre Leone custode existentibus ceterisque fratribus una nobiscum iugiter deo famulantibus ac devote.

Függő pecséttel; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 941. 4. dipl. ltár: 2290. Közli: Vincze Gábor.

166.

1325. Visegrád, mart. 30. Köcski Sándor országbíró, Hernád-Németi birtokot Zemplén vármegyében, Fony Miklós fiainak ítéli oda.

Nos comes Alexander iudex curie .. Karoli .. regis .. significamus .. quod cum magistri Blasius et Johannes dictus Zunk filii comitis Nicolai de Fany, Petew dictus Tuz et Matheus filii Petri de Pank pro eo quia nobilem virum comitem Ladislaum filium Dominici de Byzig hominem predicti domini nostri regis presente viro discreto magistro Nicolao lectore ecclesie Agriensis Bartholomeus filius Ladislai et Stephanus filius Thome super facto statucionis cuiusdam possessionis Harnadnympti vocate in comitatu Zemlyniensi existentis nomine terre reginalis per regiam benignitatem pro eorum fidelitatibus et serviciorum multimodis meritis ipsis filiis Nicolai et Petri in perpetuum date et collate contradiccionis obstaculo obviando prohibuerant, ipsos Bartholomeum filium Ladislai et Stephanum filium Thome iuxta continenciam lit-

terarum dicti capituli ecclesie Agriensis legitima citacione facta ad octavas medii Quadragesime ad regiam presenciam in causam attraxissent, tandem ipsarum octavarum termino occurrente prefatus magister Blasius suo personaliter et nomine prefatorum fratrum suorum cum litteris procuratoriis iamdicti capituli Agriensis ad nostram accedendo presenciam in contrarium prefatorum Bartholomei et Stephani personaliter astancium proposuit in hunc modum, ut regalis pietas memoratam possessionem Harnadnympti vocatam circumspectis ipsius et predictorum fratrum suorum meritoriis obsequiis quibus ab evo puerili regie benignitati totis viribus et pro posse studuissent complacere, nomine terre reginalis sibi et predictis fratribus suis cum omnibus eiusdem utilitatibus et pertinenciis universis perpetuo contulisset possidendam, et cum eandem possessionem predictus homo domini regis in presencia testimonii dicti capituli sibi et predictis fratribus suis iuxta regium edictum statuere voluisset predicti Bartholomeus et Stephanus a statucione dicte possessionis sibi et supradictis fratribus suis facienda eundem hominem domini regis coram testimonio dicti capituli contradicendo prohibuissent, cuius prohibicionis racionem in nostre iudiciarie auctoritatis presencia sibi et dictis fratribus suis per eosdem vellet assignari; quo audito iidem Bartholomeus et Stephanus avos et priores eorum ac se dictam possessionem usquemodo evidentissimorum instrumentorum titulo possedisse et nunc possidere affirmando quoddam privilegium capituli ecclesie Agriensis supradicte ibidem in momento nobis presentarunt, in cuius tenore per magistrum Stephanum filium Erney quondam bani de genere Akws nomine possessionis per patrem suum aquisite Thome patri predicti Stephani in proxima linea consangvinitatis ipsi Bartholomeo attinenti, Andree et Ropheyn filiis Bedek de Pereznee, Alexandro filio Elekws, Johanni filio Elie, Kazmerio, Stephano, Dominico, Alexandro filio Elie filii Chenkud et Petro filio Iwanka avis et prioribus proximis eorum in concambium et permutacionem quarumdam possessionum Pereznee et Lubina vocatarum in comitatu Borsodiensi existencium perpetuali tradicione ipsam possessionem Harnadnympty comperimus collatam extitisse, tali condicione obligacionis mediante,

ut si processu temporis racione dicte possessionis ipsi et sui successores per quospiam molestarentur seu inquietarentur ipse et sui heredes semper et ubique ipsos et eorum successores propriis eorum laboribus et expensis liberare et expedire tenerentur; cumque autem memoratus magister Blasius ut prediximus in sua et predictorum fratrum suorum persona legitime comparendo instrumenta quorum robore ipsa possessio Harnadnympty prefato Erney bano patri predicti Stephani aquisicionis titulo pertinuisse dignosscatur exhiberi aut aliquem vel aliquos de suis heredibus expedicionem in facto dicte possessionis Harnadnympti vocate eisdem facere valentes statueri per eosdem Bartholomeum et Stephanum nostri in presencia postulasset, predicti Bartholomeus et Stephanus nec dicta instrumenta exhibere nec alia litteralia instrumenta habere nec eciam aliquem vel aliquos in facto dicte possessionis facere sibi expedicionem queuntes semel secundo et tercio se posse statuere allegarunt; verum quia predicti Bartholomeus et Stephanus filius Thome nec instrumenta quorum vigore ipsa possessio per ipsum Erney quondam banum aquisita fuisse declaretur posse exhibere nec eciam alia instrumenta in facto dicte possessionis confecta se habere allegarunt nec eciam aliquem vel aliquos de heredibus et successoribus ipsius Erney bani et Stephani filii sui ac proximorum suorum ad expediendum ipsam possessionem ad inquisicionem nostram terno numero factam statuere assumpserunt, iamdictam possessionem Hernadnympty ab ipsis Bartholomeo filio Ladislai et Stephano filio Thome ac eorum proximis auferendo omnibus instrumentis eorum litteralibus cassatis et ubicunque et in cuiuscunque iudicis presencia exhiberentur frivolis vanis cassatis et irritis in facto dicte possessionis redditis, auctoritate presencium iam nominatis magistris Blasio et Johanni filiis Nicolai de Fany, Petew et Matheo filiis Petri de Pank . . iuxta regiam collacionem dictam possessionem Harnadnympty vocatam iudiciaria potestate . . adiudicavimus perpetuo possidendam . . Datum in Vysegrad, quarto die quindenarum medii Quadragesime, anno dominice incarnacionis Millesimo trecentesimo vigesimo quinto.

Függő pecsétje elveszett; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 777. 3. dipl. ltár : 2292. Közli: Nagy Gyula.

167.

1325. Visegrád, apr. 11. I. Károly király Elefánti Dezsőnek Gereky és Kispodlusán nevű Nyitra vármegyei birtokai tárgyában a nyitrai káptalant vizsgálatra küldi ki.

Karolus .. rex .. capitulo ecclesie Nitriensis .. dicit nobis magister Deseu de Elephant castellanus de Sebuswar fidelis noster, quod possessiones Gereky et Kyspodlusan vocate in comitatu Nitriensi existentes semper sue fuissent et essent acquisiticie et ad eum perpetuo iure pertinerent, super quo fidelitati vestre precipientes mandamus, quatenus cum Thoma filio Folkus vel Andrea fratre eius si alterum abesse contingat homine nostro vestrum hominem idoneum pro testimonio transmittere debeatis, qui a nobilibus et aliis quibuslibet hominibus de premissis sciant et inquirant omnimodam veritatem, et post hec secundum quod vobis veritas constiterit per eosdem nobis fideliter rescribatis. Datum in Vysegrad, feria quinta proxima post festum Pasce domini, anno eiusdem M° CCC° XX° quinto.

A nyitrai káptalannak 1325. april 24-ki jelentéséből, mely szerint a káptalan kiküldöttje Miklós kanonok, és Folkus fia András a hely színére kimenvén, tapasztalták hogy »possessio Gyreky fuisset acquisita per comitem Michaelem quondam de Elephant patrem videlicet magistri Deseu .. altera possessio videlicet Kyspodlosan fuisset per Matheum Nicolaum et Bartha filios Petri et Cozmam filium Chen proximum eorundem nobiles de Polosan in viginti quinque marcis pignori obligata et sic ad ipsum devoluta.« A nyitrai káptalan jelentése megvan eredetiben az orsz. lt. kincst. oszt. Paul. Eleph. 10. 1. dipl. lt. 2294. Közli: Vincze Gábor.

168.

1325. apr. 11. A budai káptalan előtt Pradevi Jakab özvegye a budai hegy tövében egy szőllőt Ó-Budai Miklós fiainak elzálogosít.

Nos capitulum Budensis ecclesie damus pro memoria, quod nobilis domina Elisabeth nuncupata relicta quondam Jacobi de Pradev in nostri presencia personaliter constituta vineam suam in radice montis Budensis situatam vineis ecclesie nostre et Stephani dicti magni vicinam et contiguam sibi per Dominicum filium Jacobi de Zada secundum maritum suum legatam sicut dixit, Laurencio Johanni et Petro filiis Nicolai de Veteri Buda pro tribus marcis argenti mercimonialis usque festum beati Michaelis archangeli proxime affuturum confessa est pignori obligasse, quam vineam iidem filii Nicolai colent et usus fructus eiusdem in toto pro se recipient, et si eandem vineam suam in predicto termino redimere poterit bene quidem, alioquin cum aliis litteris nostris tunc emanandis perpetuabitur eisdem filiis Nicolai pro eisdem tribus marcis possidenda sicut eadem domina voluit et ordinavit coram nobis. Datum feria quinta proxima ante octavas Pasce domini, anno eiusdem M° CCC° XX° quinto.

A budai káptalannak 1328. november 12-iki átiratából, melynek eredetije megvan az orsz. ltár kincst. oszt. Mon. VBud. 20. 3. dipl. ltár: 2480. Közli: Vincze Gábor.

169.

1325. apr. 21. A leleszi convent előtt Ábrámfi János Csepel nevü birtokát Pánki Dobónak és rokonainak elörökíti.

Nos Stephanus prepositus et conventus ecclesie sancte crucis de Lelez damus pro memoria, quod Johannes filius Abraam coram nobis personaliter constitutus dictum extitit per eundem, quod quandam possessionem suam pro morte seu

omicidio (így) a Stephano filio Chephani ad manus suas de iure devolutam Chepel vocatam . . Dobo et Johanni magistris filiis comitis Jacobi, Matheo et Petheu filiis comitis Petri de Panck pro quadraginta tribus marcis plene et integre habitis et receptis ab eisdem vendidisset eisdem perpetuo . . tenendam et habendam . . et huic vendicioni Pousa filius Nicolai, Thomas et Dominicus filii Petri fratres et commetanei eiusdem Johannis qui presentes aderant racione fraternitatis et commetaneitatis plenum consensum prebuerunt et assensum, et predictam vendicionem Johannes memoratus mediantibus litteris capituli Agriensis quandocunque voluntati eorum placuerit assumpsit confirmare et si non confirmaret extunc vinculo decem marcarum se obligavit subiacere Doboni et aliis fratribus suis memoratis. Datum in quindenis Pasce domini, anno domini M° CCC° vicesimo quinto.

Zárlatán a leleszi convent pecsétjének helye s egy másik záró pecsét maradványai láthatók; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 251. 8. dipl. ltár: 2296. Közli: Nagy Gyula.

170.

1325. apr. 24. Szentgyörgyi Ábrahám fiai Sebus és Péter, a bazini határban Nagy-Szombat város polgárai által gyakorolt szöllő-mívelés és bortermelés föltételeit megszabják.

Nos magistri Sebus et Petrus filii comitis Abraam de Sancto Georgio significamus universis . . quod licet inter nos et providos viros, iudicem iuratos ac universos cives civitatis Tyrnensis et cum ipsorum villis videlicet Gerencher et Magerad nuncupatis ac cum omnibus ad ipsam civitatem et ad predictas villas pertinentibus qui in possessionibus nostris in Bozyn vineas habere dinoscuntur, quescio super debitis vinearum eorumdem fuisset suscitata . . ad ultimum tamen propter bonum pacis et concordie in talem composicionis devenimus unionem, quod nos eosdem . . cives . . memorate civitatis et cum predictis villis ipsorum scilicet cum villa Gerencher et Magerad ac eorum heredes heredumque successores qui vineas

suas in nostris possessionibus antedictis habent sitas eo iure et libertate quo tempore progenitorum nostrorum dinoscuntur possedisse permisimus pacifice .. possidere .. huiusmodi nihilominus censu seu iure montano ac debito nobis singulis annis dandis et solvendis, ut de qualibet integra vinea tres pensas denariorum vienensium nobis solvere teneantur de quibus tribus pensis in prima cultura vinee videlicet in Quadragesima quadraginta denarios duas vero pensas in vindemiacione, et de unaquaque vinea integra duos denarios et de media vinea unum denarium de quartali unius integre vinee similiter unum denarium scriptori sive registratori iidem cives solvere teneantur, et post solucionem trium pensarum liberam habeant facultatem operandi quandocunque voluerint et similiter vindemiandi, hanc eciam libertatis habeant facultatem ipsorum vina absque omni gravamine transferendi seu deducendi. Item pro tributo de qualibet tunella vini quam unus currus portare sufficit sive potest que de possessione et de villa nostra ducitur sex denarios vienenses solvant tantummodo et non plures; volentes eciam quod unusquisque predictorum civium, ac alii ad ipsos pertinencium qui ipsorum vina de Weynaren et de Sancto Georgio per villam nostram Bozyn ducunt similiter sex denarios vienenses de qualibet tunella cum vino repleta pro tributo solvere teneantur, volumus eciam quod pro terragio nostro de qualibet vinea integra quod vulgariter pergrehth dicitur duos acones vini cum recta et communi acone civium de Posonio cum quo iidem cives Posonienses singulis annis nos tenentur expedire solvere teneantur more debito et consveto cum duobus denariis per idem pergrehth expedire teneantur, et volumus quod ipsi cives de Tyerna ipsum aconem singulis annis in potestate eorum teneantur conservare. Item volumus et concessimus quod currus vacui et tunelle vacue tine et orcei prefatorum civium ligones et suber verum eciam victualia cum aliis necessariis que ad nostras possessiones per eosdem adducuntur, servi et ancille eorum ac vinitores tam in introitu nostre ville quam eciam in exitu ab omni tributo predicti cives de Tyrna cum omnibus ad ipsos spectantibus liberi sint et exemti nisi causa vendicionis si quis ipsorum fruges vel alias res vendibiles adduxerit ipsum tributum merito tenebi-

mur exigere ab eodem. Item volumus et concedimus quod quicunque sine herede obierit vel decesserit suas hereditates sive vineas in predicta possessione nostra sitas legandi dandi et assignandi cuicunque voluerit liberam habeat facultatem dimittendi quadraginta denariis persolutis secundum libertatem nostre possessionis. Item volumus quod quicunque in terra nostra habens vineas sitas in nostra presencia astare iudicio non cogatur sed si aliquis cum illis in aliquam causam racione alicuius rei devenerit in presencia civium de Tyrna mediante iusticia debeat iudicari, et si iusticia eisdem per ipsos non fieret extunc in nostra possessione merito impediantur. Insuper liberum habeant arbitrium tunellas ipsorum vino repletas ac currus suos unusquisque trahendi, nec voluntarie voluerit aliquem pro precio convenire. Item in vineis suis custodes suos habeant ad placitum eorum ponendi sive constituendi. Item volumus et presentibus nos ad hoc obligamus quod si predictas libertates et iurisdicciones ipsis infringeremus ac violaremus vel nostri successores sive nostri officiales pro tempore tunc constituti, extunc a solucione trium pensarum absque omni iudicio debeant esse liberi omnimode et absoluti et omni iure sive libertate quam ab antiquis temporibus nostrorum predecessorum habuerunt irrevocabiliter frui et inviolabiliter mereantur.. Datum in die beati Georgii martiris, anno ab incarnacione domini Millesimo CCC° XXmo quinto.

Pál országbírónak 1334. augusztus 15-iki átiratából, melynek eredetije megvan az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 100. 5. dipl. ltár: 2297. Ezen oklevél Pál országbíró 1335. máj. 8-iki ítéletlevelében is átíratik: orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 100. 3. dipl. lt. 2877. Közli: Vincze Gábor.

171.

1325. máj. 1. A buda-felhévízi convent előtt Pál reguni nemes a Kajászó völgyben Fehér vármegyében lévő birtokát Egri Jakab budai polgárnak örök áron eladja.

. . frater Bartholomeus prior et conventus cruciferorum ecclesie Sancte Trinitatis de Calidis Aquis . . ad universorum noticiam . . volumus pervenire, quod magister Paulus nobilis de Regun filius videlicet comitis Sel unacum domina Margareta filia comitis Nicolai uterini fratris eiusdem comitis Sel sorore sua ab una parte, item magister Jacobus filius comitis Nicolai dictus de Agria iuratus et concivis Budensis coram nobis personaliter constituti, idem magister Paulus filius comitis Sel et domina Margareta oraculo vive vocis ministerio (így) quandam terram seu possessionem eorumdem Regun vocatam supra Zapakon in valle Keaza in comitatu Albensi existentem, quamquidem terram seu possessionem Regun mediantibus litteris privilegialibus domini Stephani quondam illustris regis Hungarie et conventus domus hospitalium Iherosolimitani de Alba olim habere et possedisse dinosscerentur, cum omnibus suis utilitatibus . . eidem magistro Jacobo filio Nicolai . . de voluntate et permissione omnium proximorum et vicinorum suorum . . pro quinquaginta marcis argenti mercimonialis . . confessi sunt vendidisse . . coram nobis iure perpetuo . . possidendam . . Datum in octavis beati Georgii martiris, anno domini Millesimo trecentesimo vicesimo quinto.

Vörös-zöld selyem zsinóron függő ép pecséttel; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 604. 30. dipl. ltár: 2298. Közli: Nagy Gyula.

172.

1325. máj. 2. Borsod vármegye alispánja és birótársai bizonyítják, hogy Bábolnai Istvánnak Ábrányi János részére bizonyos birság fejében lefoglalt birtokát Kemeji Miklós mint szomszéd kiváltotta.

Nos magister Blasius comes de Borsod, item Jacobus, Sceuke, Ladizlaus et Stephanus filius Nicolai quatuor iudices nobilium de eodem comitatu damus pro memoria, quod cum Johannes filius Benedicti de Abram Stephanum filium Caspari de Babana in comitatu Borsod ordine iudiciario pro morte Bodur filio Vrach septem vicibus ad nostram legitime citasset presenciam terminos legitimos eidem assignando, in quibus quidem terminis idem Johannes ut debebat cum litteris procuratoriis evidentibus capituli Agriensis pro domina consorte Johannis filii Herrici filia eiusdem Bodur interemti semper comparuit ex una parte coram nobis, ex altera vero idem Stephanus nec propria in persona aliquo illorum terminorum comparuit nec aliquem transmisit pro se responsalem, unde decrevimus eundem Stephanum contra eandem dominam et Johannem procuratorem suum esse devictum et nobis in omnibus terminis in iudicio remansisse, et cum eundem Stephanum pro eisdem iudiciis ter citassemus ut nobis et actori satisfaceret quemadmodum ad priores sic ad istos venire neglexit, post hec autem cum nos ad porcionem possessionis eiusdem Stephani Babana vocate unacum nobilibus provincie videlicet cum Johanne filio Chepan et Emerico filio Pauli ac Tyboldo et cum aliis accessissemus ut pro iudiciis quibus iudici et actori cause idem Stephanus convictus fuerat predictam porcionem possessionis sue iuris ordine assignaremus existimando, magister Nicolaus dictus de Kemey propincus et commetaneus eiusdem Stephani considerando ne aliquis extraneus ad possessionem eorum adveniret et ibi collocaretur porcionem eiusdem Stephani proximi sui in predicta possessione Babana vocata triginta marcis cum equis et panno ac grossorum denariorum plenarie persolvendo redemit tam a iudice quam eciam ab actore . . Datum feria

quinta proxima post octavas sancti Georgii, anno domini M° CCC° XXmo quinto.

Zárlatán egy nagyobb s négy kissebb kerek pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 1698. 8. dipl. ltár: 2299. Közli: Nagy Gyula.

173.

1325. Nagy-Várad, máj. 31. Péter az egri püspök vicariusa a püspöknek járó bírságot Bánki Péternek elengedi.

Nos magister Petrus generalis vicarius venerabilis in Christo patris domini Chanadini dei gracia episcopi Agriensis archidiaconus de Sumbun damus pro memoria, quod nos ex mandato eiusdem domini nostri episcopi porcionem racione solucionis quadraginta marcarum per Petrum de Bank racione dotis et rerum parafernalium nobilis domine sororis magistri Johannis dicti Lengel ac Ladizlai et Michaelis de Nogsemyen eisdem coram nobis solutarum que ipsum magistrum Johannem contingunt nobis provenientem, item similiter porcionem de solucione viginti quinque marcarum in octavis Pentecostes Laurencio filio Gereuen similiter coram nobis solvendarum ipsum Johannem contingentem, racione serviciorum suorum eidem domino nostro episcopo impendendarum, ac terciam partem de iudicio pacis eundem contingentem sibi relaxavimus sed de Ladislao ac Johanne predictis exigemus integraliter in eadem octava Pentecosthes. Datum Waradini, feria sexta proxima ante octavas Penthecostes, anno domini M° CCC° XX° quinto.

Zárlatán pecsét-töredékkel; eredetije a N. Muzeumban, a Kállay cs. ltárában. Közli: Tagányi K.

174.

1325. Debreczen, jun. 2. Jakab Szabolcs vármegye föispánja Lengyel Jánosnak bizonyos birságot elenged.

Nos magister Jacobus comes de Zobouch filius Dause palatini damus pro memoria, quod cum magister Johannes dictus Lengel quemdam hominem nomine Symocam ante descensum magistri Stephani filii Pauli bani vicecomitis nostri de Zobouch occidisset et super ipso facto scilicet super pudore eiusdem magistri Stephani cum eodem in sedecim marcis concordasset, nos vero propter peticiones domini Chenadini episcopi Agriensis duas partes predictarum sedecim marcarum que ad nos pertinent, eidem magistro Johanni relaxavimus et super hoc reddidimus expeditum et emendatum. Datum in Debrecen, in octavis Penthecostes, anno domini M° CCC° vicesimo quinto.

Papíron, zárlatán pecséttel; eredetije a N. Muzeumban, a Kállay cs. ltban. Közli: Tagányi K.

175.

1325. jun. 5. Az aradi káptalan bizonyítja, hogy Kéri Fekete Gergely, birtokát Szeri Pósa mestertöl nem váltotta ki.

Nos capitulum ecclesie Orodiensis damus pro memoria, quod cum secundum continenciam priorum litterarum nostrarum memorialium Gregorius dictus Feketev de Keer possessionem suam eandem Keer vocatam vicinam et contiguam possessioni ecclesie nostre similiter Keer vocate magistro Pose de Zer castellano de Sebus et de Elyed pro novem marcis pignori obligatam in octavis festi Pentecostes nunc preteritis pro dicta summa pecunie ab eodem redimere debuisset, ipso die et termino adveniente predictus Gregorius antedictam possessionem suam a predicto magistro Posa redimere non curavit, procuratore ipsius magistri Pose tribus diebus continuis coram nobis

legitime expectante. Datum quarto die termini prenotati. Anno domini M⁰ CCC⁰ vicesimo quinto.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije Keszthelyen, a gr. Festetics cs. lban. Ignota Miscell. 29.

176.

1325. Vizsoly, jun 9. Fülöp nádor Ruszkai Izsépnek Corrárdfi Tamás elleni hatalomperében a panaszló tanúinak kihallgatására határnapot tűz ki.

Nos Philippus palatinus iudex comanorum comes de Scepus et de Wywar damus pro memoria, quod Iseph de Ruska personaliter astans contra Thomam filium Corrardi personaliter astantem in figura iudicii in octavis Pentecostes coram nobis egit proponendo, quod quinta feria proxima post festum Pentecostes cuius decima preteriit revolucio idem Thomas filius Corrardi super domum suam in possessione sua Ruska existentem potencialiter venisset quatuor equos suos et in cista sua hoc est in scrinio res suas quinquaginta marcarum valentes recepisset, e converso Thomas predictus se non fecisse hec omnia denegavit; nos itaque auditis parcium proposicionibus iudicantes decrevimus quod idem Iseph suam accionem predictam in octavis beati Johannis Baptiste sequenti (így) coram nobis in Visul testibus quanto evidencius poterit contra Thomam prefatum approbabit, ante produccionem vero testium idem Iseph se expedire tenetur super iudicio trium marcarum. Datum in Visul, octavo die termini prenotati, anno domini M⁰ CCC⁰ XX⁰ quinto.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 861. 7. dipl. ltár: 2301. Közli: Nagy Gyula.

177.

1325. jun. 11. Az erdélyi püspök dézsmaszedői a kéri birtok után járó dézsma kiszolgáltatásáról Mihály fiát Lászlót nyugtatják.

Nos Georgius presbiter capellanus ecclesie beati Jacobi apostoli et vicearchidiaconus de Vgacha ac Paulus filius Nicolai decimatores domini episcopi Transiluanie de provinciis Zotmar et de Vgacha predicta damus pro memoria, quod decimas istius anni a die datarum presencium unius ville Keri vocate in frugibus examinibus et in aliis provenientes pro altera dimidia marca fini argenti plene recepta Ladislao filio Michaelis domino possessionis predicte annuimus condonandas et in persona nostri recipiendas, quam suple (így) pecuniam Blasius filius Benke in persona eiusdem Ladislai exsolvit nobis ex integro; dicimus tamen quod post recepcionem decimarum presentis anni presentes nichil valituri. Datum tercia feria proxima ante octavas Corporis Christi, anno domini M° CCC° XX° quinto.

Zárlatán pecséttöredékkel; eredetije a N. Muzeumban, a Kállay cs. lban. Közli: Tagányi K.

———

178.

1325. Visegrád, jun. 18. I. Károly király Wst nevű birtokot Perchtoldnak udvari orvosa segédjének adományozza.

Nos Karolus . . rex . . significamus universis, quod cum nos possessionem Wst vocatam circa fluvium Dudwag existentem pro fidelibus et meritoriis serviciis magistri Prehtoldi fidelis et *familiaris tirodici medici nostri* quibus nobis ferventi desiderio studuit complacere et se utique reddere graciosum et acceptum cum omnibus utilitatibus suis et pertinenciis universis eidem in filios filiorum suorum perpetuo duxerimus conferendam, volumus et universos libere condicionis

homines ad ipsam possessionem causa commorandi venire volentes assecuramus ut libere veniant et secure commorent, sub nostra proteccione et tutela speciali quatuor annorum libertate a die adventus ipsorum fruituri in eadem; igitur vobis universis nobilibus et aliis cuiusvis status hominibus iobagiones habentibus damus firmiter in mandatis quatenus iobagiones vestros optenta licencia et soluto terragio ad ipsam possessionem se transferre volentes libere et absque omni inpedimento abire permittatis .. Datum in Wyssegrad, in octavis festi beati Barnabe apostoli, anno domini M° CCC° vicesimo quinto.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 872. 5. dipl. ltár: 2302. Közli: Vincze Gábor.

179.

1325. jun. 24. A székes-fehérvári keresztesek conventje előtt Apori Miklós Hordi Dezsőt Kusd birtok elfoglalásától tilalmazza.

Nos conventus domus hospitalis de Alba damus pro memoria, quod accedens ad nostram presenciam Nicolaus filius Pauli de Opour nobis dixit protestando quod Deseu de Hord cum omnibus suis iobagionibus de Woytha et aliis ad ipsum pertinentibus fructus et utilitates possessionis sue Kusd vocate in comitatu Tholnensi existentis perciperet sine ipsius voluntate in preiudicium ipsius et gravamen, quem a percepcione fructuum utilitatis dicte possessionis prohibuit coram nobis. Datum in festo beati Johannis Baptiste, anno domini M° CCC° XX° quinto.

Zárlatán pecsét maradványaival; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 1507. 11. dipl. lt. 2304. Közli: Vincze Gábor.

180.

1325. jun. 24. Az egri káptalan előtt Béli László fiai Miklós és Mihály, három birtokon megosztoznak.

Capitulum ecclesie Agriensis .. declaramus .. quod Nicolaus et Michael filii comitis Ladislai de Beel ad nostram accedentes presenciam proposuerunt viva voce, quod in quibusdam possessionibus suis Pauly Gon et Beel vocatis .. talem inter se fecissent divisionem, quod ipsa possessio Pauly tota et porcio ipsorum in eadem Gon habita cum universis utilitatibus et pertinenciis earumdem cessissent eidem Michaeli et suis heredibus iure perpetuo possidende et habende, et tota porcio ipsorum in dicta Beel habita que est populosa similiter cum omnibus utilitatibus .. eidem Nicolao et successoribus eiusdem perennali iure possidenda remansisset, et quia ipsa porcio eorum de Beel melior et utilior dictis possessionibus Pauli et Gon extitisset ob hoc idem Nicolaus prout inter se ordinassent quartam filialem de dicta porcione sua de eadem Beel solvere teneretur, ad quod idem Nicolaus se coram nobis obligavit. Datum in festo Nativitatis beati Johannis Baptiste, anno domini Millesimo trecentesimo vigesimo quinto.

Ugyancsak az egri káptalannak 1427. apr. 2-án »Gregorius filius Ladislai de Molnosbel« részére kiadott átiratából, mely ismét az egri káptalannak I. Mátyás király 1470. jun. 24. Budán kelt parancsára »Dionisius Bekey et Petrus similiter Bekey de Sayonempthy« számára 1470-ben jun. 30-án kiállított átiratában van meg; ennek eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 442. 28. dipl. ltár : 2394. alatt őriztetik. Közli : Nagy Gyula.

181.

1325. jul. 6. A pozsonyi káptalan előtt Kenéz comes és Elefánti Mátyás a Gezth és Majtény nevü birtokok között való régi határ megtartásában megállapodnak.

Nos capitulum ecclesie Posoniensis significamus .. quod constitutus personaliter coram nobis comes Kenez ab una

parte, item Mese serviens comitis Mathie de Elephanth nomine et loco eiusdem domini sui ab altera, idem comes Kenez est confessus viva voce, quod ipse metas veteres seu antiquas inter possessionem suam Geezth vocatam et Moytih possessionem dicti comitis Mathie ab olim erectas et locatas prout sunt (erecte) et locate permisit inter eos stare seu permanere liberaliter et libenter, promittendo quod ipsum comitem Mathiam de cetero nec ipsius posteritatem super locacione dictarum metarum possit aut valeat verbo seu opere molestare; item quandam particulam terre que quondam Lyunch filii Achaleus fuisse perhibetur incipiens a quibusdam tribus metis, que in quodam dumo salicis collocantur directe procedendo versus quandam possessionem Neek per metas inibi sitas et locatas a parte ville Moytih cum suis utilitatibus dimisit et reliquit coram nobis eidem comiti Mathie possidendam et habendam. Datum sabbato proximo ante festum beate Margarethe virginis, anno domini M° CCC° XX° quinto.

A nyitrai káptalannak 1344. junius 10-iki átiratából, melynek eredetije megvan az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 1671. 68. dipl. ltár: 2305. Közli: Vincze Gábor.

182.

1325. Eger, jul. 10. Csanád egri püspök az újhelyi pálosok és az Ágoston szerzetbeliek között malmaik használata miatt fönforgó peres ügyet elintézi.

Nos Chanadinus miseracione divina episcopus Agriensis apostolice sedis iudex delegatus in hac parte tenore presencium significamus quibus expedit universis memorie commendantes, quod inter religiosum virum fratrem Stephanum priorem tunc ecclesie sancti Egidii de Wyhel ordinis heremitarum sancti Pauli primi heremite et suum conventum ex una parte actores, et fratrem Dominicum priorem de Wyhel ordinis heremitarum sancti Augustini ecclesie sancti regis Stephani similiter pro se et suum conventum (így) ex altera, in

facto quorumdam molendinorum suorum super fluvio Ranywa existencium diucius orta et ventilata coram nobis fuisset materia quescionis super eo quod idem frater Dominicus prior et conventus suus quendam locum et fundum molendini infra molendinum super eodem fluvio Ranywa edificaverunt propter (quod) aquis intumescentibus molendino eiusdem prioris de cella sancti Egidii damnum et preiudicium ex retardacione fluvii prenotati videbatur generari, ex adverso eodem fratre Dominico contrarium allegante; tandem eedem partes arbitrio proborum virorum secularium scilicet et regularium partes suas interponencium ex nostra permissione in talem pacis et concordie formam coram nobis se devenisse concorditer retulerunt, quod dicte partes duos viros idoneos et in arte molendinaria peritos et expertos ad videndum et considerandum situm et motum vel eciam cursum molendinorum predictorum ad expensas predicti fratris Dominici prioris adducere tenebantur prout in litteris nostris prioribus exinde confectis clarius declarantur, quod si inferius molendinum ut plerumque solet superiori in situs vicinitate preiudicet vel damnum in situ inferre dinoscatur extunc idem inferius molendinum debet parcium laboribus preter expensas ad tantam distanciam elongatum reedificari quod superiori in hoc nullum ut premittitur damnum vel dispendium generetur; ipsoque termino iuxta nostram iudiciariam sentenciam eisdem dato et per eosdem assumto partes cum ipsis magistris molendinorum ad situm seu meatum ipsorum molendinorum accessissent, quod quidem utrumque molendinum inferius scilicet molendinum et superius in bono statu et pacifico iuxta conscienciam a deo eis datam reliquissent et constituissent ita ut nullum molendinum preiudicet alteri in cursu suo seu in meacione aliquali sed in equo libramine equaque lancea iusticie et debita maturitate pensantes clausuras seu aquas in meatu utrorumque molendinorum prout partes propter bonum pacis hoc idem ut supradictum est firmiter se obligando assumserunt perpetuo conservandum, hoc nihilominus adiecto et per eosdem assumpto quod si qua parcium ex hac composicione in toto vel in parte resiliret vel eciam fraudulenter quovis tempore clausuram sui molendini elevaret in preiudicium alterius molendini

et hoc cum idoneis personis probare poterit extunc prior resiliens sentenciam excommunicacionis incurrat ipso facto a qua non nec per summum pontificem absolucionis beneficium possit obtinere conventusque ipsius interdictum servare teneatur. Datum Agrie, in festo beatorum septem fratrum Martirum, anno domini M⁰ CCC⁰ XX⁰ quinto.

Hátlapján hosszúkás alakú pecsét maradványaival; eredetije két példányban az orsz. ltár kincst. oszt. Paulin. Ujhely. 2. 2. dipl. lt. 2310. Közli: Nagy Gyula.

183.

1325. jul. 16. Gösfi Miklós az országbíró bírságszedője Mikófi Lököst bizonyos bírság lefizetéséről nyugtatja.

Nos magister Nicolaus filius comitis Geus exactor iudiciorum comitis Alexandri iudicis curie domini regis damus pro memoria, quod Leukus filius Michou de iudiciis in quibus contra magistrum Thomam de Vgucha pro eo quia vigintiquinque marcas non solvit cum fratre suo eidem et quia seriem iuramenti per Stephanum filium Gregorii depositi non reportavit remanserat, nobis et predicto Stephano salva porcione magistri Thome predicti permanente satisfecit, unde eundem reddidimus expeditum. Datum secundo die divisionis Apostolorum, anno domini M⁰ CCC⁰ vigesimo quinto.

Zárlatán pecséttöredékkel; eredetije a N. Muzeumban, a Kállay cs. lban. Közli: Tagányi K.

184.

1325. jul. 17. Köcski Sándor országbíró a Garai András részére történt marasztalás következtében, Siklósi Péternek Bodrog vármegyei egyik birtokát megbecsültetni rendeli.

Nos comes Alexander iudex curie domini regis damus pro memoria, quod magister Andreas de Gara in quindenis Nativitatis beati Johannis Baptiste ad nostram contra magi-

strum Petrum de Suklous accedens presenciam nobis litteras nostras formam composicionis et pecuniarie solucionis continentes ac capituli Quinqueecclesiensis demonstravit, in quibus comperimus expresse contineri, quod cum iuxta continenciam predictarum literarum nostrarum prenominatus magister Petrus per formam composicionariam pretacto magistro Andree triginta marcas partim in denariis tempore currentibus partim vero in condigna estimacione tricesimo secundo die festi Penthecosten coram capitulo Quinqueecclesiensi sub pena satisfaccionis omnium iudiciorum quibus hactenus ipse magister Petrus contra memoratum magistrum Andream convictus fuerat et peremtorie responsurus facti principalis persolvere debuisset; ipsoque termino adveniente prenominatus magister Petrus pro ipsa pecunie triginta marcarum quantitate possessionem dare voluisset, dictus magister Andreas possessionem pro eadem non curasset acceptare, verum quia supradictus magister Petrus premissam solucionem pecuniariam possessionaria solucione facere intendebat iuxta regni modum consvetum pecuniarie soluciones tradicione possessionum fieri possint pretactus autem magister Andreas ipsam possessionem acceptare non curavit, unacum nobilibus regni adiudicantes decrevimus quod prescriptus magister Petrus quia magister Joseph cum procuratoriis litteris conventus Varadiensis pro ipso magistro Petro de possessione ipsius magistri Petri in comitatu de Budrugh existenti pro dicta pecunia dare et conferre assumebat in octavis sancti regis Stephani in presencia Laurencii filii Boor vel Adriani fratris sui et testimonii capituli Boznensis per ipsum magistrum Andream, item Petri filii Ambrosi aut Pauli de Chukona hominum domini regis ac testimonii capituli Quinqueecclesiensis per prelibatum magistrum Petrum adductorum, de prenominata possessione sua in comitatu Budrugiensi constituta per distincciones et cursus metarum sequestrando convocatis commetaneis ipsius universis ab omnibus deliberando et expediendo ad valorem triginta marcarum iuxta antiquam consvetudinem regni approbatam estimari facere et prenominato magistro Andree absque aliquali contradiccione quorumlibet

dare et perpetuare teneatur. Datum in Visagrad (így), decimo die termini prenotati, anno domini M° CCC° XX° quinto.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 1507. 12. dipl. ltár: 2321. Közli: Vincze Gábor.

185.

1325. Visegrád, jul. 19. I. Károly király a turnuai apácza szerzetet hetivásári helypénzszedő joggal ruházza fel.

Karolus . . rex . . universis populis tam regalibus quam nobilium et aliorum qualiscunque dignitatis et status . . presencium continenciam audituris salutem et graciam. Cum nos velimus et ex officio nobis incumbenti teneamur religiosarum et deo devote famulancium personarum possessiones bona et iura universa in pacifico et debito statu indemniter conservare et circa monasterium sancti Lamperti de Turnua in quo sanctimoniales Christo iugiter famulantur fiduciam spemque nostre salutis geramus specialem, fidelitati universitatis vestre regio edicto firmiter precipimus per presentes quatenus dum ad forum dicti monasterii seu ipsarum sanctimonialium in eodem deo famulancium quod singulis quintis feriis in singulis ebdomadis solet celebrari conveneritis, tributum ipsius monasterii ab antiquo consvetum dictis dominabus vel earum procuratoribus absque omni cavillacione contumacia et fraude pacifice dare et solvere debeatis . . Datum in Wyssegrad, feria sexta proxima post festum divisionis Apostolorum, anno domini M° CCC° vigesimo quinto.

Konth Miklós nádor ítéletleveléből, melynek eredetije megvan az orsz. ltár kincst. oszt. Mon. Pos. 25. 2. dipl. ltár: 2312. Közli: Nagy Gyula.

186.

1325. Kálló, jul. 20. Szabolcs vármegye alispánja és bírótársai a Lengyel János jobbágyán elkövetett testi sértés dolgában vizsgálatot teljesíttetnek.

Nos magister Deseu vice magistri Jacobi filii Dause palatini comes de Zobolch et quatuor iudices nobilium de eodem damus pro memoria, quod Johannes dictus Lengel de Semyan ad nostram accedens presenciam qui nobis dixit quod Andreas filius Thusyk iobagio magistri Michaelis de Semyen unum iobagionem suum Bokoch nomine cum bicello fixisset super quo petivit hominem nostrum fidedignum pro testimonio, cui quidem Johanni dedimus hominem nostrum fidedignum Petrum filium Benedicti de Bank scire rei veritatem de premissis factis illatis, qui quidem Petrus homo noster demum ad nos rediens dixit quod de quibus licuisset scire ita veraciter scivisset indubitanter quod Andreas filius Thusyk iobagionem Johannis dicti Lengel Bokoch nomine sine culpis suis exigentibus cum bicello fixisset et in articulo mortis vidisset. Datum in Kallo, sabbato proximo ante festum beate Marie Magdalene, anno domini M° CCC° XX° quinto.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije a N. Muzeumban, a Kállay cs. lban. Közli: Tagányi K.

187.

1325. Eger, jul. 25. Walther borsovai főesperes Rozgonyi Péternek és Lászlónak az egri püspöki szék elé történt megidéztetéséről bizonyságot tesz.

. . Walterus archidiaconus de Borsua gerens vices discreti viri magistri Petri generalis vicarii venerabilis in Christo patris domini Chanadini episcopi Agriensis (archidiaconi) de Sumbun damus pro memoria, quod Johannes sacerdos de Kozynch homo eiusdem domini nostri in festo beati Jacobi apostoli

comparuit coram nobis qui per formam literarum nostrarum ad citandum Petrum filium Ladislai ac Ladislaum filium Johannis de Rozgon per nos extiterat destinatus in facto dotis et rerum parafernalium domine quondam relicte Gule filie Rennoldi filii Nicolai dicti Wethe Isach nominate et quarte filie eiusdem Anna nominate, retulit nobis viva voce quod eosdem Petrum et Ladislaum feria quinta proxima ante festum beate Marie Magdalene in possessione eorum Zakala vocata absentes ad presenciam eiusdem domini nostri ad octavas beati Jacobi apostoli proxime venturas evocasset contra Ladislaum et Johannem filios Nicolai Vethe prenotati. Datum Agrie, in dicto festo beati Jacobi apostoli, anno domini M° CCC° XX° quinto.

Zárlatán pecsétnyomokkal; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 1535. 7. dipl. ltár: 2314. Közli: Nagy Gyula.

188.

1325. Vizsoly, aug. 8. Miklós alnádor Kerek Jánosnak Semjéni István elleni ügyében halasztást ad.

Nos comes Nicolaus viceiudex Philippi palatini damus pro memoria, quod causam quam secundum continenciam priorum literarum nostrarum memorialium Johannes dictus Kerek personaliter astans contra Johannem filium Stephani de Semyen et iobagiones suos eidem statuere commissos videlicet Johannem filium Rosal, Chamam filium Bosa, Johannem dictum Fogos et Dominicum personaliter comparentes in octavis beati Jacobi apostoli habebat coram nobis in lite expressa super morte Symonka fratris eiusdem Johannis, ad octavas beati Michaelis archangeli prorogavimus ad perhemtoriam responsionem faciendam coram nobis. Datum in Wysl, octavo die termini supradicti, anno domini M° CCC° XX° quinto.

Zárlatán két pecséttel; eredetije a N. Muzeumban, a Kállay cs. lban. Közli: Tagányi K.

189.

1325. aug. 8. Benedek mester szolgabíró előtt Piudi Illés fia Pál és gyermekei, örökségüket öt részre felosztják.

Nos magister Benedictus comes nobilium notum facimus universis quibus expedit presencium per tenorem quod Paulus filius Helie de (Piud) cum pueris suis hereditatem eorum in quinque partes divisam sunt confessi, quarum duas pro se et uxore terciam filie Mahtelte quartam Oleyt quintam filio suo Hanchoni dimisse testantur tali condicione quod si quis ex eis infringere vellet duas marcas deponere teneretur. Datum proxima quinta feria ante Laurenci, anno domini M° CCC° vigesimo quinto.

Hátlapján pecsét töredékeivel; eredetije a m. tud. Akademia könyvtárában. Közli: Kovács Nándor.

190.

1325. Buda, aug. 16. Balázs fölovászmester és Hont vármegye föispánja az alatta álló birákat utasítja, hogy Gyula fiai fölött három évig ne ítéljenek.

Blasius magister agasonum domini regis et comes Hunthensis dilectis sibi magistro Chulnuk viceiudici suo et quatuor iudicibus nobilium de eodem comitatu .. cum dominus noster rex universas causas filiorum Gyule tam per ipsos contra quoslibet quam per alios contra ipsos per quoslibet motas vel movendas cum suis litteris et eciam verbotenus usque tres annos iusserit prorogari, fidelitati vestre firmo damus in precepto, quatenus ipsos filios Gyule scilicet magistrum Gregorium et fratres suos in nullis causarum articulis vestro astari iuxta continenciam earumdem litterarum prefati domini nostri regis compellere faciatis tribunali .. Datum Bude, secundo die Assumcionis beate virginis, anno domini M° CCC° XX° quinto.

Hátlapján kerek pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 1746. 45. dipl. ltár: 2316. Közli: Vincze Gábor.

191.

1325. aug. 21. I. Károly király új adománylevele Arad nevü Ungh vármegyei birtokról, Csitváni Károly fiai részére.

Carolus . . rex . . ad universorum noticiam . . volumus pervenire, quod cum Benedictus Kopouch et Ladislaus filii Karoli de Chytwan fideles nostri ad nostram accedentes presenciam nostre maiestati humiliter supplicando declarassent instrumenta domini Ladislai quondam illustris regis Hungarie fratris et predecessoris nostri carissimi felicis memorie super possessione ipsorum acquisiticia Arad vocata in comitatu de Hung existente habita et confecta casualiter amissa extitisse petentes nos prece subiectiva ut ne temporis in processu amissio accidentalis dictorum instrumentorum ipsorum eis obstare valeat et obviare, remedio occurrere super hoc ipsis dignaremur opportuno, nosque eorundem iustis precibus inclinati fidelibus nostris capitulo Agriensi ut sub ipsorum testimonio Thomas filius Lorandi vel Johannes filius Vyd altero absente homo noster super hec sciret . . veritatem nobisque facti seriem rescriberent, mediantibus litteris nostris mandassemus, tandem idem capitulum fideles nostri nobis rescripserunt in hec verba: Excellentissimo domino suo Carolo . . regi . . capitulum ecclesie Agriensis; litteras vestre serenitatis recepimus hunc tenorem continentes: Karolus . . rex . . capitulo ecclesie Agriensis; dicunt nobis Benedictus Kopouch et Ladislaus filii Caroli de Chytwan . . *) Datum iuxta fluvium Kukulleu prope villam Zeepmezeu, in festo beati Jacobi apostoli, anno domini Millesimo CCC° XX° quarto. Nos igitur . . misimus hominem nostrum virum idoneum videlicet Petrum sacerdotem de Opog qui unacum predicto Johanne filio

---

*) Következik a megkeresés, mint föntebb kivonatban olvasható.

Vyd homine vestro ad nos reversi .. retulerunt .. quod instrumenta ipsorum filiorum Karoli quibus mediantibus idem pater eorum a dicto domino Ladislao quondam rege Hungarie ipsam possessionem Araad acquisivisset in domo casualiter ambusta exstitissent. Datum in festo beati Thome apostoli, anno supradicto. Nos igitur per huiusmodi . . relacionem dicti capituli .. super eo quod dicta possessio Araad vocata per dictum dominum Ladislaum regem predicto Karolo patri ipsorum Benedicti Kopolch et Ladislai fuerit perpetuo collata et instrumenta exinde confecta igne fuissent concremata, recepta lucidissima veritate in litterisque memorialibus magistri Eleck comitis de Hung et iudicum nobilium de eodem intuentes dictam possessionem .. quamvis iidem filii Karoli in ipsa possessione pacifice fuissent tamen ad maiorem iuris et iusticie evidenciam ex nostro regio mandato eisdem filiis Karoli nullo penitus contradictore existente fuisse statutam. donacionem ipsius possessionis per dictum dominum Ladislaum regem predicto Karolo et suis heredibus factam ratificamus approbamus ipsamque possessionem Araad vocatam cum omni plenitudine sui iuris de consilio prelatorum et baronum regni nostri eisdem Benedicto Kopoulch et Ladislao filiis Karoli supradicti ipsorum fidelitatibus recordatis eciam nostre nove donacionis titulo conferentes confirmamus. Datum per manus discreti viri magistri Endree Albensis ecclesie prepositi aule nostre vicecancellarii dilecti et fidelis nostri, anno domini M^{o} CCC^{o} XX° quinto, duodecimo kalendas Septembris, regni autem nostri anno similiter vigesimo quinto. Venerabilibus in Christo patribus et dominis Boleslao Strigoniensi et fratre Ladislao Colocensi auleque nostre cancellario archiepiscopis, Johanne Nitriensi, Benedicto Chanadiensi, Nicolao Jaurinensi, Georgio Sirmiensi, Ladislao Quinqueecclesiensi, Iwanka Waradiensi, Laurencio Waciensi, fratre Petro Boznensi, Andrea Transilvano, Henrico Wesprimiensi aule domine regine cancellario, et Chanadino Agriensi dominis episcopis ecclesias dei feliciter gubernantibus, magnificis baronibus Philippo palatino comite Scepusiensi et de Wywar, Demetrio magistro thavarnicorum nostrorum comite Bachiensi et Trenchiniensi, comite Alexandro iudice curie nostre, Thoma woywoda Transsil-

vanie et comite de Zonuk, Mikch bano tocius Sclavonie, Paulo bano de Machou comite Syrmiensi de Wolkou et de Bodrug, Dyonisio magistro dapiferorum nostrorum, Blasio magistro agazonum nostrorum, Nicolao comite Posoniensi et aliis quampluribus regni nostri comitatus tenentibus et honores.

Vörös és sötét violaszín zsinóron függő félig ép pecséttel; eredetije a Csicsery cs. lban.

192.

1325. sept. 3. A bácsi káptalan előtt Serechi Gothard özvegye három Bács vármegyei birtokot Thorhusi Miklósnak elörökít.

Capitulum ecclesie Bachiensis . . Ad universorum noticiam . . volumus pervenire, quod domina Elisabeth relicta Gothardi quondam de Serech coram nobis personaliter constituta quasdam possessiones seu terras Chorug Bekuskeregui et Dal vocatas in comitatu Bachiensi existentes pro rebus paraphernalibus et dote sua ac pro quarta filiali domine Clare filie sue consortis Nicolai filii Petri de Thorhus, necnon persolvenda dote domine Margarete filie magistri Dyonisii relicte videlicet Michaelis filii sui per dominum Karolum illustrem regem Hungarie sibi datas concessas et relictas eidem Nicolao genero suo coram nobis similiter astanti in recompensacionem retribucionem omnium expensarum et dileccionum suarum sibi impensarum et factarum et specialiter in satisfaccionem et reddicionem quinquaginta marcarum quas idem Nicolaus eidem domine Margarete filie magistri Dionisii pro dote sua supradicta de rebus suis propriis pro eadem domina Elisabeth dedit et persolvit ipsamque racione dotis supradicte plenarie expedivit, coram nobis cum omnibus utilitatibus . . dedit . . iure perpetuo . . tenendas . . Datum in quindenis beati regis Stephani, anno domini M° CCC° XX° quinto, Johanne preposito, Michaele lectore, Emerico cantore, Nicolao Bachyensi, Egidio Sirimiensi, Petro Zegediensi archidia-

conis, Gallo custode, Michaele decano, ceterisque fratribus in eadem ecclesia deo famulantibus iugiter et devote.

A bácsi káptalannak 1336. julius 25-iki átiratából, melynek eredetije megvan az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 1507. 13. dipl. lt. 2320. Közli: Vincze Gábor.

193.

1325. Vetés, sept. 12. Szatmár várnegye négy szolgabírája előtt Nagy-Semjéni László ügyvédet vall.

Nos quatuor iudices nobilium provincie de Zotmar memorie commendamus . . quod in die datarum presencium Ladislaus filius Michaelis de Magna Symian coram nobis personaliter comparendo in causis suis quas contra Thomam et Fabianum filios Johannis de Byri et Petrum ac Chomam iobagiones ipsorum de Symian circa Zomus movere intendit, Nicolaum filium Alberti vicecomitem magistri Peteu et Mark dictum Zulga quemlibet ipsorum in solidum fecit et constituit suos procuratores, dando eisdem potestatem augendi defendendi et cuncta coram nobis usque ad decisionem presentis cause faciendi que ut veri procuratores de iure facere tenerentur, habiturus quidquid per eosdem legitime factum fuerit atque ordinatum committendo coram nobis. Datum in Veteis, quinta feria proxima ante octavas Nativitatis Marie, anno domini M° CCC° XX° quinto.

Hátlapján három pecséttel; eredetije a N. Muzeumban, a Kállay cs. lban. Közli: Tagányi K.

194.

1325. sept. 15. Az egri káptalan előtt Gereven comes leánya Kinge, Ubulfi Mihály fiának Péternek özvegye, a Kállay családbeliek által hitbéréből és hozományából való kielégittetését nyilvánitja.

Nos capitulum ecclesie Agriensis damus pro memoria, quod magistro Laurencio filio comitis Gereuen procuratore nobilis domine filie eiusdem comitis Gereuen sororis sue relicte Petri filii Michaelis filii Wbul cum procuratoriis literis venerabilis in Christo patris domini nostri Chanadini dei gracia episcopi eiusdem ecclesie pro eadem domina sorore sua ex una parte, ab altera vero Johanne filio Stephani filii Michaelis filii Wbul de Nogsemyen pro se et pro Petro sacerdote, Stephano et Nicolao fratribus suis, item pro Ladislao et Michaele filiis eiusdem Michaelis filii Wbul patruelis suis de eadem coram nobis personaliter constitutis, per ipsum magistrum Laurencium propositum extitit, quod super omnibus causis eiusdem domine sororis sue Kynge nominate quas ipse vice et nomine ipsius domine racione dotis et rerum parafernalium eiusdem movisset usquemodo vel habuisset contra ipsos filios Stephani et filios Michaelis prenotatos sibi et eidem domine per eosdem filios Stephani et filios Michaelis omnino extitisset satisfactum .. Datum in octavis Nativitatis beate virginis, anno domini M^{o} CCC^{o} XX° quinto.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije a N. Muzeumban, a Kállay cs. lban. Közli: Tagányi K.

195.

1325. sept. 22. A szepesi káptalan előtt Tornallyai Balakfi Gál fiai Zavas nevü Gömör vármegyei birtokukat Malaki János fiainak elörökitik.

Capitulum ecclesie beati Martini de Scepus .. ad universorum noticiam .. volumus pervenire, quod Johanne Peteu

et Nicolao filiis Gaal filii Balak de Tornalia de comitatu Gumuriensi ex una parte, et comite Nicolao Jacobo et Georgio filiis Johannis de Malah de eodem comitatu ex altera coram nobis personaliter constitutis, predicti Johannes Peteu et Nicolaus filii Gaal confessi sunt.. quod quandam possessionem ipsorum Zauas vocatam in comitatu Gumuriensi iuxta fluvium Sayo existentem cui possessioni a parte orientali possessio eiusdem comitis Nicolai filii Johannis Kezeu vocata ut dixerunt vicinatur .. vendidissent Nicolao Jacobo et Georgio filiis Johannis antedictis pro triginta septem marcis partim in denariis et partim in extimacione condigna iuxta regni consvetudinem .. preterea prefati Johannes Peteu et Nicolaus filii Gaal assumserunt predictos Nicolaum Jacobum et Georgium filios Johannis in ipsa possessione Zauas observare et racione eiusdem possessionis a generacionibus ipsorum et specialiter a Johanne filio Feliciani necnon a Nicolao et Johanne filiis Pauli, Johanne et Ladislao filiis Petri et a filiis Nicolai filii Starna et filiis Gregorii filii eiusdem Starna eosdem expedire .. tali tamen condicione quod si predicti filii Gaal ab ipsorum generacionibus predictos Nicolaum Jacobum et Georgium filios Johannis racione eiusdem possessionis Zauas expedire non possent tunc ipsam possessionem ab eisdem Nicolao Jacobo et Georgio filiis Johannis cum duplo earundem triginta septem marcarum sub predicta condicione solvendi redimere tenebuntur .. Datum die dominica proxima post festum beati Mathei apostoli et evangeliste, anno dominice incarnacionis Millesimo trecentesimo vigesimo quinto.

Függő pecséttel; eredetije a Tornallyai cs. lban.

196.

1325. Zilma, sept. 27. Köcski Sándor országbíró és beszterczei várnagy, Pezold nevü ügyvédének megtelepítés végett egy birtokot adományoz.

In nomine domini amen. Quoniam gloria principis in multitudine populi commendatur, expedit cuilibet principi sui

principatus deserta populari collegio studiosissime adornare; nos igitur comes Alexander iudex curie domini regis castellanusque de Bystrizcia ceterorum quoque castrorum in circuitu, ad noticiam presentes intuencium . . volumus pervenire, quod fidelia servicia dilecti nobis advocati Pezoldi de Zilma civitate nostra respicientes damus et contulimus eidem nostro advocato suisque heredibus seu successoribus universis ad congregandum novos populos quandam plantacionem desertam per Jutez Petrum causa desolacionis relictam prope vacuam ex alia parte aque Hreduh vocate sitam Crazna vocatam, metis sicut ipsam Jutez Petrus prius habuit, iure hereditario perpetuo possidendam, ut quidquid prefatus advocatus noster sive heredes seu successores sui universi in dicta plantacione et hereditate boni construere aut quos homines ibidem adducere potuerint liberam habeant facultatem; damus eciam dicto nostro advocato suisque liberis et successoribus universis dominium plenum in prenominata hereditate de qua nulli penitus servicia exceptis nobis et pro nostra utilitate tantummodo singulis annis decem pensas vyenensium bonorum denariorum in die littere solvere teneantur, de omnibus vero aliis serviciis et fatigacionibus penitus sint exemti. Datum in Zilma civitate nostra, anno domini M° CCC° vicesimo quinto, ante festum beati Michaelis archangeli feria sexta.

Hártyán töredezett függő pecséttel; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A 943. 1. dipl. ltár: 2322. Közli: Vincze Gábor.

197.

1325. Avignone, sept. 30. XXII. János pápa több apáczaszerzetnek a dézsmától mentességet ad.

Johannes episcopus servus servorum dei dilectis in Christo filiabus universis abbatissis et conventibus monialium inclusarum sive ordinis sancte Clare sive sancti Damiani seu minorisse dicantur salutem et apostolicam benediccionem. Sacra vestra religio que in monasteriis vestris a nobis et aliis personis in eis degentibus sub onere voluntarie paupertatis iugiter colitur, sic

a vobis mundane dissolucionis relegavit illecebras, ut inter alia claustralis abstinencie nexibus relegate puritate fulgeatis observancie regularis et voluntatis libitum coarctantes omnino sub obediencie debito dignam et sedulam exhibeatis domino servitutem; hinc est, quod nos pium et congruum reputantes, ut nos illa prosequamur gracia quam vestris necessitatibus conspicimus oportunam vobis universis et singulis adinstar felicis recordacionis Bonifacii pape XVIII. predecessoris nostri auctoritate presencium indulgemus, ut ad prestacionem decimarum de quibuscunque possessionibus et aliis omnibus bonis vestris que inpresenciarum habetis et iustis modis prestante domino acquisiveritis in futurum, vel ad contribuendum in procuracionibus quorumlibet ordinariorum et eciam legatorum et nunciorum sedis apostolice minime teneamini nec ad id compelli aliquatenus valeatis; nulli omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis infringere vel ei ausu temerario contraire, si quis autem hoc attentare presumserit, indignacionem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Avinione secundo kalendas Octobris, pontificatus nostri anno decimo.

A pozsonyi káptalannak 1357. september 8-iki átiratából, melynek eredetije megvan az orsz. ltár kincst. oszt. Mon. Pos. 46. 20. dipl. lt. 4692. Közli: Vincze Gábor.

198.

1325. oct. 12. I. Károly király a Cyne Péter és fiai által Olasziban gyakorolt vámjogot megszünteti, és annak Székelyhidon való gyakorlásában Durugfi Péter fiait megerősíti.

Carolus . . rex . . ad universorum noticiam . . volumus pervenire, quod quamvis ex veridica nobilium et regnicolarum nostrorum relacione nobis evidenter constitisset ut tributum quod Petrus dictus Cyne, Dubou et Morouch filii sui ac Beeke frater suus in villa eorum Olazy vocata in comitatu Bihoriensi existenti exigendum a nobis pecierant fuerat impetratum in preiudicium et destruccionem tributi Johachini et Petri filiorum Petri filii Durug fidelium nostrorum in villa eorundem Zekul-

hyda nuncupata in eodem comitatu existenti directa scilicet via transeuntibus per Zalard versus Zothmar et redeuntibus de eadem statuti et consveti ad exigendum ab antiquo, tamen ad maiorem iusticie evidenciam fidelibus nostris capitulo ecclesie Waradiensis nostris literis dedimus in mandatis ut cum Jakou de Hudus homine nostro hominem eorum pro testimonio transmitterent fidedignum coram quo idem homo noster inspiceret sciret et inquireret veritatem si via transiens de Zalard est direccior per Zekulhyda transeuntibus versus Zothmar quam via transiens per villam Olazy supradictam, quod quidem capitulum demum nobis rescripsit in hunc modum, quod ipsi cum predicto Jakou homine nostro misissent magistrum Paulum socium et concanonicum eorum virum utique idoneum et discretum ad premissa exequendum, qui postmodum ad eos redeuntes eis concorditer retulissent se vidisse et a comprovincialibus diligenter inquirendo scivisse predictam viam de Zalard transeuntem versus Zothmar magis directam et publicam transeuntibus per ipsam villam Zekulhyda quam esset via transiens per villam Olazy supradictam; itaque nos exinde plenius informati attendentes fidelitates et fidelium serviciorum merita ipsorum Johachini et Petri filiorum Petri que nobis et regno in diversis expedicionibus nostris pro exaltacione nostri regiminis et honoris pro reintegracione et augmento reipublice que per infideles barones propter maliciam discriminosi temporis nimium oppressa fuerat et distracta, ac pro reformacione pacis in regno cum effusione sui sanguinis laudabiliter exhibuerunt et impenderunt, de quibus quia longum esset suo modo per singula enarrare et presentibus inseri tediosum hoc solum inseruisse sufficiat, quod cum Kopaz quondam palatinus notorius noster infidelis et rebellis qui preter varias et execrabiles facinorosas facciones suas quas commisit cum quibusdam suis complicibus in necem nostram conspirarat, lese maiestatis crimen quod in morte domini Ladislai quondam illustris regis Hungarie inclite recordacionis karissimi fratris nostri patruelis inchoavit in nostra persona cupiens terminare a facie nostra fugiens desperatus de misericordia in castrum suum Solyumku vocatum se recepisset, nos per nostros fideles dictum castrum obsidi et expugnari man-

davimus, ad cuius expugnacionem hincinde ex opposito duo castella ereximus, in uno ipsorum castellorum prefatum magistrum Joachinum, in altero vero Stephanum filium Apay ad expugnandum ipsum castrum et ad prohibendum victualia in id castrum deferenda principaliter deputantes, tandem Moyus filius Moyus prescripte infidelitatis et criminis socius volens dicto Kopaz prestare auxilium ac obsessores dicti castri repellere dicta castella nostra copiosa armatorum multitudine circumdat et impugnat, tunc castellum dicti Stephani filii Apay capitur et ipse Stephanus abducitur captivus vinculis mancipatus, dictus vero magister Joachinus castellum sue conservacioni commissum sic viriliter defendit et conservat licet non sine plurimorum proximorum et serviencium suorum morte ac sui et suorum effusione sangvinis quod ipsis hostibus nostris non valentibus ipsum expugnare et abinde recedentibus dictus Kopaz specialiter ministerio dicti magistri Joachini adeo coartatur quod pre nimia peniuria (így) famis dictum castrum Solumkow diucius conservare nequivit et capto ipso castro dictus Kopaz captus nostre celsitudini presentatur; preterea antequam dictus Kopaz ad huiusmodi extremum supplicium devenisset cum iidem filii Petri ac Durug frater ipsorum carnalis sub spe et devocione nostri nominis in monasterio ipsorum Mendzenth dicto propugnaculis circumquaque munito morarentur et dictos infideles nostros assidue impugnarent, Kopaz predictus cum suis fratribus et complicibus venientes ad monasterium predictum diucius impugnarunt, ubi predictus Durug per eosdem extitit interfectus, nec tamen ipsum monasterium aliquatenus capi potuit, ex quo postmodum nobis gratum iugiter extitit famulatum et obsequium exhibitum; volentes igitur pro tot et tantis specialibus serviciis ipsorum filiorum Petri et specialiter pro morte dicti Durug fratris ipsorum eos regio favore prosequi et gracia nostri favoris amplecti, predictum tributum eisdem Petro dicto Cyne, Dubou et Morouch filiis suis ac Beeke fratri suo in dicta villa eorum Olazy dudum per nos concessum cum litteris nostris seu instrumentis concessionem dicti tributi continentibus revocando retractando deponendo abolendo et penitus destruendo et eadem instrumenta cassando et cassatas

nunciando sepedictum tributum ipsorum Joachini et Petri filiorum Petri quod ut premissum est in prefata eorum villa Zekulhyda directa scilicet et publica via statutum et exigi consvetum est et fuit ab antiquo, eisdem Johachino et Petro fratri suo reddidimus . . mandantes universis mercatoribus et aliis quibuslibet per Zalard versus Zothmar transeuntibus et eciam redeuntibus auctoritate presencium firmiter et districte, quatenus nullus sit qui per predictam terram Olazy aut per aliam aliquam viam nisi per prenotatam villam Zekulhida transire debeant iustum et consvetum tributum ibidem soluturi, quicunque autem secus facere ausu temerario presumserit in personis punietur pariter et in rebus . . Datum per manus discreti viri magistri Andree prepositi ecclesie Albensis aule nostre vicecancellarii dilecti et fidelis nostri, anno domini M° CCC° XX° quinto, quarto idus Octobris, regni nostri anno similiter XX° quinto. Venerabilibus . . . stb.*)

Zöld és fehér selyemzsinóron függött pecsét nyomaival; eredetije a gr. Keglevich cs. lban. Közli: Géresi Kálmán.

199.

1325. Derecske, oct. 16. I. Károly király Dózsa nádor fiainak Böszörményben gyakorolt hetivásár-jogát eltörli s a helyett Egyed fiát Ivánt Kállón hasonló jogában megerősíti.

Nos Karolus . . rex . . significamus quod accedens ad nostram presenciam comes Iwan filius Egidii exposuit nobis quod in preiudicium et destruccionem fori quod pro fidelibus suis serviciis sibi concessimus in villa sua Kalou vocata in comitatu de Zabolch existenti die sabbati cuiuslibet hebdomade perpetuo celebrandum filii Dause quondam pala-

*) L. föntebb 191. sz. a. alatt azzal a változással, hogy Lőrincz váczi püspök neve elmaradt, Mikch bán nevéhez hozzátétetett »comite Simigiensi et Supruniensi«. Balázs fölovászmester nevéhez pedig »comite Huntensi et Nitriensi,« továbbá előfordúl »Dionisio comite Bihoriensi.«

tini in villa eorum Bezermen vocata in vicino existenti eodem die forum celebrandum statuissent; supplicavitque nobis ut forum in dicta villa sua Kaalou per no: concessum sibi confirmando memoratum forum de villa Bezermen abolire et destruere dignaremur, unde nos precibus eiusdem benignius inclinati predictum forum in villa Kalou die sabbati cuiuslibet hebdomade perpetuo celebrandum dicto comiti Iwan et eius posteritatibus quemadmodum sibi prius concessimus confirmamus, forum vero de dicta villa Bezermen ne per ipsum dicto comiti Iwan et eius heredibus preiudicium generetur aliquale duximus abolendum .. universis itaque mercatoribus damus in mandatis nihilominus eosdem assecuramus per presentes, quatenus in dictum forum de villa Kalou secure conveniant suasque emciones vendiciones et commutaciones ac forum exerceant in eodem sub nostra proteccione et tutela speciali, nullum damnum nullamque molesciam in personis aut rebus vendendis aut emendis tam in veniendo quam forum in eodem faciendo et eciam recedendo ab eodem perpessuri. Datum in Derechke, quarta feria proxima post quindenas beati Michaelis archangeli, anno domini M⁰ CCC⁰ vicesimo quinto.

Hátlapjáu pecsét nyomaival; eredetije a N. Muzeumban, a Kállay cs. lban. Közli: Tagányi K.

200.

1325. Vetés, oct. 21. Fülöp nádor Geblinnek Saulini János elleni perét a Szabolcs vármegyei közgyülésre halasztja.

Nos Philippus palatinus damus pro memoria, quod in congregacione nostra generali feria secunda proxima post festum sancti Luce evangeliste in comitatu de Zothmar in villa Wethes celebrata Geblynus consurgens de medio universorum dixit, quod populi et iobagiones Johannis filii Petri de Saulyn ab eo indebite sedecim marcas argenti abstulissent. pro quo Johanne domino predictorum populorum et iobagionum de Saulyn Stephanus filius Omodey serviens eiusdem

comparendo terminum assumsit, unde eandem causam ad congregacionem nostram generalem de Zobouch prorogavimus ad plenam revisionem faciendam. Datum die et termino prenotatis, anno domini M° CCC° XX° quinto.

Zárlatán kerek pecsét helyével; eredetije az Erdélyi Muzeum kézirattárában, Jos. Com. Kemény Dipl. Autogr. Tom. I. Közli: Szabó Károly.

201.

1325. Visegrád, oct. 22. Köcski Sándor országbíró előtt Karászi László két birtokot Szatmár vármegyében és egyet Szabolcs vármegyében Magyar Pálra átruház.

Nos comes Alexander iudex curie domini regis damus pro memoria, quod magistro Paulo dicto Magyar castellano de Gymes ab una parte et Ladislao filio Alexandri de Karaz ex altera coram nobis personaliter constitutis relatum extitit per eosdem, quod in causa quam idem magister Paulus super facto possessionum Kywzalka et Belzalka vocatarum in comitatu Zathmariensi existencium ac porcionis sue in possessione Tos vocata ipsum contingentis in comitatu Zobouch existentis ordine iudiciario coram nobis movere contra ipsum nitebatur, propter bonum pacis in talem concordie devenissent unionem, quod predictus Ladislaus filius Alexandri in octavis beati Andree apostoli nunc venturis coram capitulo Waradiensi predictas possessiones Kywzalka Belzalka et Tos vocatas mediantibus litteris dicti capituli ipsi magistro Paulo perpetuare teneretur reddendo eidem magistro Paulo universa instrumenta super ipsis possessionibus confecta in termino prenotato, tali obligacione interiecta, quod si ipsa instrumenta termino predicto ipsi magistro Paulo reddere non curaret vel non posset extunc eadem mediantibus literis eiusdem capituli frivola redderet ac viribus caritura, hoc non pretermisso quod si idem Ladislaus predictas possessiones dicto magistro Paulo perpetuare termino predicto adveniente et instrumenta super ipsis confecta reddere vel cassare . . non curaret extunc ante litis

ingressum ipsi magistro Paulo quinquaginta marcas solvere teneretur, preterea si idem Ladislaus vel sui posteriores amodo super dictis possessionibus contra ipsum magistrum Paulum vel suos heredes litis accionem moverent aliqualem pena calumpnii (így) punirentur . . Datum in Wysegrad, feria tercia ante festum beati Demetrii martiris, anno domini M° CCC° XX° quinto.

A nagyváradi káptalannak 1325. dec. 16-án kelt oklevelében átírva, mely szerint »comes Dionisius filius Simonis serviens et officialis magistri Pauli dicti Magyar . . vice domini sui« egy részről, más részről pedig »Ladislaus filius Alexandri de Karaz . . eciam Nicolaus frater suus uterinus ac nobilis domina mater sua . . nunc consors magistri Deers filia scilicet quondam Gregorii de Babonya« a káptalan előtt megjelenvén »idem Ladislaus . . eidem comiti Dionisio . . in persona ipsius domini sui . . predictas possessiones . . assignavit.« A nagyváradi káptalan ezen oklevele megvan eredetiben az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 558. 7. dipl. lt. 2325. Közli : Nagy Gyula.

- - - -

202.

1325. oct. 24. Szabolcs vármegye alispánja és birótársai előtt Dózsa fiának Jakabnak egyik jobbágya bizonyos tartozását Nagy-Semjéni Mihálynak lefizeti.

Nos magister Deseu vice magistri Jacobi comitis de Zebolc (így) et quatuor iudices de eodem damus pro memoria, quod constitutus coram nobis magister Johannes dictus Camaras iobagio magistri Jacobi filii Dause palatini de Debrechun voluntate spontanea professus est coram nobis quod pro una marca sub racione grossorum quibus magistro Michaeli filio Michaelis nobili de Nog Semien solvere tenebatur, pro qua dicta marca duas pecias panni de dorneto impignoraverat, pro ipsa dicta marca in nostrorum presencia solvit duodecim ulnas panni de dorneto, ita tamen quod in processu temporum ipse Johannes dictus aut socius suus Bartholomeus reiterare intenderent non tantum in iudicio iudicis sed eciam in calumnia permanerent. Datum feria quinta proxima ante festum Simonis et Jude, anno domini M° CCC° XX° quinto.

Zárlatán három pecséttel; eredetije a N. Muzeumban, a Kállay cs. lúrában. Közli: Tagányi K.

203.

1325. nov. 1. A pozsonyi káptalan előtt a Szászi család három nemzetségből álló tagjai birtokaikat felosztják.

.. capitulum ecclesie Posoniensis.. ad universorum noticiam.. volumus pervenire, quod Johanne filio Jacobi, Jacobo filio Gregorii et Petro filio Stephani *de genere Nolcha* pro se et pro omnibus proximis et cognatis suis de Zaz ab una parte, Nicolao filio Johannis, Fintha filio Dominici et Endre filio Johannis *de genere Waras,* item Paulo filio Pangraczy, Petro filio Dominici et Paulo filio Michaelis *de genere Pudwr* de eadem Zaz similiter pro se et pro omnibus proximis et cognatis suis ab altera coram nobis personaliter constitutis sunt confessi, quod ipsi possessiones eorum superior Zaz videlicet et inferior Zaz nuncupatas concorditer in tres partes prout inferius dicetur divisissent, scilicet a parte ville Leeg una pars cum suis utilitatibus cessisset Johanni filio Jacobi cum memoratis proximis suis et cognatis, due vero partes de parte ville Beke similiter cum suis utilitatibus cessissent Nicolao filio Johannis cum proximis suis de genere Waras et Paulo filio Pangracii cum suis proximis de genere Pudwr iure perpetuo.. cuiusquidem divisionis mete.. hoc ordine distinguntur: incipit enim prima meta penes fluvium Beel ubi sunt due mete capitales, abhinc vadit versus villam Zaz et sic eundo transit ultra quandam vallem et ibi sunt due mete, deinde transit super ipsam villam Zaz et sic eundo penes ortum Endre ab inferiori parte sunt due mete, abhinc vadit ulterius et sic eundo in fine sessionum generacionum Waras sunt due mete, deinde protenditur versus quandam publicam viam penes quam sunt due mete, abhinc vadit ulterius et sic eundo due sunt mete, deinde adhuc procedendo venit ad quandam viam magnam circa Humurw existentem que ducit versus villam Gelye ubi sunt due mete, abhinc protenditur versus fluvium Humuro et ab alia

parte eiusdem sunt due mete in fine terre ville Paka ubi et cursus earumdem terminatur; omnia pascua pecorum ultra predictum fluvium Beel existencia communiter possidebunt; preterea secundam possessionem ipsorum Zaz inferiorem similiter in tres partes divisisse cum suis utilitatibus affirmarunt.. Datum in festo Omnium Sanctorum, anno domini Millesimo trecentesimo vigesimo quinto.

I. Mátyás királynak 1473-ban nov. 21-én Zaaz birtokot illetőleg Nagy-Lucsei Orbán esztergomi prépost és testvérei érdekében a budai káptalanhoz intézett iktató parancsából, melynek eredetije megvan az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 1655. 17. dipl. ltár: 2326. Közli: Nagy Gyula.

204.

1325. Visegrád, nov. 6. I. Károly Perveyni Orbán fiát Miklóst Loktelek nevü Szabolcs vármegyei birtokba a nagyváradi káptalan által beiktattatja.

Karolus . . rex . . capitulo ecclesie Waradiensis . . dicit nobis comes Nicolaus filius Vrbanus de Perueyn quod ipse in dominium cuiusdam possessionis sue emcionis titulo ipsum contingentem (így) videlicet Loktelek cum loco castri cuiusdam ac piscinis quarumdam (így) in comitatu de Zaboch existente (így) legitime vellet introire . . quare fidelitati vestre . . mandamus quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum quo presente Petrus filius Benedicti homo noster ad faciem predicte possessionis Lokteleke vocate . . accedendo introducat ipsum comitem Nicolaum in dominium ipsius possessionis et statuat ipsam sibi eo iure quo eidem dinoscitur pertinere perpetuo possidendam . . Datum in Wysegrad, quarta feria proxima post festum Omnium Sanctorum, anno domini M° CCC° XX° quinto.

A váradi káptalannak 1225. dec. 7-én kelt jelentéséből; l. alább.

205.

1325. nov. 8. A nyitrai káptalan előtt Vásárdi György és Lothárd fia Miklós kibékülnek.

Nos capitulum ecclesie Nitriensis . . significamus quod comite Georgio filio Petri de Wasard ab una parte et Nicolao filio Lothardi ex altera coram nobis personaliter constitutis propositum extitit per eosdem et relatum quod propter bonum pacis et indissolubile vinculum proximitatis in omnibus causis controversiis damnis vel nocumentis quomodocunque usquemodo inter eos motis et exortis mutuo condescendentes ad plene et perpetue pacis unionem devenissent, tali vinculo interposito, quod si qua parcium super premissis damnis controversiis vel nocumentis contra partem adversam quovis quesito colore quescionem vel litem movere attentaret aut partem eandem in futurum quomodocunque molestaret damnificaret vel turbaret et hoc testimonio Mauricii de Kaap et Corrardi de Zily nobilium per ipsas partes deputatorum coram nobis posset comprobari, extunc eadem pars in viginti marcis denariorum ante ingressum cuiuslibet iudicis persolvendorum convinceretur ipso facto parti dictam ordinacionem et concordiam toleranti. Datum in octavis Omnium Sanctorum, anno domini M° CCC° XX° quinto.

Hátlapján pecséttel; eredetije a gr. Forgách cs. ghimesi ltárában. Közli: Pesty Frigyes.

206.

1325. nov. 11. Gömör vármegye alispánja és birótársai bizonyítják, hogy a dédesi várnak fölépítésére fordított fuvar díját Jakab várnagy Benedek fiának Lászlónak kifizette.

Nos Nicolaus curialis comes et quatuor iudices de Gumur damus pro memoria, quod magister Ladislaus filius Benedicti super omnibus curribus quos magister Jacobus filius Dionisii castellanus de Dedus ex mandato regio ad operam castri Dedes super populos seu iobagiones ipsius dicari fecerat ab homine ipsius magistri Jacobi Petro videlicet de Parlagy extitit expeditus cum pecunia plene persolvendo eidem coram nobis. Datum feria secunda proxima post octavas Omnium Sanctorum, anno domini M° CCC° XX° quinto.

Pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 1535. 9. dipl. ltár: 2327. Közli: Nagy Gyula.

207.

1325. nov. 30. Az egri káptalan előtt Batiz özvegye Annus a Kachych nemzetségből való Simon leánya és Ilona a nevezett Batiz testvérének özvegye Báthka nevü Gömör vármegyei birtokukat Marhardfi Lőrincznek elörökítik.

Nos capitulum ecclesie Agriensis damus pro memoria, quod nobiles domine filie Simonis *de genere Kachych* scilicet relicta Botyz magni Annus vocata et relicta Nicolai fratris eiusdem Batyz Ilwna nominata ad nostram personaliter accedentes presenciam proposuerunt viva voce, quod quandam possessionem ipsarum Bathka vocatam in comitatu Gwmuriensi iuxta fluvium Bolugh existentem per (. . . . . .) et Nicolaum filios Nicolai filii eiusdem Simonis fratres ipsarum mediante privilegio nostro pro quarta ipsarum iure perennali eisdem traditam . . . . cum omnibus utilitatibus et pertinenciis suis ob veram dileccionem neptis earum filie Nicolai filii Batyz

Margita nominate uxoris (magistri Laurencii) filii Marhardi dedissent et contulissent eidem domine nepti ipsarum et per eam dicto magistro Laurencio marito suo sibi et suis heredibus eo (iure) quo ad ipsas devoluta extitisset perpetuo possidendam et habendam per neminem filiorum et proximorum suorum processu temporis ab eisdem requirendam; adiecerunt eciam eedem domine quod si predicti filii Nicolai per vigorem eiusdem privilegii nostri dictam possessionem eisdem conservare non possent extunc requisicionem ipsius quarte eidem nepti ipsarum commisissent et commiserunt coram nobis. Datum in festo beati Andree apostoli, anno domini M° CCC° XX° quinto.

Az egri káptalannak 1354-ben nov. 11-én »presentibus Ladislao preposito.. Andrea de Zemlyn, Nicolao de Zabouch.. archidiaconis« »Dominicus filius Nicolai de Geztel.. pro nobili domina relicta Laurencii filii Marhardi de Zynyer et filia Nicolai filii Batyz quondam de Gwmur Margareta nuncupata« eléadott kérelmére kiállított átiratából, melynek eredetije megvan az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 1535. 10. dipl. ltár: 2328. Közli: Nagy Gyula.

208.

1325. Közép-Németi, dec. 4. Abaújvármegye alispánja és bírótársai Rozgonyi Lászlót birságolják.

Nos magister Lucachius vicecomes et quatuor iudices nobilium de Wyuar damus pro memoria, quod causam quam magister Stephanus notarius noster personaliter astans feria quarta proxima post festum beati Andree apostoli contra Petrum filium Ladislai *cum Simone maiore castri* homine nostro coram Georgio filio Petheuch *testimonio provincie* in sua possessione Ruzkun vocata legitime citatum, prout iidem ad nos reversi retulerunt, pro quo Nicolaus suus serviens comparendo terminum assumsit, habebat coram nobis, eo quod primus terminus ipsorum erat, ad quindenas datarum ad plenam responsionem prorogavimus; Dionisius vero statuere eidem Petro commissus non venit nec misit, unde decrevimus ipsum in iudicio remansisse si se racionabiliter non poterit

excusare. Datum in Kuzepnemti, in termino antedicto, anno domini M° CCC° XX° quinto.

Zárlatán némi pecsétmaradványokkal; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 1746. 46. dipl. ltár: 2329. Közli: Nagy Gyula.

209.

1325. Visegrád, dec. 5. I. Károly király előtt Elefánti Mátyás és fiai egy részről, más részről pedig Kenez comes, Nyék Gezth és Majtény Pozsony vármegyei birtokok felosztása tárgyában kiegyeznek.

Nos Karolus . . rex . . significamus . . quod comite Mathia de Elefanth, Nicolao et Johanne filiis eiusdem ab una parte, item comite Kenezyo ex altera coram nobis personaliter constitutis per eosdem propositum extitit et relatum, quod in causa que inter ipsos in presencia comitis Alexandri iudicis curie nostre super facto possessionis Nyek vocate que alio nomine Leonchfelde nominatur Pauli et Fintha filiorum Antaleus olim fuerat, quam idem comes Kenezyus titulo acquisicionis et emcionis possedisset ut dicebant, et distinccionibus metarum inter possessiones Geezt et Moytih nominatas ab antiquo erectarum vertebatur, et licet ipsa causa inter partes diucius fuisset ventillata tamen propter bonum pacis amicabilibus composicionibus ex permissione eiusdem iudicis curie nostre ad talem concordie unionem devenissent . . quod predictam possessionem Moytih ipsis comiti Mathie et filiis, possessionem vero Geezth supradictam ipsi comiti Kenezyo sub his metis et terminis antiquis ex utraque parte fluvii Dwduagh adiacentibus quas idem comes Mathias in presencia commetaneorum et vicinorum earumdem possessionum ostendit et ostendisse asseruerit cum earum utilitatibus alter alteri reliquerunt possidendas, antedictam autem possessionem Nyek in die medii Quadragesime nunc ventura in presencia testimonii capituli ecclesie Nitriensis nobiles et probi viri pro parte illic adducti in duas partes coequales dividere et dimidietatem eiusdem possessionis iuxta regni consvetudinem

a parte possessionis comitis Mathie Moytih nominate estimare et precium ipsius dimidietatis possessionis Nyek idem comes Mathias et filii sui in presencia eiusdem capituli in die et termino per ipsos estimatores ad hoc assignato persolvere tenebuntur comiti Kenesio memorato, cuius quidem possessionis dimidietatem ipse comes Kenezius a parte sue possessionis Geezth vocate et aliam dimidietatem predicti comes Mathias et filii sui a parte possessionis eorumdem Moytih adiacentem irrevocabiliter possidebunt.. Datum in Wyssegrad, quinta feria proxima ante festum beati Nicolai confessoris, anno domini M° CCC° XX° quinto.

A nyitrai káptalannak 1344. junius 10-iki átiratából, melynek eredetije megvan az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 1671. 68. dipl. ltár: 2305. Közli: Vincze Gábor.

210.

1325. dec. 7. A budai káptalan kiküldöttje előtt Anna margitszigeti apácza, Renold fiának Gyulának leánya, Veche Miklós fiát Lászlót bizonyos ügyben meghatalmazottjának vallja.

Nos capitulum Budensis ecclesie .. significamus .. quod domina Anna soror de claustro beate virginis de Insula filia videlicet magistri Jule filii Renoldi misso ad nos suo nuncio humiliter nos rogavit ut ad audiendam ipsius voluntatem hominem nostrum mitteremus, cuius iuste peticioni annuentes, Anthonium presbiterum canonicum capelle beate virginis et prebendarium de choro ecclesie nostre duximus destinandum, qui demum ad nos reversus nobis dixit, quod prefata domina Anna soror eo ipso exsecucionem causarum suarum omnium coram quovis iudice et in terminis quibuslibet et specialiter requisicionem dotis domine matris sue et quarte sue filialis sibi de possessionibus paternis consvetudine regni exigente provenientes usque ad decisionem ipsarum causarum omnium magistro Ladislao filio magistri Nicolai dicti Veche proximo suo commisisset finaliter exsequendam et modo debito peragendam, assumendo pro rato et pro firmo quicquid per

eundem magistrum Ladislaum actum vel procuratum fuerit in causis suis antedictis. Datum in octavis beati Andree apostoli, anno domini M° CCC° vigesimo quinto.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 1535. 12. dipl. ltár: 2330. Közli: Vincze Gábor.

211.

1325. dec. 7. A nagy-váradi káptalan átírván I. Károlynak a föntebb 204. sz. a. közölt meghagyását, Perveyni Miklósnak Loktelek nevü birtokba való beiktatásáról jelentését így folytatja:

Nos itaque . . unacum Petro filio Benedicti homine vestro nostrum hominem . . Paulum socium et concanonicum nostrum . . transmisimus, qui . . retulerunt, quod prefatus . . homo maiestatis vestre presente dicto nostro testimonio feria sexta proxima post festum beati Elisabet proxime preteritum ad faciem predicte possessionis Lokteleke cum loco cuiusdam castri ac piscinis quarum nomina sunt hec: Keulges, Kewgestokaya, Inewueizad, Kolobar, Gyurud, Wereshid, Hidalia, Humukzug, Lapuhus, Zathuna, Fyuzes, Rewtokaia, Bokud, Reketha, Dumbuth, .Gyungusnaralia, Preposttoua, Nyarasd, Iuantokaya, Merse, Forgianagus, Mergusd, Orozdere, Kyraltoa et Zultha . . accedendo prelibatum comitem Nicolaum filium Vrbanus de Perueyn in dominium eiusdem possessionis Lokteleke et loco (így) castri ac piscinarum predictarum introduxisset et easdem sibi eo iure quo ad eum pertinere dinoscuntur statuisset perpetuo possidendas nullo penitus contradictore apparente. Datum sabbato proximo post festum beati Andree apostoli, anno domini quo supra.

I. Károly királynak 1325. dec. 23-án kiadott jeles alakú megerősítő okleveléből, melyet ugyancsak I. Károly király 1332. nov. 2-án új pecsétje alatt megerősítve ismét kiadott; ez utóbbinak eredetije megvan az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 1535. 11. dipl. ltár: 2331. Közli: Nagy Gyula.

212.

1325. Az egri káptalan előtt az Aba nemzetségből való Kompoldfi Péter fiai alább elésorolt ingatlan birtokaikat és szolgáikat egymás között felosztják.

Capitulum ecclesie Agriensis .. ad universorum noticiam .. volumus pervenire, quod Gregorius Stephanus et Kompoldus filii magnifici viri magistri Petri filii comitis Kompoldi de genere Aba ad nostram personaliter accedentes presenciam proposuerunt viva voce, quod presente nostro testimonio videlicet magistro Johanne custode nostro per .. Chanadinum .. episcopum Agriensem .. et per nos ad hoc destinato et presentibus proximis vicinis et commetaneis ac nobilibus comprovincialibus eorumdem scilicet magistro Cheley filio Nicolai de eodem genere Aba, comite Petro de Cherukezy, comite Paulo de Tarcha, comite Gebarth de Saar, magistro Bodon de Wnga, magistro Oliverio de Vezeken et comite Gallo de Tenk .. primo equaciis ipsorum in tres partes equaliter divisis inter eosdem pari voluntate et communi consensu in omnibus eorum possessionibus hereditariis et aquisiticiis emticiis .. item in servis et ancillis ipsorum talem inter se fecissent divisionem, quod in prima divisione per magistrum Gregorium et Stephanum, Kompoldo quidem excluso, presentibus eisdem testimonio nostro et nobilibus predictis facta in tribus possessionibus ipsorum scilicet Domozlou Kvreu et Zarank, cum medietate possessionis Wrus videlicet porcione eorumdem filiorum magistri Petri in eadem habita quequidem Zarank et medietas possessionis Wres computantur, vocatis in comitatu Heueswyuar existentibus, Kompoldus racione iunioritatis sue secundum regni consvetudinem primo eligendi habens facultatem, matura et sufficienti cum suis familiaribus deliberacione prehabita possessionem Kwrew cum utilitatibus et pertinenciis suis universis .. pro se eligendo in suam recepisset porcionem .. deinde possessionem Zarank cum medietate possessionis Wres videlicet porcione ipsorum filiorum magistri

Petri . . cum medietate tributi de eadem villa Wres . . Stephanus eligendo pro se recepisset . . villa vero Domozlou . . magistro Gregorio . . remansisset . . habenda; item in secunda divisione per Stephanum et Kompoldum, magistro quidem Gregorio excluso, presentibus eisdem nobilibus et nostro testimonio facta in aliis tribus possessionibus ipsorum videlicet Roph Wyznek et Gyvrk cum quadam particula terre Athkar nominata que pro una computantur in eodem comitatu de Heuesvyuar existentibus, villam Vyznek . . magister Gregorius eligendo in suam recepisset porcionem . . deinde possessionem Gyurk cum predicta particula terre Athkar . . Kompoldus in suam eligendo recepisset porcionem . . villa autem Roph ., Stephano remansisset . . habenda; item in tercia divisione per Gregorium et Kompoldum Stephano quidem excluso . . facta in aliis tribus possessionibus ipsorum videlicet Eghazasnana, Lowaznana et Zakalos vocatis in eodem comitatu existentibus possessionem Eghazasnana vocatam . . Stephanus eligendo in suam recepisset porcionem . . deinde possessionem Louaznana nominatam . . magister Gregorius in suam eligendo recepisset porcionem . . possessio vero Zakalos . . Kompoldo . . remansisset possidenda; item in quarta divisione per Gregorium et Stephanum excluso Kompoldo . . facta in aliis tribus possessionibus ipsorum videlicet Torna Gyenda Tanxon cum medietate possessionis Kompolth que pro una computantur. vocatis in supradicto comitatu existentibus, possessionem Torna . . Kompoldus eligendo in suam recepisset porcionem . . deinde possessionem Taxon cum medietate possessionis Kompolth videlicet porcione eorumdem in eadem habita . . Stephanus eligendo in suam recepisset porcionem . . medietas vero possessionis Gyenda videlicet porcio predictorum filiorum magistri Petri in eadem habita . . magistro Gregorio . . remansisset . . habenda; adiecerunt eciam . . quod quicunque ex ipsis vel ipsorum heredibus aliquam vel aliquas ex possessionibus predictis videlicet porcionibus suis quoquomodo processu temporis amitterent, non in damnum ipsorum communiter sed in damnum porcionem suam quolibet modo amittentis ipsa amissio possessionis vel posses-

sionum redundaret; preterea universos servos et ancillas eorum . . taliter inter se divisisse retulerunt, quod octo capita servorum videlicet Mark, Johannes, Chorth et Beke filii Malen, item Paulus et Johannes filii Kusa ac Teke cum Andrea filio suo cessissent magistro Gregorio perennaliter possidendi, item decem et septem capita servorum et ancillarum videlicet Benedictus magnus cum tribus filiis suis scilicet Stephano Michaele et Paulo, item Boda cum uxore sua e Johanne filio suo ac duabus filiabus suis Ila et Margyth vocatis, item Else cum Johanne filio suo et duabus filiabus suis Annus et Katus nominatis, item Margyth cum Chuta filia sua, et due filie mulieris Annus videlicet Magou et Chala nominate cessissent Stephano et Kompoldo perpetuo possidendi; castrum vero ipsorum Orozlan vocatum communiter decrevissent observandum. In cuius rei testimonium . . presentes concessimus sigilli nostri munimine roboratas, presentibus tamen Petro preposito, Nicolao lectore, Martino cantore, Johanne custode, Dominico de Wyuar, Valtero de Borsua, Laurencio de Kemey, Petro de Zemlen, alio Petro de Zombun archidiaconis et aliis multis, anno domini M⁰ CCC⁰ XX⁰ quinto, regnante Karolo illustri rege Hungarie, Bolezlao Strigoniensi, Ladizlao Colocensi archiepiscopis et domino nostro venerabili patre Chanadino dei gracia episcopo Agriensi existentibus.

Ugyancsak az egri káptalannak 1347. dec. 18-án »magister Compoldus filius Petri filii Compoldi de genere Aba« részére kiadott átiratából, melynek eredetije megvan az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 639. 1. dipl. ltár: 2334. Közli: Nagy Gyula.

213.

1325 körül. Nagy-Szombat város bírája és tanácsa egy malom dolgában s a nagy-szombati Klarissa szüzek érdekében Erzsébet királynéhoz kérelmet intéz.

Serenissime principi ac eorum domine graciose domine Elisabeth regine Hungarie, Konuschus iudex, iurati ac universitas civium de Tyrna se suaque ad omnia beneplacita et mandata. Vestre serenitati duximus tenore presencium declarandum, quod molendinum in Bogania situm quod comes Petrus filius Menul pie recordacionis violencia sua hucusque habuit et potestate, illud dimidium sive due rote eiusdem molendini ab olim ad sanctimoniales ordinis sancte Clare in civitate Tirnensi habitantes iure hereditario spectabat, quod omnibus imdemniter nobis divitibus et pauperibus est manifestum; cum igitur *claustrum earundem sanctimonialium totaliter unacum maxima parte civitatis, proh dolor, incineratum sit et exustum*, vestram reginalem graciam quam nobis nunquam scimus defuisse pro eisdem rogitamus quatenus materia mota super easdem eisdem medietatem molendini seu duas rotas eiusdem vestri gracia sicut olim hereditarie possidebant ad ipsas hereditarie pertinere velitis et devolvi, pro quo eedem sanctimoniales pro salute domini nostri Karoli regis et vestra deum orabunt pro quo eciam vobis perpetue serviemus.

Külczím: Serenissime principi domine sue graciose Elizabeth regine Hungarie presentetur.

Záró pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. Mon. Tyrn. 3. 47. dipl. ltár: 2338. Közli: Vincze Gábor.

214.

1326. Vizsoly, jan. 13. Miklós alországbiró Semjéni Jánost a Rafael fia részére fizetésre kötelezi.

Nos comes Nicolaus viceiudex Philippi palatini damus pro memoria, quod cum iuxta continenciam priorum literarum nostrarum memorialium Nicolus filius Ruphaeni contra Johannem filium Stephani de Semien in octavis Epiphaniarum domini super destruccione possessionis sue Deers vocate et super ablacione rerum suarum centum marcarum per Stephanum patrem predicti Johannis illatarum testes coram nobis producere debuisset, ipso die adveniente dicte partes .. in talem pacis unionem se devenisse retulerunt, quod idem Johannes in die medii Quadragesime videlicet feria quinta solvet terciam dimidiam marcam iuxta regni consvetudinem .. in Wysul coram nobis Nicolao prenotato .. Datum in Wysul, termino supradicto, anno domini M⁰ CCC⁰ XX⁰ sexto.

Zárlatán pecséttöredékkel, eredetije a N. Muzeumban, a Kállay cs. lban. Közli: Tagányi K.

215.

1326. jan. 26. A budai káptalan előtt Rozgonyi Péter és László unokatestvérüket Anna margit-szigeti apáczát, hitbére és leánynegyedi illetőségére nézve kielégítik.

Nos capitulum Budensis ecclesie .. significamus .. quod magister Petrus filius Ladislai filii Renoldi quondam palatini de Rozgun ..*) nos petivit ut duos ex nobis ad audiendam intencionem religiose domine Anna nomine filie videlicet Ivlas

*) Hogy Rozgonyi Rajnáld mikor volt nádor, nem tudjuk biztosan meghatározni. Nagy Iván M. O. Családai czímű munkája IX. kötetében 783. lapon Rajnáldról a Rozgonyiak őséről nem említi, hogy nádor lett volna. Az adománylevelet, melynél fogva Rajnáld 1270-ben Rozgony birtokába jutott, l. Árp. Új Okmánytár, XII. 12. l. Szerk.

filii Renoldi sororis de ordine fratrum predicatorum de Insula beate virginis sororis sue mitteremus; cuius peticioni annuentes duos ex nobis viros discretos Laurencium et Jacobum socios et concanonicos nostros duximus destinandos, qui cum eodem magistro Petro et fratre Michaele procuratore tocius conventus dictarum dominarum de dicta Insula ad nos reversi nobis retulerunt, quod predicta religiosa domina racione dotis sue et quarta filiali quibus idem magister Petrus et Ladislaus filius Johannis frater eiusdem de regni consvetudine sibi tenebantur pro quibus per Ladislaum et Johannem filios Nicolai dicti Weche fratres suos in litem fuerant deducti, ordinantibus probis viris propter bonum pacis et consangvineitatis, sperans quod per eosdem in futurum provideri, impensa omnimoda satisfaccione pecuniaria eosdem magistrum Petrum et Ladislaum fratrem eiusdem per omnia reddidisset expeditos .. et idem magister Petrus pro se et fratre suo Ladislao .. assumsit coram nobis .. ut singulis annis usque vitam dicte religiose domine Anne singulas duas marcas in argento vel denariis dare et offerre tenerentur, ipsaque decedente domine religiose sorori de eodem ordine predicatorum Anne nomine filie videlicet Renoldi quondam palatini superstite remanente similiter usque vitam eiusdem dare et solvere tenebuntur ut assumsit. Datum in dominica Exsurge, anno domini M° CCC° vigesimo sexto.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 17. 15. dipl. ltár: 2349. Közli: Vincze Gábor.

216.

1326. febr. 6. A boszniai káptalan elött Palagari Imre ottani birtokrészét testvérének Mártonnak elörökíti.

Nos capitulum ecclesie Boznensis memorie commendamus .. quod Emericus filius Thome de Palagar .. proposuit .. quod ipse tempore necessitatum suarum sibi imminencium quo scilicet in presencia magnifici baronis Pauli videlicet bani de Macho et iudicis de Wolkou pro quibusdam suis delictis ad

amissionem tocius porcionis possessionis sue ipsum in Palagar contingentis rite et legitime factam et ad capitalem sentenciam devenisset, nullum post deum preter Martinum fratrem suum uterinum habuisset adiutorem, ita ut idem Martinus ad rehabendam ipsam possessionem suam viginti quinque marcas sibi accomodasset demumque ad supplecionem suorum defectuum iterum decem marcas sibi mutuo concessisset et ipse propter suam inopiam non haberet unde sibi reddere potuisset, totam porcionem possessionis sue in Palagar ipsum contingentem cum omnibus utilitatibus suis pro ipsis triginta quinque marcis prefato Martino fratri suo . . vendidisset . . Datum in crastino diei Cinerum, anno domini M° CCC° XX° sexto.

A boszniai káptalan 1377. april 16-iki átiratából, melynek eredetije megvan az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 1542. 5. dipl. ltár: 2351. Közli: Vincze Gábor.

217.

1326. Vizsoly, febr. 23. Fülöp nádor Újfalu helységet Sáros vármegyében megtelepíti.

Nos Philippus palatinus iudex comanorum comes de Scepus et de Wyuar . . significamus . . quod nos quandam possessionem nostram Wyfolu vocatam in districtu comitatus castri Sarus existentem inter alias possessiones nostras diligencius populorum multitudine decorare volentes hospitibus seu hominibus in eadem commorantibus et successive quovis tempore undecunque supervenientibus causa commorandi, hanc graciam specialem duximus ordinandam, quod universi iobagiones nostri in eadem commorantes de una integra curia seu sessione singulis annis quinque fertones magistro Petro nunc officiali nostro de eadem in tribus terminis infrascriptis solvere teneantur, videlicet ad festum Nativitatis sancti Johannis Baptiste unam partem, ad festum sancti Michaelis archangeli aliam partem et ad festum Purificacionis beate virginis residuam terciam partem pecunie prenotate conse-

quenter, munera autem eidem magistro Petro similiter in tribus terminis more consveto dare teneantur, videlicet ad festum Nativitatis Domini, ad festum sancti Pauli apostoli, et ad festum Passce domini singulis annis, ab omnibus autem collectis et exaccionibus omnino sint exemti et expediti; item universe cause inter se mote per villicum ipsorum et per iuratos eiusdem ville iudicentur et discuciantur nec aliquod iudicium idem magister Petrus ultra censum debitum debeat super ipsos extorquere; item universa edificia domos et alias possessiones quilibet predictorum iobagionum nostrorum in morte vel in recessu si qui eorum recedere quoquomodo voluerit liberam vendendi et cui voluerit legandi vel relinquendi in perpetuum habeant facultatem; in omnibus autem libertatibus ipsorum indemniter eosdem commisimus observare. Datum in Wysul, in dominica Oculi nostri (így), anno domini M° CCC° vicesimo sexto.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije a N. Muzeumban. Közli: Tagányi K.

218.

1326. mart. 6. A nagy-váradi convent előtt Miklós csanádi főispán Hodos nevű birtokát a váradi püspökségnek elörökíti.

.. Jacobus prepositus et conventus monasterii sancti Stephani prothomartiris de promontorio Waradiensi .. ad universorum noticiam .. volumus pervenire, quod nobilis vir magister Nicolaus filius quondam Thome filii Pangrachy comes Chanadiensis unacum Gregorio filio suo pro se et pro ceteris suis fratribus comparente coram nobis personaliter constitutus quandam possessionem suam acquisiticiam per dominum nostrum Karulum .. regem .. pro suis serviciis meritoriis sibi datam donatam et collatam Hudus vocatam populosam in qua Negul woyuoda considet et commoratur, simulcum eisdem populis et molendino ibidem existenti super fluvium Hudus similiter vocatum, vicinam et commetaneam possessioni Hydus que est episcopatus Waradiensis, pro salute anime sue et remedio animarum omnium progenitorum suorum

domino Johanche miseracione divina episcopo Waradiensi presencialiter astanti et in persona ipsius episcopatui Waradiensi cum iure tam proprietatis quam dominii . . ipsam ecclesiam Waradiensem dotando dedit donavit tradidit et contulit ad habendum possidendum et tenendum sub hiis metis infrascriptis coram viro religioso fratre Jacobo preposito monasterii predicti, supradicto vocato ad hoc et rogato, et personaliter ibi existente factis et positis in octava medii Quadragesime proxime preterita, videlicet incipiendo a quodam loco Tupatheluke vocato circa eundem fluvium Hudus supra cum metis continuis positis ut premittitur venit ad eandem villam Hudus, et deinde ascendendo transit ad quendam rivulum Arkuspothaktuwe vocatum et circa eundem similiter cum condensis metis terreis positis a parte semptemtrionali rami seu partis eiusdem Arkuspothaktuwe venit in viam eiusdem domini episcopi Waradiensis ibique terminatur, intrando ulterius terram domini episcopi supradicti. Datum in crastino octavarum predictarum, anno domini Millesimo trecentesimo vigesimo sexto.

A pecsét sárga-ibolya színű selyemzsinóron függ, alúl A. B. C. cyrographum; eredetije a gr. Károlyi cs. lban. 59. 54. Közli: Kovács Nándor.

219.

1326. apr. 10. A szüz Máriáról nevezett szepesi convent és annak apátja Vedrenichi Pakucznak, a hegyen fekvő földjét, melyet az elöbbi apáttól nyert, egy másik földdarabbal elcseréli.

Nos frater Guyllermus dictus abbas monasterii beate Marie de Scyps totusque conventus eiusdem domus notum fieri volumus universis, quod consideratis serviciis magnis et laboribus non modicis que nobis et ecclesie nostre retroactis temporibus Packucz de Wedrenick fideliter exhibuit, in recompensacionem . . pro quadam terra eidem a predecessore nostro in monte sita assignata commutacionem faciendo dedimus . . particulam unam terre nostre sitam inter terram curie nostre

et terram iobagionum nostrorum de Vedrenich longitudinem suam extendentem a strata publica usque ad metas illorum de Bethleem latitudinem vero octoginta trium ulnarum mensuratarum, quamquidem terram dicto Packucz contulimus et dedimus et suis heredibus perpetuo possidendam, hoc tamen salvo quod singulis annis decimas consvetas ecclesie nostre et unum talentum cere pro annuali censu se sciant et cognoscant perpetuo soluturos . . Datum anno domini M° CCC° XXVI°, quinta feria post dominicam qua cantatur Misericordia Domini.

Az apátnak és a conventnek külön külön hártya-szeleten függő pecsétjeivel; eredetije a m. tud. Akademia könyvtárában. Közli: Kovács Nándor.

220.

1326. apr. 10. A csázmai káptalan előtt Tiboldfi Miklós fia János bolohnai birtokrészét Somogy vármegyében Haholtfi István fiának Miklósnak elzálogosítja.

Nos capitulum Chasmensis ecclesie . . significamus . . quod nobilis vir magister Johannes filius Nicolai filii Tyboldi a parte una, ab altera autem Bedech serviens magistri Nicolai filii Stephani filii Hoholt proximi sui vice et nomine eiusdem domini sui personaliter coram nobis constituto, idem magister Johannes quandam porcionem possessionis sue Bolohna vocate in comitatu Simigiensi existentem ipsum contingentem cum utilitatibus et pertinenciis suis universis pro suis necessitatibus quibus oppressus extiterat tempore quo dominus rex eundem captivaret dixit et confessus est predicto magistro Nicolao proximo suo pro centum marcis pignori obligasse . . Datum feria quinta proxima post quindenas Pasce, anno eiusdem M° CCC° vigesimo sexto.

Hátlapján pecsét nyomaival, alúl A. B. C. cyrographummal; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 1535. 14. dipl. ltár: 2356. Közli: Vincze Gábor.

221.

1326. apr. 22. A nyitrai káptalan előtt Spach fiai György és Miklós, Welk fiait és társaikat Preznold helységben birtoktársakúl visszafogadják.

Nos capitulum ecclesie Nitriensis.. significamus.. quod Georgius et Nicolaus filii Spach, Petrus filius Thome ac Petrus filius Jacobi, item Georgius dictus Kun tam pro se quam Paulo Deseu et Johanne filiis suis, ac Andreas filius Isyp et Johannes filius Dominici in nostri presencia personaliter constituti ab una parte, Tyba filius Welk filii Mortunus ac Kemen frater eiusdem Tyba, item Iwahun filius Sechchen nobiles de Preznolch tam pro se quam pro aliis proximis et cognatis suis ex altera similiter in nostri constituti presencia, retulerunt vive vocis oraculo, quod cum Preznolch iam dicta possessio ipsorum a multis temporibus retroactis per potentes homines et maxime per emulos regis et regni fuisset occupata et ipsi de eadem possessione essent et fuissent effugati in partes diversas idem Tyba et Kemen filii Welk antedicti de novo ad ipsos et in noticiam ipsorum remeassent, idem Georgius et Nicolaus filii Ipach ac alii fratres et proximi ipsorum superius nominati ipsum Tyba et alios fratres suos in ipsorum recepissent collegium numerum et cetum ut debebant, obligantes se firmiter quod cum idem Tyba vel alii fratres sui super facto ipsius possessionis Preznolch accionem vel alium modum aliquem ad rehabendam ipsam possessionem niterentur habere extunc idem Georgius et Nicolaus ac alii proximi ipsorum iam dicti ipsi Tyba auxiliarentur rebus et personis .. Datum feria tercia proxima ante festum beati Georgii martiris, anno domini M° CCC° XX° sexto

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije a m. tud. Akademia könyvtárában. Közli: Kovács Nándor.

222.

1326. apr. 27. A sági convent előtt Horváti Fekete Balázs comes és Detre fiai Benedek zalatnai bajvívónak özvegyét bizonyos birtokrész elfoglalásától tilalmazzák.

Nos Ivanka miseracione divina prepositus monasterii beate virginis de Saagh et conventus loci eiusdem damus pro memoria, quod comes Blasius niger de Horuati pro se pro Jacou Laurencio et Anda filiis Detrici fratribus suis ad nostram personaliter accedendo presenciam quia fratres ipsius predicti super possessione ipsorum non essent et deessent et relicta Benedicti pugilis de zalathnia in ereccione metarum suarum terram ipsorum recepisset et recaptivasset metas super eandem erigendo ipsis filiis Detrici si prosequi voluerit vel si noluerit extunc sibi et ad iusticiam ipsius prohibuit ipsam dominam et orphanos ipsius legitime et interdixit et coram nobis ab ereccione et reservacione metarum super possessione fratrum ipsius et ne ipsius iusticia et fratrum suorum sub silencio observetur petens nos diligenter ut in testimonium prohibicionis literas nostras ipsi dare dignaremur. Datum die dominico proximo post festum beati Georgii martiris, anno domini M° CCC° vigesimo sexto.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije a N. Muzeumban. Közli: Csontosi János.

223.

1326. apr. 28. Gömör vármegye alispánja és bírótársai előtt Benedek fiai Domokos és Miklós, Paskaháza és Vámos birtokok fölött csereszerződésre lépnek.

Nos Jacobus vice Philippi palatini curialis comes et quatuor iudices nobilium de comitatu Gumuriensi damus pro memoria, quod magister Dominicus filius Benedicti ex una parte, ab altera vero magister Nicolaus frater eiusdem coram

nobis personaliter constituti proposuerunt . . quod in quibusdam possessionibus ipsorum que prius inter ipsos divisa extitisset (így) tale concambium ordinassent inter ipsos quod idem magister Dominicus quandam possessionem suam Pascahaza vocatam in comitatu Gumuriensi existentem dedisset . . ipsi magistro Nicolao perpetuo possidendam in cuius concambium prefatus magister Nicolaus porcionem suam in possessione Wamus habitam in qua capella in honorem beate Katherine virginis est fundata dedisset et tradidisset magistro Dominico memorato, et magister Ladislaus filius eiusdem Benedicti frater ipsorum huic concambio plenum prebuit consensum et assensum; voluerunt eciam . partes quod quia super ipsa possessione Wamus materia licium vertitur, si ab ipso magistro Dominico alienare contingeret, idem magister Nicolaus resignare eidem tenetur . . Datum feria secunda proxima post festum beati Georgii martiris, anno domini M° CCC° XX° sexto.

Zárlatán két pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 1535. 15. dipl. ltár: 2357. Közli: Vincze Gábor.

224.

1326. máj. 11. A nagyváradi convent előtt az Ákos nemzetségből való Elleus fiai Géres nevü birtokukat Bihar vármegyében Mikch slavoniai bánnak elörökítik.

. . Jacobus prepositus et conventus monasterii sancti Stephani prothomartiris de promontorio Waradiensi . . ad universorum noticiam . . volumus pervenire, quod accedentes ad nostram presenciam viri nobiles magistri Stephanus Akus et Gregorius filii Elleus quondam vicewoyvode Transilvani de Turuzkov de partibus Transilvanis ab una parte, ex altera vero Jacobus filius Adriani nobilis de Chan serviens et legitimus procurator magnifici viri domini Mykch bani tocius Sclavonie cum sufficientibus litteris procuratoriis honorabilis capituli ecclesie Zagrabiensis pro eodem domino suo, iidem magistri Stephanus Akus et Gregorius filii Elleus dixerunt . .

quod ipsi urgente inevitabili necessitate volentes se de gravamine quod racione cuiusdam facti ordine iudiciario coram domino Thoma woyvoda Transilvano incurrerant exonerare, quandam possessionem ipsorum hereditariam Geres vocatam in comitatu Bihoriensi et iuxta fluvium Crisii existentem in qua ecclesia lapidea sub honore sancti Jacobi apostoli existeret fabricata cum omnibus utilitatibus suis . . eidem magnifico viro domino Mykch bano proximo ipsorum de eorum generacione et per eum suis heredibus heredumque suorum successoribus pro centum et quinquaginta marcis fini argenti . . vendidissent . . coram nobis iure perpetuo . . possidendam . . assumentes et obligantes se nihilominus iidem magistri Stephanus Akus et Gregorius ac suos heredes prefatum dominum banum cum suis successoribus racione prelibate possessionis ab omnibus inquietare molestare seu impedire volentibus et specialiter ab omnibus proximis et hominibus generacionis ipsorum expedire propriis eorum laboribus et expensis . . Datum in festo Penthecostes, anno dominice incarnacionis M° CCC° vigesimo sexto.

Függő cpesétje hiányzik; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 280. 18. dipl. ltár: 2360. Közli: Vincze Gábor.

225.

1326. Visegrád, máj. 16. I. Károly király a hiteles pecsétekkel ellátott káptalanokat és conventeket utasítja, hogy a nádornak járó bírságokat hajtsák be.

Karolus . . rex . . universis capitulis et conventibus sigilla autentica habentibus . . salutem et graciam. De facili iudicium contemnitur nisi contumacibus pena debita infligatur; volentes igitur ut de iudiciis Philippi palatini in quibus videlicet quilibet nobilium vel aliorum quorumlibet hominum in quibuscunque comitatibus seu locis existencium coram ipso palatino vel eiusdem viceiudice convicti forent, per Dominicum de Scygan vel Ladislaum filium Michaelis de Symien hominem nostrum sub testimonio hominis vestri vel

cuiuslibet vestrum secundum regni consvetudinem exigatur et eidem palatino vel homini suo assignetur, similiter autem quecunque possessiones in quibuscunque comitatibus seu locis existentes ad ipsum palatinum vel eiusdem viceiudicem devolute iudiciario iure forent idem homo noster cum iudicibus nobilium illius comitatus in quo eedem possessiones habentur vel uno eorundem iudicum similiter sub testimonio vestro vel cuiuslibet vestrum accedendo ad faciem ipsarum possessionum easdem presentibus vicinis et commetaneis suis convocatis scita veritate previa iusticia ordine iuris et consvetudine regni observatis statuat predicto palatino vel homini suo possidendas; quare fidelitati vestre . . precipimus . . quatenus quocienscunque et quandocunque per ipsum palatinum vel eiusdem procuratores fueritis requisiti cum predicto homine nostro vestrum mittatis hominem pro testimonio fide dignum ad premissa exequenda, et post hec tocius facti . . seriem quociens oportunum fuerit nobis fideliter rescribatis. Datum in Vyssagrad, feria sexta proxima post festum Pentecostes, anno domini Millesimo CCC° XX° sexto.

Az egri káptalannak erre 1327. aprilis 24-kén kelt jelentéséből, mely szerint a káptalan embere Mihály kanonok előbb meggyesi plébános Semjéni László kir. emberrel 1327-ben »in dominica Letare totam porcionem Nicolai filii Alexandri in possessione Devecher vocata in comitatu de Zobolche existentem pro eo quod idem Nicolaus in crimine hospitalitatis impense scienter furibus deprehensus et coram ipso palatino legitime convictus extitisset, prefato Philippo palatino nullo contradictore existente statuissent.« A káptalannak erről szóló jelentését I. Károly király 1327-ben »quinto decimo kalendas Julii« kelt jeles alakú oklevelében átírja és a nevezett nádort a birtoklásban megerősíti »attendendo . . servicia que idem Philippus palatinus hereditate et paternis bonis relictis de Apulya nos in nostre et sue adolescencie tempore in Hungariam secutus . . exhibuit et impendit. »I. Károlj királynak ezen diplomája megvan eredetiben az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 1535. 21. dipl. ltár: 2472, Közli: Nagy Gyula.

226.

1326. Eger, máj. 22. Péter somboni föesperes bizonyítja, hogy Rozgonyi Péter a Rajnald nádor özvegyének és leányainak hitbére és leánynegyedi illetösége fejében járó ötven márkát Demeter tárnok ügyvédjének a kitüzött határnapon nem fizette le.

Nos magister Petrus archidiaconus de Sombon generalis vicarius . . Chanadini . . episcopi Agriensis damus pro memoria, quod cum iuxta formam priorum litterarum nostrarum in octavis Pentecostes magister Petrus filius Ladislai nobilis de Ruzgun magistro Dookh procuratori Demetrii magistri tawarnicorum domini regis racione dotis et rerum parafernalium nobilis domine relicte quondam Reynoldi palatini et quarte duarum filiarum eiusdem quinquaginta marcas solvere coram nobis debuisset, ipso termino adveniente non solvit nec per aliquem solvi fecit per ipsum magistrum Dookh cum litteris procuratoriis domini nostri regis ac litteris nostris premissa concernentibus quatuor diebus continuis legitime coram nobis expectatus. Datum quinto die termini prenotati, in Agria, anno domini M° CCC° XX° sexto.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt, N. R. A. 11. 8. dipl. ltár: 2363. Közli: Vincze Gábor.

227.

1326. Visegrád, jul. 25. I. Károly király Orros Péter pozsonyi várnagynak Apka birtokba való beiktatására a pozsonyi káptalant kiküldi.

Karolus . . rex . . capitulo ecclesie Posoniensis . . noveritis quod magister Petrus dictus Orros castellanus castri Posoniensis ad nostram accedens presenciam peciit humiliter ut possessionem Apka vocatam a nobilibus iobagionibus castri Posoniensis de Ilka mediante privilegio vestro precio compa-

ratam sibi . . statui facere et tandem privilegio nostro confirmare dignaremur . . super quo fidelitati vestre precipimus . . quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio quo presente Petrus de Tukulchen vel Ladislaus filius Pamlini altero absente homo noster prefatam possessionem vicinis . . convocatis . . reambulando ac in eadem possessione legitimis diebus commorando cunctisque publicando vendicionem et emcionem possessionis memorate, et si per huiusmodi legitimum processum dictam possessionem per dictos nobiles iobagiones castri de iure potuisse vendidisse et aliqualiter nostre collacioni pertinere invenerit, statuat eandem predicto magistro Petro et suis heredibus pleno iure ac sub ipsius emcionis et nostre donacionis titulo perpetuo . . habendam . . Datum in Wyssegrad, in festo beati Jacobi apostoli, anno domini M° CCC° XX° sexto.

A pozsonyi káptalannak 1326. aug. 10-kén kelt jelentéséből; l. alább.

228.

1326. Visegrád, jul. 30. I. Károly király a Demeter tárnoknak czinkotai birtokán elkövetett hatalmaskodás megvizsgálására a budai káptalant kiküldi.

Karolus . . rex . . capitulo ecclesie Budensis . . dicit nobis Demetrius magister tavarnicorum nostrorum, quod iobagiones magistri Johannis rectoris castri novi montis Pestiensis de Sancta Cruce die dominica proxima post festum beati Jacobi apostoli super possessionem suam Zynguta vocatam quam ex collacione sanctarum monialium de Insula Leporum mediante homine nostro sub testimonio vestro legitime statutam tenet et possidet, potencialiter irruentes metas eiusdem destruxissent, quatuor equos fratrum predicatorum videlicet procuratorum earumdem dominarum abstulissent, a percipiendis utilitatibus dicte possessionis iobagiones earumdem prohibentes famulos et officiales earum turpiter pertractando expulissent de eadem, super quo fidelitati vestre precipimus per

presentes quatenus mittatis hominem vestrum fide dignum pro testimonio coram quo Laurencius filius Ambrosi vel Johannes dictus Kobzus altero absente homo noster sciant et inquirant de premissis veritatem, et post hec prout veritas vobis constiterit de eisdem nobis fideliter rescribatis. Datum in Alto Castro feria quarta proxima ante octavas beati Jacobi apostoli, anno domini M° CCC° XX° sexto.

A budai káptalannak 1326. aug. 4-ikén kelt jelentéséből, mely szerint a káptalan Lőrincz kanonokot Kobzos János királyi ember mellé kiküldvén, az ezek által teljesített vizsgálat folytán a panasz valónak bizonyúlt; a káptalan jelentésének eredetije megvan az orsz. lt. kincst. oszt. Mon. Pos. 62. 2. dipl. lt. 2370. Közli: Vincze Gábor.

229.

1326. aug. 1. A nyitrai káptalan előtt Zegy Bukenfi Jakab és fia János, Zomola és Hegyfalutelek nevü birtokaikat Zegy Péterfi Jánosnak elzálogosítják.

Nos capitulum ecclesie Nitriensis .. significamus .. universis, quod viri nobiles magister Johannes filius Petri de Zegy ab una parte et comes Jacobus filius Buken de eadem ac Johannes filius eiusdem ex altera coram nobis personaliter constituti idem comes Jacobus retulit .. quod propter nimiam ipsius indigenciam quam in satisfaccione dotis et rerum parafarnalium filie Nicolai filii Berzo ex parte possessionis Stephani quondam fratris sui facere debebat necessarie, quasdam possessiones seu terras suas unam videlicet Zomola vocatam cum duabus silvis videlicet una Warouberky et alia Dedacherdei vocatis usque viam *scenahurdout* vocatam a parte vero inferiori usque metas *farkasrez* a parte autem orientali usque metas *emberhalatou* dictas et abhinc usque metas possessionis magistri Zobona, item aliam terram Hygfaluteleke vocatam cum suis utilitatibus et metis antiquis prout ipsas terras presente nostro testimonio ad hoc deputato reambularent presentibusque generacionibus proximis et commetaneis suis et consencientibus eidem magistro Johanni pro decem marcis denariorum

wiennensium plene receptis ab eodem a festo Nativitatis Domini proxime venturo usque ad quartam revolucionem eiusdem festi pignori obligassent . . tali condicione ligaminis interiecta quod si ipso termino adveniente iidem Jacobus et Johannes filius suus ipsas terras pro iam dictis decem marcis redimere poterunt, liberam habebunt redimendi facultatem, si vero redimere non possent extunc cum dupli pena rediment quando volunt . . preterea si iidem comes Jacobus et Johannes filius suus easdem terras nimium gravati vendere intenderent nemini alteri . . nisi eidem magistro Johanni vendere possent iusto precio et valore, nec hoc pretermisso quod opus quod super eisdem terris usque ad terminum supradictum idem magister Johannes edificaret vel faceret iuxta estimacionem proborum virorum precium eiusdem iidem comes Jacobus et Johannes filius suus solvere assumpserunt magistro Johanni antedicto prout partes se ad hoc sponte obligarunt. Datum in octavis festi beati Jacobi apostoli, anno domini M° CCC° XX° sexto.

Ugyancsak a nyitrai káptalannak 1335-ben aug. 10-én »magister Johannes nobilis de Zeeg« kérelmére kiadott átiratából, melynek eredetije két példányban megvan az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 639. 4. dipl. ltár: 2515. Közli: Nagy Gyula.

230.

1326. aug. 10. A pozsonyi káptalan átírván Orros Péternek az Apka birtokára vonatkozó királyi meghagyást (l. föntebb 227. sz. a.) a beiktatásról és határjárásról jelentését így folytatja:

Nos vero . . cum Petro de Tukulchen . . magistrum Emericum socium et concanonicum nostrum . . duximus destinandum qui . . retulerunt, quod ipsi omnibus commetaneis et vicinis dicte possessionis Apka convocatis per singulas veteres metas ubi necesse fuit novas erigendo reambulassent diebus legitimis in eadem moram faciendo et ipsam vendicionem et emcionem omnibus notificando nullo contradictore penitus existente eandem possessionem Apka per dictos nobiles de iure venditam vestre collacioni . . competentem . . eidem magistro Petro

statuissent .. cuius quidem possessionis mete . . hoc ordine distinguntur: prima meta incipit a plaga orientali penes pratum cuiusdam fluvii Saar nuncupati et ibidem in margine eiusdem prati est una antiqua meta et secunda nova quarum una distingvit ipsam possessionem Apka secunda possessionem ecclesie Sancti Salvatoris similiter Apka vocatam, abhinc procedendo versus orientem et parum eundo penes quandam viam publicam que ducit versus civitatem Posoniensem est una meta antiqua et secunda nova distingventes tanquam prime, deinde vadit similiter versus orientem et parum eundo iuxta secundam viam publicam que ducit versus civitatem Tirnensem est una antiqua meta et secunda nova que distingunt omnino sicut prime, abhinc transit similiter ad plagam orientalem et parum eundo est una meta antiqua et secunda nova modo prehabito distingventes, inde progreditur adhuc versus orientem et sic eundo itur penes quandam viam que venit de villa Gyozyg versus villam Pauldi ubi sunt tres mete capitales quarum una separat dictam terram Apka secunda terram ecclesie Sancti Salvatoris que ibidem terminatur et tercia terram ville Mached, abhinc vadit versus plagam meridionalem iuxta viam antedictam et parum eundo ex utraque (parte) eiusdem vie est una meta antiqua et una nova quarum una distingit terram Apka secunda terram Mached, deinde parum eundo similiter versus orientem iuxta eandem viam est una antiqua meta et una nova modo iamdicto distingventes, deinde transit parumper ad plagam orientalem exiendo de via iamdicta et sic eundo est una meta antiqua et una nova, abhinc reflectitur versus meridiem et sic eundo iuxta quendam fluvium Pelewa nuncupatum sunt tres mete veteres quarum una distingvit ipsam terram Apka secunda terram ville Macheed que ibidem terminatur et tercia terram Alach ecclesie de Plis, deinde ulterius eundo in latere cuiusdam vallis fluvii memorati Pelewa est quidam truncus qui est pro meta qui distingvit dictam terram Apka de terra Alach ecclesie de Plis, abhinc similiter eundo ulterius sunt due mete antique collaterales distingventes ipsam terram Apka de terra dicte ecclesie de Plis, deinde protenditur similiter et venit iuxta fluvium Dudwag et ibi est una meta antiqua distingvens modo memo-

rato, abhinc protenditur similiter iuxta ipsum fluvium Dudwag et parum eundo est una meta antiqua capitalis que distingvit ipsam terram Apka de terris ville Gyozyg et de terris Johannis dicti Kada, deinde flectitur ad plagam occidentalem et parum eundo est una meta antiqua que dividit tanquam prius, abhinc similiter eundo in fine quorundam iugerum est una meta antiqua distingvens tanquam priores, deinde parum eundo sunt due mete antique distingventes dictam terram Apka de terris ipsius Johannis Kada, abhinc parum eundo est una meta antiqua similiter distingvens, deinde parum eundo sunt due mete antique collaterales, abhinc eundo est una meta antiqua dividens eodem modo, deinde ingreditur pratum fluvii Saar unde venit ad ipsum fluvium et ipso fluvio transacto itur ad quoddam nemus et ipsum pertransiendo venit ad terram Pehthen castri Posoniensis, abhinc protenditur iuxta eandem terram ad plagam septemtrionalem et sic eundo rediit ad supradictam terram ecclesie Sancti Salvatoris iuxta quam regreditur versus orientem et revertitur iterato ad fluvium Saar memoratum et deinde transit ad pratum eiusdem fluvii et redit ad metas priores et ibidem cursus earumdem terminatur. Datum in festo beati Laurencii martiris, anno domini Millesimo trecentesimo vigesimo sexto.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. Mon. Pos. 51. 12. dipl. ltár: 2368. Megvan I. Károly királynak ezen statutiót megerősitő, 1326-ban »tercio idus Decembris« kelt privilegialis átiratában is, melynek eredetijét két példányban őrzi az orsz. ltár kincst. oszt. Mon. Pos. 51. 12. és N. R. A. 1713. 5. dipl. ltár: 2367. és 2369. sz. alatt. Közli: Nagy Gyula.

231.

1326. aug. 10 A pécsi káptalan előtt Fülöp iváni apát elismeri hogy Vajdai János fiai ottani birtokukból az iváni monostort kielégítették.

Nos capitulum Quinqueecclesiense memorie commendamus, quod religioso viro fratre Philippo abbate de Iwan ab una parte, et Stephano filio Johannis de Woyada pro se et pro

Petro Iwan et Nicolao fratribus suis carnalibus ab altera coram nobis personaliter constitutis idem abbas est confessus viva voce, quod iidem filii Johannis de predicta possessione eorum Woyada in vicinitate possessionis Iwan dicti monasterii Iwan uocate (így) habite veras metas prout in litteris privilegialibus dicti monasterii invenissent coram comite Petro homine domini regis et testimonio hominis nostri extradedissent dicto monasterio et per id abbati antedicto. Datum in festo beati Laurencii martiris, anno domini M° CCC° vicesimo sexto.

Hátlapján monorú pecsét nyomaival; eredetije Keszthelyen, a gr. Festetics cs. lban. Miscellanea, 1. — Iván monostorról l. némelyeket Czinárnál, Monasterologia, I. köt. 274. l.

232.

1326. aug. 14. A vasvári káptalan előtt Mákfai Péterfia Petö bizonyos birtokrész iránt Chamafi Márton leányával Köcski Miklós özvegyével és ennek fiával kiegyez.

Nos capitulum .. de Castroferreo notificamus .. universis, quod Peteu filius Petri de Makua ab una parte, domina Jolynth filia Martini filii Chama relicta vero Nicolai dicti de Kuchk nunc consors Dominici filii Nicolai magni et Dominicus filius predicti Nicolai de Kuchk ab eadem domina Jolynth procreatus ab altera coram nobis personaliter constituti super tercia parte dimidietatis terre Martini filii Chama tempore nuptus eidem domine Jolynth filie sue et per eandem suo marito tradite et donate, quam quidem terciam partem terre Petheu prelibatus ordine iudiciario ab eisdem requisivit eomodo quod in litteris super ipsa donacione confectis personaliter comparere cum Valentino et Beke fratribus suis ad consensum prebendum et assensum ipsi donacioni compertus non extitit et ex eo iure eadem tercia pars ipsi pertineret redimenda, per composicionem .. proborum .. virorum videlicet Ladislai filii Adympryth de Saar, Johannis filii Ladislai de

Nadasd, Johannis de Kolta, Laurencii filii Dominici de Dereske et Demetrii filii Guge de Telekus ad estimandam ipsam terram deputatorum taliter se retulerunt concordatos, quod idem Dominicus filius Nicolai de Kuch (így), domina Jolynth mater sua, Dominicus filius Nicolai magni maritus eiusdem unam particulam terre ipsorum a plaga occidentali prout fluvius Charma a meridie versus Rabam seu aquilonem currens et in diverticulo aliquorum iugerum prope nemus relinquens meatum rivuli ad dextram directe tendens ad Beruczygeth et abhinc ad unam arborem ilicis magnam in nemore de quo ad fluvium Maktua ad dictam plagam separat et distingit occidentalem ab altera vero parte de terra Makua per unam viam ad arborem ilicis currentem et ad fluvium Makua de ipsa arbore directe tendentem circumdatur ac terciam partem silve eos contingentis pro quatuordecem pensis denariorum quibus per eosdem nobiles extiterant estimate pro ipsa tercia parte terre per Peteu ordine iudiciario aquisite persolutis per ipsum ipsis quatuordecim pensis denariorum, dederunt et assignarunt exceptis filiis Beke fratris sui, eidem Peteu .. Datum in vigilia Assumpcionis virginis gloriose, anno ab incarnacione Domini M° CCC° vigesimo sexto, magistro Gregorio preposito, Johanne cantore, custodia vacante, Joseph decano ecclesie nostre existentibus.

Ugyancsak a vasvári káptalannak I. Lajos királynak Visegrádon, 1378-ban máj. 31-kén kelt parancsára jun. 29-én »pro parte nobilis domine Clara vocate filie videlicet Petheu de Makua« kiadott átiratából, melynek eredetije megvan az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 7. 36. dipl. ltár: 2371. Közli: Nagy Gyula.

233.

1326. aug. 26. A pozsegai káptalan előtt Grabariai Berizló utódai és Treutul Miklós pozsonyi főispán azon osztályt melyet eleik csináltak, az akkor megjelölt határok szerint elfogadják.

Capitulum .. de Posaga .. ad universorum noticiam .. volumus pervenire, quod Jacobus et Stephanus filii Desew ac

Nicolaus filius Nicolai filiorum Berizlai nobiles de Grabaria comitatus de eadem Posaga ab una parte, magnificus vir magister Nicolaus dictus Treutul comes Posoniensis ex altera coram nobis personaliter constituti propositum extitit per eosdem . . ut quemadmodum possessionaria divisio inter condam Vysen Michaelem et Vidus filios Benedicti, Benedictum et Blasium filios Marcelli ab una, ac prenominatum Berizlaum filium Berizlai avum eorum parte ab altera mediantibus litteris nostris patentibus per comitem Stephanum filium eiusdem Berizlai patruum eorum coram serenissimo principe domino Karolo . . rege . . pridem in specie presentatis et litteris dicti domini regis seriatim insertis olim facta fuisset sic et nunc ipsi scilicet nobiles de Grabaria et magister Nicolaus Treutul eandem divisionem inter se perpetualiter . . assumpserunt coram nobis observandam, cuius . . divisionis . . mete sunt hec: prima meta incipit iuxta fluvium Zaua supra Glauichafug ab arboribus harast que est Berizlai a parte orientali et keurus que est partis adverse a parte occidentali, inde tendens versus septemtrionem ad Cezyntou et pervenit ad duas arbores keurus que est Berizlai et harast que est filiorum Benedicti, inde pervenit ad ipsum Cezyntou et ibi sunt due arbores keurus que est Berizlai et harast que est filiorum Benedicti super quibus sunt signa et sub eisdem mete terre ibique terminantur . . Datum feria tercia proxima ante festum beati Egidii abbatis et confessoris, anno domini Millesimo CCC° vigesimo sexto.

A durva vörös selyem zsinóron függött pecsét elveszett; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 689. 13. dipl. ltár: 2373. Közli: Nagy Gyula.

234.

1326. Körös, sept. 8. Mikch tótországi bán Erneulch nevü birtokot hívének Máténak adományozza.

Mykch banus tocius Sclavonie . . ad universorum . . noticiam harum serie volumus pervenire, quod quia Matheus filius Mathei fidelitatem fidelitatibus accumulare cupiens servicia gratuito in diversis nostris agendis et expedicionibus cum fervore fidelitatis nobis curavit exhibere precipue dum pro exaltacione sacre corone regie et incremento honoris regie maiestatis pro recuperandis iuribus regalibus in Croaciam manu armata intrare voluissemus et filii Kuriaci scilicet Budizlaus Paulus et Gregorius nec non Nelepecius gener eorum notorii infideles et emuli regie maiestatis collecto exercitu nobiscum prelium habendo nos crudeliter devicissent idem Matheus nostro lateri adherens tam viriliter dimicavit quod nos de cuneo hostili illesum extraduxit et sic manus invasimus nostrorum inimicorum; igitur pro huiusmodi serviciorum suorum meritis volentes sibi aliquo remuneracionis premio obviare quandam possessionem Erneuch vocatam inter metas Koproncha et Ryucha existentem sub metis suis prioribus et antiquis a magistris Johanne et Petro filiis Herrici notoriorum infidelium et emulorum regie maiestatis racione infidelitatis eorum in nostras manus devolutam cum omnibus suis utilitatibus et pertinenciis universis prefato Matheo filio Mathei donavimus . . Datum in Crisio, in festo Nativitatis virginis gloriose, anno domini Millesimo trecentesimo vicesimo sexto.

Eredetije a gr. Draskovics cs. lban, 12. 13.

235.

1326. Visegrád, sept. 10. I. Károly király Zalanta Esztergom vármegyei birtokot az esztergomi káptalan útján Babnai Tamásnak és Sándornak visszabocsátja.

Karolus . . rex . . capitulo ecclesie Strigoniensis . . noverit vestra fidelitas quod quia ex relacione vestra constitit nobis quod possessio Zalanta vocata in comitatu Strigoniensi existens sit et fuerit Thome filii Thome et Alexandri filii Petri de Babna hereditaria et nos eandem ipsis restituerimus, igitur fidelitati vestre precipientes mandamus quatenus vestrum mittatis hominem idoneum pro testimonio coram quo Paulus de Taryan vel Johannes filius Georgii altero absente homo noster accedat ad faciem dicte possessionis Zalanta vocate vicinisque et commetaneis eiusdem convocatis reambulet eandem per veteres metas et antiquas et restituat ipsam predictis Thome et Alexandro . . Datum in Wysegrad, tercio die festi Nativitatis virginis gloriose, anno domini Millesimo CCC° XX° sexto.

Az esztergomi kápt. 1326. sept. 1?-án kelt jelentéséből; l. alább.

236.

1326. Visegrád, sept. 12. I. Károly király a Nógrád vármegyei Pincz nevű birtokba Fonyi Balázst és Zunkot a váczi káptalan által beiktatni rendeli.

Karolus . . rex . . capitulo ecclesie Vachyensis . . noverit vestra fidelitas, quod magister Blasius filius Nicolai de Fony castellanus de Fylek ad nostre serenitatis accedens presenciam sueque fidelitatis servicia nobis impensa proponens et declarans quandam possessionem Pynch vocatam in comitatu Neugradiensi existentem, asserens eam fore hominis sine herede decedentis et ex eo nostre collacioni de iure pertinere, a nobis sibi et Zunk fratri suo perpetuo dari et conferri postu-

lavit. Unde quia de qualitate et quantitate ipsius possessionis et utrum nostre collacioni pertineat nec ne, nobis veritas non constat, fidelitati vestre precipientes mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem idoneum pro testimonio coram quo Neguan de Baka, vel Petrus filius Pauli altero absente homo noster accedat ad faciem dicte possessionis vicinisque et conmetaneis suis convocatis reambulet eandem per veras metas et antiquas statuat ipsis magistro Blasio et Zunk fratri suo possidendam .. Datum in Wisegrad, feria sexta proxima post festum Nativitatis virginis gloriose, anno domini Millesimo CCC° vigesimo sexto.

A váczi káptalan 1326. september 18-iki jelentéséből, mely szerint a káptalan embere Péter kanonok és a király embere Bakai Neguam a beiktatást sept. 15-én végrehajtották; a káptalan jelentését átírja I. Károly király privilegialis alakban 1326. dec. 2-án, melyet I. Lajos király Czudar Péter kérésére 1373. jan. 21-én megerősítve kiad. Mindezt »Benedictus filius Stephani dicti Zudar filii Dominici de Bulch« kérésére Rozgonyi Simon országbíró 1410. april 24-én átírja. Ennek oklevele megvan eredetiben az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 550. 10. dipl. ltár: 2375. Közli: Vincze Gábor.

237.

1326. sept. 13. Az esztergomi káptalan I. Károly királynak 1326. sept. 10-én kiadott rendeletére (l. föntebb 235. sz. a.) Zalánta birtokba Babnai Tamást és Sándort visszahelyezvén, erről jelentését így folytatja:

nos igitur .. unacum .. Paulo de Taryan .. magistrum Michaelem concanonicum nostrum ad premissa exequenda duximus destinandum, qui .. retulerunt, quod ipsam terram Zalanta .. reambulassent et nullo contradictore existente iuxta fines mandati vestri eisdem Thome et Alexandro restituissent; cuius quidem possessionis mete prout dixerunt hoc ordine distinguntur: prima meta a parte orientali incipit ibi ubi sunt due mete in quarum prima est arbor piri et separat a possessione domini archiepiscopi Strigoniensis Hereg vocata, et post hec vadit ad duas metas terreas et ibi vicinatur terre ecclesie Fyast, et inde transit unam vallem ad duas arbores

rubeas et dehinc ascendit ad partem meridionalem ubi sunt due mete angulares ubi separatur a predicta terra Fyast vocata, et inde vadit ad duas metas terreas ubi iungitur Agarfelde vocate, et inde procedit ad partem occidentalem ubi sunt due mete, et abhinc ascendit ad duas metas ubi vicinatur Cheuzagarfelde vocate, et deinde tendit ad duas metas et post hec ascendit ad duas metas circa unum nemus, et abhinc ascendendo ad montem Munmoloto vocatum ubi sunt due mete in quarum una est arbor piri et de eodem monte descendendo ad partem occidentalem ad unam vallem Caryanych vocatam ubi vicinatur terre magistri Pauli de Taryan, et deinde tendit ad partem septemtrionalem per medium eiusdem vallis in qua pratum continetur et similiter vicinatur terre Tynan, et per medium vallis procedendo ad unam arborem spinosam sub qua arbore est una meta terrea et ibi iungitur terre Bechyl vocate, et inde flectitur ad unam metam in qua meta est unus lapis et vicinatur terre abbatis de Pylis, et deinde currit similiter ad unam metam in qua est tumulatus unus lapis, et exinde progreditur iterato ad partem orientalem ubi sunt tres mete quarum una a predicta terra Hereg alia vero a terra dicti abbatis tercia namque de possessione Zalanta separat, et ibi terminatur et iungitur priori mete. Datum in vigilia Exaltacionis sancte crucis, anno domini M° CCC° XX° sexto.

I. Károly király 1326. sept. 20-ki jeles alakban kiállított okleveléből, melynek eredetije megvan az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 441. 11. dipl. ltár: 2374. Közli: Nagy Gyula.

238.

1326. Visegrád, sept. 15. I. Károly király Dobrova nevű Ungh vármegyei birtokba Pánki Péter fiait az egri káptalan által beiktattatja.

Karulus . . rex . . capitulo Agriensi . . noveritis quod Matheus et Petheu . . filii Petri de Pank . . quandam terram seu possessionem Dobrua vocatam in comitatu de Hung existentem . . a nobis sibi dari . . postularunt, unde quia de qualitate et quantitate ipsius terre nobis veritas non constat

et utrum ad nostram collacionem pertineat nec ne, fidelitati vestre . . damus in mandatis, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fide dignum coram quo Johannes filius Petri de Mathuch vel Donch filius Bud homo noster predictam possessionem Dobrua convocatis commetaneis . . reambulando . . predictis Mathe et Petheu statuat pleno iure perpetuo possidendam . . Datum in Wysegrad, in octavis Nativitatis virginis gloriose, anno domini M° CCC°XX° sexto.

Az egri káptalannak erre 1326. oct. 26-án kelt jelentéséből, mely szerint a káptalan »Benedictum sacerdotem de Kopus vicearchidiaconum« kiküldvén, ez »unacum Johanne filio Petri de Manuch (így)« a beiktatást és határjárást oct. 15-én hajtotta végre. A káptalan jelentése I. Károly király 1326. nov. 23-iki megerősítő oklevelében foglaltatik ; l. alább.

239.

1326. Várad, sept. 26. I. Károly király előtt Szeri Pósa a vele egy nemzetségből származott Ogh és Bór fiait Illésmonostor elidegenítésétől tilalmazza.

Nos Karolus . . rex . . damus pro memoria, quod magister Powsa de Zeer in nostri personaliter constitutus presencia extitit protestatus quod Stephanus et Nicolaus filii Ogh et filii Bor monasterium Elleusmonustra vocatum quod sibi sicut eis velut ad unum degeneracione pertineret, Johanni et Good filiis Stephani et Mark filio Alexandri simul cum patronatu vendere et alienare in ipsius preiudicium niterentur, unde ipsos Stephanum et Nicolaum filios Ogh et filios Boor a vendicione et quovismodo alienacione facienda predicti monasterii prefatos vero Johannem et God ac Marcum et quoslibet alios ab emcione occupacione et detencione prohibuit coram nobis . . Datum Waradini, feria sexta proxima ante festum beati Michaelis archangeli, anno domini M° CCC° XX° sexto.

Zárlatán pecsét nyomaival ; eredetije a gr. Festetics cs. lban »Miscellania« nro 2.

240.

1326. nov. 8. A leleszi convent Fülöp nádornak jelenti, hogy Lőrincz fiait Imrét és Pált, Cheb nevü Zemplén vármegyei birtokba beiktatta.

Philippo palatino Stephanus prepositus et conventus ecclesie sancte crucis de Lelez . . petivistis nos per litteras vestre sublimitatis quod cum Nicolao filio Johannis de Banouch homine vestro nostrum mitteremus hominem pro testimonio fide dignum quo presente idem homo vestre dominacionis presente uno ex quatuor iudicibus nobilium de Zemplin introduceret Emericum et Paulum filios Laurencii ad possessionem eorum Cheb vocatam quam idem Laurencius cum duobus filiis suis Thoma et Petro coram curiali comite de Zemplin et quatuor iudicibus nobilium de eodem iuxta obligacionem eorum amiserunt, et divideret eandem possessionem in quinque partes coequales et facta divisione porcionem Emerici et Pauli prenotatorum in eadem Cheb habitam eisdem restitueret et assignaret cum ipsi Emericus et Paulus superius nominati porcionem ipsorum in eadem possessione non amisissent, sicut vestre magnitudini in congregacione vestra in octavis beati Michaelis archangeli proxime preteritis in civitate Pothok celebrata per quatuor iudices nobilium de Zemplin manifestum fuisset evidenter, quia in obligacione predicte possessionis ipsi Emericus et Paulus cum Laurencio patre ipsorum et duobus fratribus eorumdem nullo tempore extitissent, et post hoc seriem tocius divisionis restitucionis et assignacionis vobis in nostris litteris rescriberemus; nos igitur vestris peticionibus obtemperantes ut tenemur unacum prefato homine vestro et magistro Nicolao filio Pauli bani iudice nobilium de Zemplim (így) nostrum misimus hominem virum idoneum ad premissa exequenda, qui demum ad nos reversi concorditer retulerunt, quod feria secunda proxima post festum Omnium Sanctorum accessissent ad faciem predicte possessionis et convocassent vicinos et commetaneos eiusdem videlicet Johannem filium Nicolai de Cheb, Paulum officialem

Mykch bani de Gathal, Nicolaum filium Stephani de Lazon, Johannem, Bokochan, Moduc et Stephanum filios Andree, Nicolaum filium Dominici de minori Lozon, qui cum presentes extitissent preter Johannem filium Nicolai pro quo Paulus sacerdos et Nicolaus villicus ipsius comparuissent et presentibus ipsis possessionem sepius nominatam in quinque partes secundum preceptum vestrum divisissent et duas partes de eadem cum omnibus utilitatibus et pertinenciis suis universis eisdem Emerico et Paulo statuissent, sed quia ipsi Emericus et Paulus erant in etate tenera constituti et ob hoc·curiam et domos non possent edificare sessionem patris ipsorum cum curia et domibus et aliis utilitatibus ipsis statuissent, quarum quidem mete prefate possessionis sic distinguntur: prima meta incipit a parte orientali super Zuhapothoka in uno ligno pomus et inde egreditur directe versus partem occidentalem ad unam metam terream et inde procedendo vadit ad unum permissorium et inde ingreditur in latus ipsius permissorii a parte meridionali et inde procedendo vadit in quandam aquam Dusa vocatam et ibi est unum lignum vulgariter fyuzfa nuncupatum pro meta, et inde in eadem aqua vadit infra versus partem meridionalem et inde procedendo exit de fluvio supradicto ad unam metam terream et inde egrediendo vadit versus partes occidentales inter duas villas Cheb vocatas et ibi sunt due mete terree, et inde egrediendo vadit ad unum rubum vulgariter egur vocatum et ibi sunt due mete terree, et ibi intrat in medio ipsius rubus (igy) ubi est lacus magnus et super ipso lacu procedit supra versus partem septemtrionalem, postea exit inde et vadit versus partem orientalem et cadit ad unum meatum vulgariter pothok vocatum et ibi est unum lignum silicis pro meta, et inde parum procedendo in ipso meatu vadit ad unum lignum pomus et inde procedendo per veteres metas et antiquas directe versus orientem saliendo unum meatum aque Fyuzesher vocate et inde procedendo ad unam viam qua vadit versus Nogmichal et in eadem via parum procedendo exit ad unam metam terream et procedit directe ad Zuhapothoka et vadit infra ad priorem locum metarum et ibi mete terminantur. Datum in octavis Omnium Sanctorum, anno domini M° CCC° vicesimo sexto.

Miklós alnádornak Vizsolyban 1326. dec. 20-án kelt megerősítő ítéletleveléből, melynek eredetije megvan az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 698. 30. dipl. lt. 2379. Közli: Nagy Gyula.

241.

1326. nov. 18. Sándor országbíró a Siklósi Péter és Beremeni István között fönforgó ügyben perdöntő bajvívást rendel.

Nos comes Alexander iudex curie .. damus pro memoria, quod cum facta produccione testimonii quod per magistrum Petrum de Suclos contra Stephanum filium Nicolai de Beremen iuxta continenciam priorum litterarum nostrarum tercio die festivitatis Omnium Sanctorum in capitulo Albensi super eo, quod Johannes filius Herrici in Quadragesima cuius nunc undecima adveniret revolucio annualis castrum suum Suclos vocatum obsederit eundemque Stephanum tanquam sui proximi habendo confidenciam in dicto castro constituerit et ipse dictum castrum quinta feria proxima post festum Pasce domini eodem anno restituerit ac res sue mille marcas valentes in argento et auro ac aliis rebus preciosis apud eundem remanserint quas ad peticionem suam restituere non curaret, Andrea filio Petri tempore proposicionis in singulis premissorum cum legitimis procuratoriis litteris pro eodem Stephano comparendo ipsum innocentem et immunem fore respondente produci oportebat, seriem dicti testimonii in litteris memorati capituli in octavis Omnium Sanctorum nobis partes reportare debuissent, ipso termino adveniente prememorato Andrea pro ipso Stephano cum litteris procuratoriis legitimis astante magister Joseph in persona ipsius magistri Petri cum procuratoriis litteris conventus Waradiensis ad nostram accedendo presenciam litteras dicti capituli nobis presentavit in quarum tenoribus ipsum testimonium super premissis contra ipsum Stephanum filium Nicolai comperimus iure et legitime productum extitisse; cumque autem ipsum Andream, utrum causam prelibati Stephani iuramento aut duello velit terminari cum

universe cause testimonio comprobate uno istorum duorum articulorum finem sortiri debeant debitum, semel secundo et tercio quesivissemus, idem Andreas in pugilum dimicacione voluit diffiniri causam supradictam; unde nos auditis proposicionibus procuratoris ipsius Stephani et visis continenciis ipsarum litterarum super dicti testimonii produccione confectarum unacum baronibus et nobilibus regni nobiscum in iudicio sedentibus decrevimus iudicando, quod prescriptus magister Petrus super eo ut in premissis suis accionibus testimonio comprobatis idem Stephanus filius Nicolai nocivus et culpabilis existat *pugilem congressum,* prefatus autem Stephanus super eo ut in singulis premissorum innocens sit et immunis *pugilem incongressum* quos meliores invenire poterunt super equis et in armis militaribus secundo die festivitatis beatorum Fabiani et Sebastiani martirum contra sese pugnaturos statuere teneantur in presencia regie maiestatis. Datum in Alto Castro, undecimo die termini prenotati, anno domini M° CCC° XX° sexto.

Zárlatán pecsét nyomáival; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 1507. 15. dipl. lt. 2380. Közli: Vincze Gábor.

242.

1326. nov. 23. I. Károly király Dobrova birtokról szóló adománylevelét Pánki Péter fiai részére jeles alakban megerősíti.

Karulus . . rex . . ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod cum magistri Matheus et Pethew filii Petri de Pank . . quandam possessionem seu terram Dobrua vocatam in comitatu de Hung existentem . . a nobis sibi dari . . postulassent, nosque . . capitulo ecclesie Agriensis ut ipsi suum mitterent hominem . . coram quo Johannes filius Petri de Matuch vel Danch filius Bud homo noster predictam possessionem Dobrua . . reambularet et statueret predictis Mathee et Petheu . . nostris dedissemus litteris in mandatis, tandem iidem . . nobis rescripserunt in hec verba: Excellentissimo domino . . stb. (l. az egri káptalan 1326. oct. 26-kán kelt

jelentését és az abban átírt I. Károly király által 1326. sept. 15-kén kiadott meghagyást föntebb 238. sz. a.) Nos siquidem ex huiusmodi relacione capituli Agriensis predicti in hac parte edocti ipsam possessionem Dobrua collacioni nostre pertineri de iure cognoscentes attendentesque . . fidelitatum meritoria obsequia . . dictorum Mathei et Petheu magistrorum . . presertim condam Andree fratris ipsorum bone memorie, qui cum castrum nostrum Nyalab vocatum quod tunc per Bekem filium Thome infidelem nostrum nunc vero fidelem contra nostram detinebatur celsitudinem in virtute valida expugnari fecissemus, sub ipso castro . . viriliter decertans, proh dolor, extitit interemptus, antedictam possessionem Dobrua . . eisdem contulimus perpetuo iure possidendam. Datum per manus . . Andree prepositi Albensis aule nostre vicecancellarii . . anno domini M° CCC° XX° sexto, nono kalendas Decembris, regni autem nostri anno similiter XX° sexto. Venerabilibus . . . . . stb. *)

Zsigmond királynak 1387-ben »in descensu . . campestri cis villam Zakan, die dominico proximo ante festum Nativitatis beati Johannis Baptiste« »Petrus filius condam Mathei filii Petri de Pank« és testvére András részére kiadott nyílt alakú átiratából, melynek eredetije megvan az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 932. 22. dipl. ltár: 2376. Közli: Nagy Gyula.

243.

1326. Pozsony, dec. 7. Miklós pozsonyi föispán bizonyítja, hogy a Churle és Simperg birtokokban való osztály megtétele végett egyik osztozó fél a kiküldött szolgabírák elött nem jelent meg.

Nos magister Nicolaus comes Posoniensis damus pro memoria, quod cum nos comites Petrum de Gurgueteg, Andream dictum Chuna, Pomsa et Benedictum filium Hegun iudices nobilium de comitatu Posoniensi, item comitem Ru-

---

*) Az egyház- és országnagyok ugyanazok, mint Fejérnél id. m. VIII. 3. 110. l.

man et Johannem Fodur homines nostros ad videndam divisionem quam Matheus et Andreas de Churle in possessionibus eorum Churle et Simperg nominatis facere habebant transmisissemus, tandem predictus Benedictus iudex nobilium et Johannes Fodur ad nos reversi retulerunt, quod licet iidem nobiles in possessione eorum Churle prenominata divisionem fecissent tamen predictus Andreas de Churle ad faciendam divisionem in predicta possessione eorum Simperg non venisset predicto Matheo feria tercia et feria quarta post festum beati Andree apostoli diebus ad hoc per nos deputatis in facie dicte terre legitime expectante. Datum Posonii, in crastino beati Nicolai confessoris, anno domini M° CCC° XX° sexto.

Zárlatán kerek pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltár kincstári oszt. N. R. A. 101P. 5. dipl. lt. 2382. Közli: Nagy Gyula.

244.

1326. Visegrád, dec. 20. Sándor országbíró előtt István fiai László és Bereczk, a Kapala hegy tövében Gömör vármegyében a gortvatöi puszta területén fekvö birtokok iránt a Rátold nemzetségből való Dezső fiaival kiegyeznek.

Nos comes Alexander iudex curie . . significamus . . quod cum anno domini Millesimo CCC° vicesimo sexto Ladizlaus filius Stephani per Rolandum filium Mark hominem domini nostri regis sub testimonio honorabilis capituli ecclesie Agriensis, Benedictum Nicolaum et Ladizlaum filios Deseu ad octavas beati Georgii martiris proxime preteritas legitime citacionis processu observato ad nostram presenciam citavisset ipsaque causa tum propter termini prioritatem tum eciam relata accione parcium intervenientibusque aliis cautelis ad octavas beati Andre apostoli pro eo ut iidem filii Deseu privilegia seu instrumenta sua quibus mediantibus possessionem Gurtuatu cum monte Kapula et aliis utilitatibus suis obtineant et conservent coram nobis exhiberent, fuisset prorogata, advenientibus itaque ipsis octavis termino videlicet exhibicionis

instrumentorum eorumdem, predictus Ladizlaus filius Stephani personaliter adiuncto sibi Bricio fratre suo uterino ab una parte, item prefatus Benedictus pro se personaliter pro Nicolao vero et Ladizlao fratribus suis supradictis cum procuratoriis litteris capituli memorati ab altera, obtenta a nobis licencia in facto premisse possessionis et pertinencium ad eandem videlicet premissi montis Kapala*) et villarum Gyurkfolua Kysfolud et Wyfolu nominatarum in predio sive territorio memorate possessionis Gurtuatu sitarum componentibus et ordinantibus pacificis compositoribus ad talem, ut omnis inimicicie fomes de medio ipsorum in perpetuum extirpetur, pacis devenerunt unionem, quod iidem Ladizlaus et Bricius filii Stephani propter efficaciam vigorositatis instrumentorum in obtencione et emcione ipsius possessionis et suarum utilitatum ad ipsam ut premissum est spectancium memorato Deseu rite et legitime confectorum et concessorum considerantes nihil ex eadem se posse reobtinere, ipsam possessionem cum monte predicto in quo nunc castrum est constructum et cum aliis villis premissis in territorio ipsius sitis utilitatibus videlicet ab antiquo pertinentibus ad eandem supradictis filiis Deseu heredum per heredes ad perpetuam successionem pacifice et quiete commiserunt et perpetuarunt . . idem vero Benedictus pro se personaliter et pro ipsis fratribus nomine procuratorio, quamquam ex efficacia suorum instrumentorum eandem et ad ipsam pertinentes inviolabiliter tenere potuissent, tamen ut perpetua pax possit inter ipsos ex utraque parte observari, viginti duas marcas propter firmiorem ipsius perpetuacionem eisdem Ladizlao et Bricio omni iuri et dominio quod se in eadem et suis utilitatibus se posse habere et obtinere putabant renunciantibus solvere iuxta obligamina in aliis litteris nostris contenta in terminis legitime ad hoc coram ipso capitulo deputatis assumsit se et prefatos fratres suos firmiter obligando; nos itaque qui ex officio ordinarii iudicatus unicuique quod suum reddere et firmius iuxta suum processum et modum roborare

*) Kapala, Kapla hegy Gömör vármegyében, innét nevezte magát Kaplai Janos, az oklevélben említett Benedek fia, I. Lajos király uralkodásának végén orosz vajda, és Zsigmond király uralkodásának elején országbiró, a Lorándfi család őse. Szerk.

tenemur et obnixius confirmare, tum propter efficaciam vigorositatis ipsorum instrumentorum tum eciam propter inviolabilem pacis inter ipsos prescripto modo facte composicionem, ob hoc eciam quod iidem filii Stephani iuri et dominio suo quod in eadem possessione et ad se pertinentibus se habere sperabant spontanea renunciarunt voluntate, pretextu rerum pretactarum ipsis premisso modo persolvendarum ipsam possessionem cum ad se pertinentibus ipsis filiis Deseu et per eos ipsorum heredibus in perpetuam successionem ordinaria auctoritate perpetuavimus proporcionavimus et asscripsimus presencium facultate sine tamen preiudicio et lesione iuris alieni . . Datum in Alto Castro, in vigilia beati Thome apostoli, anno domini M° CCC° vicesimo sexto.

Vörös-sárga selyem zsinóron függő, töredezett pecséttel; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 870. 5. dipl. ltár: 2384. Közli: Vincze Gábor.

245.

1326. Pozsony, dec. 20. Miklós Pozsony vármegye főispánja megkeresi a pozsonyi káptalant, hogy az iránt tartson nyomozást, vajjon Mácsédi Petőnek Éles János szolgája volt-e?

. . capitulo ecclesie Posoniensis magister Nicolaus comes eiusdem loci amiciciam paratam; dicit nobis Peteu filius Stephani de Mached quod licet quidam homo nomine Johannes dictus Eles serviens suus nunquam fuerit tamen Nicolaus dictus magnus serviens Kenez iobagiones eiusdem Kenez *sub suo comitatu existentes* ad villam de Gyozeg venire compulisset et nomine hominum de eadem Gyozeg fateri homini nostro et vestro coartasset quinta feria iam preterita quod dictus Johannes Eles serviens ipsius Peteu existens Cazmerium fratrem dicti Nicolai magni interfecisset, super quo amiciciam vestram petimus diligenter, quatenus detis hominem vestrum pro testimonio coram quo Petrus de Tukulchen iudex nobilium et Jacobus de Bel homo noster super premissis et specialiter super eo utrum tempore mortis dicti Cazmerii pre-

dictus Johannes Eles fuerit serviens ipsius Peteu nec ne, sciant et inquirant omnimodam et post hec scitam super hys veritatem nobis . . . . fideliter rescribatis. Datum Posonii, in vigilia beati Thome apostoli, anno domini M^{o} CCC^{o} XX° sexto.

Papíron, zárlatán kerek pecsét maradványaival; eredetije az orsz. ltár. kincst. oszt. N. R. A. 1671. 25. dipl. lt. 2385. Közli: Nagy Gyula.

246.

1326. Az egri káptalan az Aba nemzetségbeli Csente János kérelmére Mikod bánnak 1298-ban a budai káptalan általkiadott végrendeletét, melyben Doboka vármegyei Jenö és Csoboló helységeit leányának Erzsébetnek Csente János nejének és utódainak hagyományozta, hitelesen átírja.

Capitulum ecclesie Agriensis ad universorum noticiam.. volumus pervenire, quod Johannes filius Johannis dicti Chente de genere Aba ad nostram personaliter accedendo presenciam litteras privilegiales honorabilis capituli ecclesie Budensis super legacione quarumdam possessionum Jenew et Chobolow vocatarum in forma testamenti confectas nobis exhibuit . . quarum tenor talis est: capitulum ecclesie Budensis.. stb. (l. Árpádkori Új Okmánytár, X. köt. 312. l.) Nos igitur.. tenorem ipsarum litterarum privilegialium presentibus duximus inserendum; presentibus tamen Petro preposito, Nicolao lectore, Martino cantore, Johanne custode dominis, Dominico de Vyuar, Valtero de Borswa, Laurencio de Kemey, Petro de Zemlen, David de Zobowch, Benedicto de Ung, Stephano de Heues, Johanne de Borsod archidiaconis et aliis multis, anno domini M^{o} CCC^{o} XX° sexto, regnante Karolo illustri rege Ungarie, Boleslao Strigoniensi, Ladizlao Collecensi archiepiscopis et domino nostro venerabili patre Chanadino dei gracia episcopo existentibus.

Zöld, sárga és lilaszín selyem zsinóron függő ép kerek pecséttel, alúl A. B. C. cyrographummal; eredetije az Erd. Muzem kézirattárában, Pápay Lajosné szül. Tarsoly Eszter adományából. Közli: Szabó Károly.

247.

1326. Fülöp nádor ítéletlevelének kivonata, mely szerint Nátha birtok felébe Miklós fia Chele, másik felébe ez egri püspöki egyház az egri káptalan által beiktattatott.

. . in anno domini M° CCC° XX° sexto magister Chele filius Nicolai . . domino palatino dixisset, quod dimidietas . . possessionis Natha vocate in qua ecclesia sancti Petri martiris esset fundata iuxta fluvium Twr existens ipsius esset hereditaria cuius reliqua dimidietas ad ecclesiam pertineret Agriensem quam Andreas filius Bodou et Zouard filius eiusdem indebite occupare niterentur; quapropter idem dominus Philippus palatinus . . capitulo dicte ecclesie Agriensis . . scribendo . . postulasset ut mitterent hominem ipsorum . . quo presente Lorandus filius Sebastiani vel Ladizlaus de Farkasd altero absente homo ipsius . . accederet ad faciem dimidietatis dicte possessionis Natha vocate convocatis vicinis . . ipsam reambulando . . statueret eidem magistro Chele si non fieret contradictum contradictores vero . . citaret . . et post hec . . eidem domino Philippo palatino . . rescriberet capitulum annotatum; tandem idem . . rescripsisset . . quod . . cum predicto Ladizlao de Farkasd . . Nicolaum sacerdotem concanonicum ipsorum transmisisset ad premissa exequenda, qui demum . . retulissent, quod ipsi sabbato proximo post quindenas festi Corporis Christi tunc preteriti accedendo ad faciem dimidietatis dicte possessionis . . convocatis vicinis . . ipsam . . a parte orientali existentem . . reambulando . . eidem magistro Chele nullo contradictore existente statuissent alia dimidietate ipsius pro ecclesia Agriensi remanente, et cum hec per eosdem . . homines eidem capitulo recitarentur . . dominus Chanadinus . . episcopus et prelatus eiusdem ecclesie Agriensis commetaneus eiusdem pcssessionis in dimidietate nomine ecclesie sue in medio ipsius capituli personaliter astando . . dixisset quod ipsa dimidietas . . magistro Chele statutu cuiusdam magnifici viri Nogbodun vocati fuisset ab

antiquo et statucioni ipsius dimidietatis racione vicinitatis in nullo contradiceret.

Tamás országbírónak 1351-ben kelt ítéletleveléből, mely szerint a föntebbi oklevelet Chele fia Balázs, Miklós egri püspök ellen indított perben mutatta fel; Tamás országbíró ítélete megvan eredetiben az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 620. 50. dipl. lt. 4163. Közli: Nagy Gyula.

248.

1327. jan. 9. Szabolcs vármegye alispánja és bírótársai Kozma fiát Henriket Ábrahám fia Gergely ellen esküre kötelezik.

Nos magister Franciscus vice magistri Jacobi comes de Zoboch et quatuor iudices de eodem damus pro memoria, quod Henricus filius Cosme tercio se se similibus facere debet sacramentum contra Gregorium filium Abraam in octavis datarum presencium coram nobis in Kallo super eo ut ipsum Gregorium dominica die proxima ante festum beati Andree apostoli tunc in presenti in villa Kerecy non verberasset nec verberare fecisset. Datum in die sabbato proximo ante octavas Epiphanie domini, anno eiusdem domini M° CCC° XX° septimo.

Hátlapján négy pecséttel; eredetije a N. Muzeumban, a Kállay cs. lban. Közli: Tagányi K.

249.

1327. Vizsoly, jan. 13. Fülöp nádor előtt László fia Lampert a Gömör vármegyei Eldvölgye nevü birtokot János fiának Egyednek visszabocsátja.

Nos Philippus palatinus iudex comanorum comes de Scepus et de Wyuar significamus . . quod Egidius filius Johannis personaliter astans in figura iudicii contra Lampertum filium Ladislai, Gregorium et Lazarum filios eiusdem ex quibus et pro quibus idem Lampertus legitime astitit, egit propo-

nendo, quod predictus Lampertus cum filiis suis antedictis possessionem suam Eldvelge vocatam in comitatu Gumuriensi in possessione Hangunuulge habitam a spacio decem annorum potencialiter detinuissent et in hoc sibi singulis annis damnum in percepcione utilitatum eiusdem possessionis decem marcarum intulissent, predictus Lampertus pro se et pro predictis filiis suis ut premittitur legittime astando respondit exadverso, quod predictam possessionem predicti Egidii a spacio decem annorum potencialiter non percepisset nec in hoc sibi damnum decem marcarum singulis annis intulisset neque eadem possessio esset apud eum et filios suos memoratos, resignans eandem possessionem idem Lampertus ex parte sui et filiorum suorum predictorum Egidio memorato possidendam. Datum in Wysul, in octavis Epiphaniarum domini, anno eiusdem M° CCC° XX° septimo.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije a N. Muzeumban, a Kállay cs. ltárában. Közli: Tagányi K.

250.

1327. Avignone, jan. 28. XXII. János pápa a margit-szigeti apáczákat régi kiváltságaikban megerősíti.

Johannes episcopus servus servorum dei, dilectis in Christo filiabus priorisse et conventui monasterii sancte Marie de Insula Danubii per priorissam soliti gubernari ordinis sancti Augustini secundum instituta et sub cura ordinis fratrum predicatorum viventibus quibus licet habere proprium in communi ex indulto sedis apostolice speciali Vesprimiensis diocesis salutem et apostolicam benediccionem. Solet annuere sedes apostolica piis votis et honestis petencium precibus favorem benivolum impertiri, eapropter dilecte in Christo filie vestris iustis postulacionibus grato concurrentes assensu omnes libertates et immunitates a predecessoribus nostris romanis pontificibus sive per privilegia sive alias indulgencias vobis et monasterio vestro concessas nec non libertates et exempciones secularium exaccionum a regibus et principibus ac aliis Christi fideli-

bus racionabiliter vobis et eidem monasterio indultas sicut eas iuste et pacifice obtinetis, vobis et per vos eidem monasterio auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo .. stb. Datum Avinione, quinto kalendas Februarii, pontificatus nostri anno undecimo.

Nagy alakban, díszesen kiállítva; a veres-sárga selyem zsinóron függött bulla elveszett; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. Mon. Pos. 68. 36. dipl. ltár: 2399. Közli: Nagy Gyula.

251.

1327. Avignone, jan. 30. XXII. János pápa az esztergomi prépostot utasítja, hogy a margit-szigeti apáczákat mindennemü jövedelmeik élvezetében megoltalmazza.

Johannes episcopus servus servorum dei, dilecto filio preposito ecclesie Strigoniensis .. significaverunt nobis dilecte in Christo filie priorissa et conventus monasterii sancte Marie de Insula Danubii per priorissam soliti gubernari ordinis sancti Augustini secundum instituta et sub cura ordinis fratrum predicatorum viventes quibus licet habere proprium in communi ex indulto sedis apostolice speciali Vesprimiensis dioecesis, quod nonnulli iniquitatis filii quos prorsus ignorant, decimas census redditus legata terras domos possessiones ortos pascua prata nemora, instrumenta publica et quedam alia bona ad idem monasterium spectancia temere ac maliciose occultare et occulte detinere presumunt non curantes ea dictis priorisse et conventui exhibere in animarum suarum et dictarum priorisse et conventus ac monasterii non modicum detrimentum, super quo eedem priorissa et conventus apostolice sedis remedium implorarunt; quocirca discrecioni tue per apostolica scripta mandamus quatenus omnes huiusmodi occultos detentores decimarum censuum reddituum et bonorum aliorum predictorum ex parte nostra publice in ecclesiis coram populo per te vel per alium moneas ut infra competentem terminum a te prefigendum eisdem ea predictis priorisse et conventui a se debita restituant et revelent ac de ipsis plenam et

debitam satisfaccionem impendant, et si id non impleverint infra alium terminum competentem quem eis ad hoc peremtorie duxeris prefigendum extunc in eos generalem excommunicacionis sentenciam proferas, faciens eam ubi et quando expedire videris usque ad satisfaccionem condignam solenniter publicari. Datum Avinione, tercio kalendas Februarii, pontificatus nostri anno undecimo.

Függő ólom-pecséttel; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. Mon. Pos. 68. 29. dipl. ltár: 2400. Közli: Vincze Gábor.

252.

1327. febr. 2. A szepesi káptalan előtt Kún Miklós és László, Mareus fiát Istvánt Berzéthe várának Batiz fiá Miklós részére való elidegenítésétől tilalmazza.

Nos capitulum ecclesie beati Martini de Scepus damus pro memoria, quod Nicolaus filius Benedicti comitis nobilium Scepsiensium sub decem lanceis constitutorum cliens Nicolai dicti Kun pro eodem domino suo et Ladislao fratre eiusdem in nostri presencia personaliter comparendo significarunt nobis protestando quod Stephanus filius Mareus castrum Berzethe nuncupatum cum sua villa eodem nomine nuncupata, necnon villas Kraznahorka, Keurus, Rudna, Zalouchhaza et Rakunchas nuncupatas Nicolao filio Batyz in concambium possessionum eiusdem dare conaretur, quapropter predictus Nicolaus filius Benedicti vice et nomine eiusdem domini sui prohibuit eundem Stephanum filium Mareus ab eodem concambio faciendo omnesque litteras super eodem concambio emanandas. Datum in festo Purificacionis beate virginis, anno domini M° CCC° XX° septimo.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 1535. 19. dipl. ltár: 2401. Közli: Vincze Gábor.

253.

1327. febr. 10. A budai káptalan I. Károly királynak jelenti, hogy Henczfi János szent-kereszti jobbágyait a margit-szigeti apáczák rákosi, bökénföldi és czinkotai birtokainak használatától eltiltatta.

.. Karolo .. regi .. capitulum Budensis ecclesie .. litteris vestre excellencie generalibus per virum religiosum fratrem Michaelem generalem procuratorem nobilium et religiosarum dominarum sororum de Insula beate virginis nobis exhihitis, in quibus dabatur nobis in preceptis ut quandocunque et quocienscunque a data presencium per anni circulum ad citaciones, inquisiciones, reambulaciones et recaptivaciones ac reinpediciones possessionum fuerimus requisiti cum Johanne dicto Kobzus de Zobody homine vestro nostrum hominem pro testimonio mitteremus, nos itaque preceptis vestre excellencie obtemperantes ut tenemur cum predicto Johanne homine vestro nostrum hominem Laurencium videlicet presbiterum socium et concanonicum nostrum pro testimonio duximus destinandum, qui demum ad nos reversi nobis concorditer retulerunt, quod ipsi in sabbato ante dominicam Circumdederunt populos de Sancta Cruce iobagiones magistri Johannis filii Henc rectoris castri novi montis Pestiensis ab usu et percepcione utilitatum terrarum nobilium dominarum sororum de Insula beate virginis Rakus et Bukenfeuldu vocatarum et terre Zynkuta prohibuissent. Datum feria tercia proxima post dominicam Circumdederunt, anno domini M° CCC° vigesimo septimo.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. Mon. Pos. 62. 3. dipl. ltár: 2403. Közli: Vincze Gábor.

254.

1327. febr. 18. A nagy-váradi káptalan bizonyítja, hogy Drauchi István fia János bizonyos birság fejében Detrefi Mátyást Gelényes birtok felével elégítette ki.

.. capitulum ecclesie Varadiensis .. ad universorum noticiam .. volumus pervenire, quod cum secundum continenciam litterarum magistri Deseu comitis de Bereg et quatuor iudicum nobilium de eodem nobis exhibitarum et per nos apertarum et inspectarum Johannes filius Stephani de Drauch dimidietatem possessionis Gylienus ipsum contingentem in predicto comitatu inter villam Acha et Drauch existentem cum omnibus utilitatibus suis et pertinenciis universis comiti Mathie filio Detrici pro duodecim marcis birsagiorum et homicidio in quo et in quibus idem Johannes contra eundem comitem Mathiam remanserat mediantibus litteris nostris perpetuare debuisset usque ad dominicam Esto mihi proxime nunc venturam, tandem feria tercia dictam dominicam proxime precedente partibus coram nobis personaliter constitutis idem Johannes filius Stephani presente eciam eodem magistro Deseu comite de Bereg dictam dimidietatem possessionis Gylianus a parte occidentali modo pretacto eidem comiti Mathie filio Detrici pro eisdem duodecim marcis birsagiorum et iudicio sui proprii homicidii videlicet pro quinquaginta marcis viva voce spontaneaque voluntate perpetuavit coram nobis ut debebat; e converso autem prefatus comes Mathias ut assumserat in predictis litteris dicti comitis de Bereg et quatuor iudicum predictorum omnia premissa birsagia et iudicium homicidiale eidem Johanni penitus et perenniter relaxavit, addendo adhuc eidem insuper quinque marcas quas ipse Johannes confessus est se habuisse .. Datum feria quarta proxima ante dominicam supradictam, anno domini M° CCC° vigesimo septimo. Stephano preposito, Johanne lectore, Nicolao cantore et Jacobo custode dominis et magistris salubriter existentibus.

Függő pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltár: kincst. oszt. N. R. A. 1727. 15. dipl. ltár: 2404. V. ö. dipl. ltár: 2444. Közli: Vincze Gábor.

255.

1327. Avignone, mart. 6. XXII. János pápa újabb szabadságlevele a margit-szigeti apáczák részére.

Johannes episcopus servus servorum dei, dilectis in Christo filiabus priorisse et conventui monasterii sancte Marie de Insula Danubii per priorissam soliti gubernari ordinis sancti Augustini secundum instituta et sub cura fratrum ordinis predicatorum viventibus quibus licet habere proprium in communi ex indulto sedis apostolice speciali Vesprimiensis dioecesis salutem et apostolicam benediccionem. Solet annuere sedes apostolica piis votis et honestis petencium precibus favorem benivolum impertiri, ea propter dilecte in Christo filie vestris iustis postulacionibus grato concurrentes assensu omnes libertates et immunitates a predecessoribus nostris romanis pontificibus sive per privilegia sive alias indulgencias vobis et monasterio vestro concessas necnon libertates et exemciones secularium exaccionum a regibus et principibus ac aliis Christi fidelibus racionabiliter vobis et eidem monasterio indultas sicut eas iuste et pacifice obtinetis vobis et per vos eidem monasterio auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo .. stb. Datum Avinione, secundo nonas Marcii, pontificatus nostri anno undecimo.

Függő ólom-pecséttel; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. Mon. Pos. 68. 41. dipl. ltár: 2410. Közli: Vincze Gábor.

256.

1327. Vizsoly, mart. 12. Fülöp nádor egy szigetet a Duna mellett Haholdfi István fiának Miklósnak visszabocsát.

Nos Philippus palatinus iudex comanorum comes de Scepes et de Wyuar .. significamus .. quod nos quandam possessionem nobilis viri magistri Nicolai filii Stephani filii Hahold cumpatris nostri Haholdeudzigethe vocatam iuxta fluvium Danobii existentem per dominum nostrum regem nobis iure perpetuo collatam eidem magistro Nicolao cumpatri nostro ob sinceram dileccionem compaternitatis eo quod eciam eandem possessionem ipsius fuisse novimus hereditariam et per suos predecessores habitam et possessam .. resignavimus .. absque preiudicio cuiusdam possessionis nostre Bheseneu vocate in vicinitate supradicte possessionis magistri Nicolai existentis .. Datum in villa Wisul, in festo sancti Gregorii pape et confessoris, anno domini M° CCC° XX° septimo.

A fehérvári káptalannak 1336-ban mart. 28-án »Nicolaus filius Stephani filii Hahold comes Zaladiensis« kérésére kiállított átiratából, melynek eredetije megvan az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 582. 8. dipl. ltár: 2412. Közli: Nagy Gyula.

257.

1327. Visegrád, apr. 28. I. Károly király Lőrincz fiának Kopoznak azon panaszára, hogy Ebed fiai Ják és Rajnáld, Ják és Körösellő nevü birtokait elfoglalták, a győri káptalant vizsgálatra kiküldi.

Karolus .. rex .. capitulo ecclesie Jauriensis .. Kopoz filius Laurencii pro se et pro fratribus suis dicit nobis quod Jaak et Renoldus filii Ebed unacum aliis suis proximis quandam possessionem ipsorum Jaak vocatam in comitatu de Castroferreo existentem in qua ecclesia est in honore sancti Michaelis constructa, item aliam posses-

sionem eorum Keuruselu vocatam indebite occupassent.. super quo fidelitati vestre precipimus per presentes quatenus vestrum detis testimonium coram quo Johannes filius Kalanda vel Johannes filius Jacobi de genere Osl si alium abesse contingat homo noster sciat et inquirat de premissis omnimodam veritatem et post hec facti seriem nobis fideliter rescribatis. Datum in Visagrad, feria quinta proxima ante festum beatorum Philippi et Jacobi apostolorum, anno domini M° CCC° XX° septimo.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije a N. Muzeumban.— Az oklevélben említettek a Ják nemzetség tagjai valának; Lőrincztől származtak a Sitkey családbeliek, Ebed fiától Rajnáldtól pedig a Niczkyek.

258.

1327. Visegrád, máj. 8. I. Károly király előtt a Pécz nemzetségből való Gergely fiai Lukács és Gergely, Zooch birtok iránt Szabolcs vármegyében Egyed fiaival kiegyeznek.

Nos Karolus .. rex .. significamus .. quod magistris Lucachio et Gregorio filiis Gregorii de genere Peech ab una parte, item magistris Iwan et Simone filiis Egidii .. ex altera coram nobis personaliter constitutis propositum extitit .. per eosdem .. quod licet super facto possessionis Zooch vocate in comitatu de Zabouch existentis quam iidem Lucachius et Gregorius ius dicti patris ipsorum fuisse et sic per nos eisdem restitutam et eciam denuo collatam mediante privilegio nostro extitisse declarabant, ipsi quidem magistri Iwan et Simon e converso similiter nostre donacionis titulo per vigorem privilegii nostri exinde confecti ipsorum esse denotabant, predicti Lucachius et Gregorius eosdem Iwan et Simonem ordine iudiciario ad presenciam Alexandri iudicis curie nostre in causam attraxissent que inter partes diucius processa plurimis prorogacionum modis et diversis dilacionibus ad presentes octavas beati Georgii martiris indeterminata pervenisset, dictis tamen octavis beati Georgii advenientibus ex permissione dicti iudicis amicabilium compositorum ordinacione ad id accedente pro-

pter pacis pulchritudinem et dileccionis vinculum indissolubile ut de medio ipsorum omnis livor invidie amputetur in dicta causa ad talem perpetue pacis et concordie . . devenissent unionem . . quod predicti magistri Iwan et Simon dictam possessionem Zooch vocatam cum omnibus suis utilitatibus et iuribus preter unam piscinam Zoochfertey vocatam in eadem possessione habitam eisdem Lucachio et Gregorio . . reliquissent . . ipsi vero Lucachius et Gregorius predictam piscinam Zoochfertey nominatam in dicta possessione existentem predictis Iwan et Simoni dicte donacionis nostre titulo reliquissent . . eo modo . . quod tam iidem Lucachius et Gregorius quam ipsorum posteritates dictis Iwan et Simoni ipsorumque posteris pro percipiendis fructibus utilitatibus et questibus dicte piscine in dicta possessione omni tempore liberum aditum et pro extrahendis retibus de eadem piscina spacium terre opportunum semper dare tenerentur nec meatum aque inundantis de fluvio Tycie pisces in eam producentis possunt vel valent aliquo unquam tempore aliquali obstaculo prohibere; litteras quoque et privilegium que dictam possessionem ex nostra donacione ipsorum Iwan et Simonis fore declarabant iidem Iwan et Simon dictis Lucachio et Gregorio assignarunt . . Datum in Wysegrad, in quindenis beati Georgii martiris, anno domini M° CCC° XX° septimo.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 932. 18. dipl. lt. 2415. Közli: Vincze Gábor.

259.

1327. máj. 10. A gyula-fehérvári káptalan bizonyítja, hogy Balai Elek és Dénes balai részjószágukat és rabszolgáikat testvéröknek Ivánkának 50 márka dénárért örökösen eladták.

Capitulum ecclesie Transsilvane . . ad universorum noticiam . . harum serie volumus pervenire, quod constitutis coram nobis Elek dicto rufo et Dionisio filiis Johannis de Bala ab una parte, et Iwanka filio eiusdem Johannis fratre eorum de eadem ex altera, idem Elek rufus et Dionisius con-

fessi sunt oraculo vive vocis totalem porcionem terre eorum in eadem terra Bala eosdem contingentem cum omnibus utilitatibus suis simul cum porcione mancipiorum suorum in eadem villa Bala existencium pro quinquaginta marcis denariorum banalium hungaricalium plene habitis et perceptis per eosdem Elek rufum et Dionisium ab ipso Iwanka fratre eorum .. sicut sunt confessi vendidisse .. prefato Iwanche fratri eorum .. hoc declarato quod quandocunque processu temporum iidem Elek rufus et Dionisius ad feliciorem et prosperiorem statum devenirent et predictam porcionem terre eorum in ipsa terra Bala simul cum ipsa porcione mancipiorum prefato Iwanche fratri eorum venditam et traditam pro ipsis quinquaginta marcis .. redimere possent idem Iwanka frater eorum eisdem Elek rufo et Dionisio fratribus suis dictam porcionem terre eorum in ipsa terra Bala cum dicta porcione mancipiorum pro ipsis quinquaginta marcis .. reddere et restituere tenebitur .. Datum tercio die quindenarum beati Georgii martiris, anno domini M° CCC° vicesimo septimo, Nicolao preposito, Santo cantore, Thoma custode et Salomone archidiacono de Hunyad decano ecclesie nostre existentibus.

Függő pecsét nyomaival; eredetije az Erd. Muzeum kézirattárában. Közli: Szabó Károly.

260.

1327. máj. 21. I. Károly király Csabankafi János fiainak Heves vármegyében fekvö Gyöngyös, Bene, Halász és Nagyut nevü birtokaikat Tamás erdélyi vajdának adományozza.

Karolus .. rex .. ad universorum noticiam tenore presencium volumus pervenire, quod quamvis pravi actus illicite commissiones et nepharii infidelitatis processus Samuelis filii Johannis filii Chabanka et David fratris eiusdem infidelium nostrorum .. adeo sint notorii ut nulla penitus tergiversacione aut contradiccionis argumento valeant occultari, ne tamen plebee opinionis vulgarisque simplicitatis iudicio in subiectos sine causa ultrices extendere videamur manus nostras, quedam

de gestis infidelitatum infidelium predictorum pro memoria posteris reservanda ne similem ingentis excessus labem contrahentes hiis malemeritis parificabiles censeantur presentibus duximus inserenda: viri siquidem memorati divertendo a via fidelitatis nobis et sacre regie corone nostre debite Matheo de Trinchinio speciali infideli nostro damnate memorie et regni predoni pestilenti adherentes in conflictu quem idem Matheus unacum aliis proditoribus nostris erecto sue nephandissime presumcionis vexillo in campo de Ruzgun iuxta fluvium Tarcha prope civitatem nostram Cassa vocatam nobiscum habuit ausi sunt contra nostram maiestatem utpote dominum eorum naturalem hostilia et servilia movere arma et pugnare; et demum in eadem sua infidelitate animo obstinato inconvertibiliter perseverantes in contumeliam nostre celsitudinis et corone contemtum mala malis accumulando cum hominibus seu auxilio hominum dicti Mathei inestimabilia rerum damna, horrendas vastitates, infinita personarum excidia, cymiteriorum et ecclesiarum confracciones, viduarum et virginum denudaciones creberrime in regno nostro commiserunt, que omnia cum celari nequeant tanquam ea que publicis obtutibus facti evidencia declaravit nos esse notoria pronunciantes, de prelatorum et baronum nostrorum consilio regni eciam nobilium assensu concurrente supradictos infideles specialiter possessionibus suis Gunges, Bene, Halaz et Noguth vocatis in comitatu de Heueswyuar existentibus generaliter autem universis ubique parcium et comitatuum regni nostri constitutis et sicut eos sic et Paulum filium Petri consimilis infidelitatis contagio pollicitum et commissi sceleris non disparem iuribus omnibus si que in dictis possessionibus quomodolibet haberet quibuscunque instrumentis spoliantes condemnamus et huiusmodi instrumenta per ipsum Paulum suos heredes ac dictorum infidelium obtenta quacunque astucia vel dolo sive nostra sive capitulorum vel conventuum aut iudicum quorumcunque existant, irritamus cassamus presentibus utique decernentes non valere, et ne dictorum infidelium presertim quondam Ladizlai fratris eorumdem posteris aut heredibus processu temporum scintilla vel alicuius calliditatis dolus veritatis obex resciscitandi litem vel materiam quescionis pateat seu succre-

scat pretextu possessionum predictarum, super eo quod primum tempore domini Andree regis habito processu iudiciario per Raphayn banum filium Nicolai dataque diffinitiva et capitali sentencia contra ipsum Ladizlaum, demum ipso Raphayn sine herede decedente per Dousam quondam palatinum consangvineum eiusdem fidelem nostrum contra antedictum Samuelem fratrem ipsius Ladizlai qui universas possessiones eius ipso Ladizlao de medio sublato possidebat coram magistro Lamperto olim iudice curie nostre bone memorie nostris temporibus legitime est processum, universarum eiusdem Ladizlai possessionum seu possessionariarum porcionum maxime in dictis possessionibus Gunges et Bene ac eciam Sadan nuncupatis habitarum suis exigentibus maleficiis ordine iudiciario duabus partibus eidem magistro Lamperto tanquam iudici tercia vero parte prefato Dousa palatino velut actori remanentibus quemadmodum in litteris privilegialibus eiusdem iudicis exinde confectis et nostro privilegio confirmatis plenius continetur, tam illis duabus partibus quam tercia earumdem trium possessionum et aliarum quarumlibet iam dicti Ladizlai ad manus nostras regias prout in aliis litteris nostris seu privilegio seriatim expressius habetur de iure et debite devolutis, notum facimus universis ut quia dicti processus legitimi antequam iidem infideles in notam infidelitatis notoriam adversus nos perpetrate incidissent erant inchoati, quia eciam incepte litis quescioni memoratorum Raphayn et Dousa palatini fidelium nostrorum eam supprimendo contraire non extitit equum visum, ipsos processus habito deliberato consilio noluimus impedire; ac tamen si in futurum pretenta occasione huiusmodi iudiciarii actus quicunque de dictis possessionibus posteri prefatorum infidelium et pocius Ladizlai memorati sibi debere allegarent aut aliquatenus vendicarent eorum tali allegacioni rigore regio obviantes per presentes sanccimus et decernimus frivolum et inane quicquid per eosdem coram quocunque iudice in iudicio vel extra iudicium fuerit attentatum, sane quia parvi meriti putaretur fidelitas si infidelitas remaneret impunita et tunc quasi perspicue elucescunt virtutes cum invicem opponuntur et virtutes viciis preferuntur, nos attendentes inviolabilem fidei et devocionis puritatem

quam magnificus vir Thomas woyuoda Transsilvanus et comes de Zounuk filius quondam magistri Farcasii dilectus et fidelis noster erga nostram maiestatem sacrumque nostrum diadema constanter noscitur habuisse considerantes eciam labores continuos et onera expensarum que ad honorem nostri culminis subiisse probatur necnon satis grata immensa et accepta servicia que ipsum a tempore sue adolescencie nobis et regno nostro in diversis expedicionibus et agendis plurimum opportunis et admodum necessariis cum effusione sui sangvinis pro exaltacione nostri regiminis et honoris pro reintegracione et augmento reipublice ac reformacione pacis in regno laudabiliter exhibuisse cognovimus, incessanter exhibere sentimus in presenti et exhibiturum pro firmo credimus in futurum, in recompensacionem suorum serviciorum aliqualem cupientes ipsum favoris nostri et gracie plenitudine prosequi et amplecti, licet estimemus exiguum valde et exile videamus que sibi facimus in presenti horum respectu que impendere eidem intendimus in posterum, tamen ut paulisper votis eius annuamus supradictas infidelium nostrorum ac prenotati Ladizlai possessiones nominatim expressas et generali facta mencione modo premisso universaliter comprehensas ubicunque in sepedicto regno nostro existentes tamquam ad nos de iure devolutas et collacioni nostre pertinentes . . sub metis et terminis quibus per iam dictos infideles nostros necnon Ladizlaum prenotatum eedem habite extiterunt et possesse eidem Thome woyuode . . de consilio et connivencia prelatorum et baronum nostrorum predictorum . . donavimus . . totum ius totamque proprietatem et dominium prenominatarum possessionum in ipsum Thomam woyuodam et suos heredes exnunc in perpetuum transferentes . . Datum per manus discreti viri magistri Andree prepositi Albensis aule nostre vicecancellarii dilecti et fidelis nostri, anno domini Millesimo CCC° XX^{mo} septimo, duodecimo kalendas Junii, regni autem nostri anno similiter vigesimo septimo; venerabilibus in Christo patribus dominis Bolezlao Strigoniensi et fratre Ladizlao Colocensi archiepiscopis, Johanne Nitriensis, Georgio de sancto Irineo, fratre Petro Boznensis, Benedicto Chanadiensis, Iwanka Waradiensis, Ladizlao Quinqueeclesiensis, Nicolao Jauriensis,

Herrico Wesprimiensis, Chanadino Agriensis et Andrea Transsilvane ecclesiarum episcopis ecclesias dei feliciter gubernantibus, magnificis viris Philippo palatino comite de Scepus et de Wyuar, Demetrio magistro tavarnicorum nostrorum comite Bachiensi et de Trinchinio, Alexandro iudice curie nostre, predicto Thoma woyuoda Transsilvano et comite de Zounuk, Mykch bano tocius Sclavonie, Paulo bano de Machou comite Sirmiensi de Wolkou et de Budrug, Johanne filio Bobanyk magistro tavarnicorum domine regine karissime consortis nostre, Stephano magistro agazonum nostrorum, Dionisio magistro dapiferorum nostrorum et Nicolao comite Posoniensi aliisque quampluribus regni nostri comitatus tenentibus et honores.

Vörös-kék selyem zsinóron függő csonka pecséttel, I. Lajos király ismeretes megerősítő záradékával is ellátva; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 695. 2. dipl. ltár: 2430. Közli: Nagy Gyula.

261.

1327. máj. 21. I. Károly király, szabadságlevele Szomolnok város részére.

Karolus .. rex .. ad universorum .. noticiam harum serie volumus pervenire, quod nos attendentes devocionis et fidei puritatem fidelium hospitum nostrorum de Semelnech .. considerantes eciam labores continuos et onera expensarum que ipsi ad honorem nostri culminis subiisse probantur .. cupientes eosdem favoris nostri et gracie plenitudine prosequi et amplecti .. interveniente consilio prelatorum et baronum nostrorum hanc eis graciam duximus faciendam, quod hiis omnibus et singulis libertatibus seu libertatum prerogativis quibus fideles hospites nostri de Sebnuchbanya suffulti pociuntur atque gaudent amodo in futurum pacifice et per omnia gratulentur et perpetuo perfruantur hospites de Semelnech supradicti . . Datum per manus discreti viri magistri Andree prepositi ecclesie Albensis aule nostre vicecancellarii dilecti et fidelis nostri, anno domini Millesimo CCC° XX° septimo, duodecimo kalendas Junii,

regni autem nostri anno similiter vigesimo septimo. Venerabilibus . . stb.*)

Vörös-zöld selyem zsinóron függő kettős pecséttel; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 451. 20. dipl. lt. 2417. Közli: Nagy Gyula.

262.

1327. Visegrád, máj. 21. I. Károly király Hollókő várát és tartozmányait Tamás erdélyi vajdának adományozván a beiktatásra a budai káptalant kiküldi.

Karolus . . rex . . capitulo ecclesie de Veteri Buda . . cum nos universas possessiones et castrum Hullouku vocatum Michaelis Mikus et Petri filiorum Petri fili Elie notoriorum infidelium nostrorum cum quodam castro Ztrahura dicto in comitatu Neugradiensi et alias ubique in regno nostro existentes . . pensatis fidelitatum laudedignis obsequis magnifici viri Thome voivode Transilvani et comitis de Zounuk filii quondam magistri Farcasii . . eidem . . contulerimus . . fidelitati vestre precipientes mandamus per presentes quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum quo presente Nicolaus de Golsa vel Petrus de Bezered altero absente homo noster accedens ad castra predicta et super faciem possessionum prefatarum infidelium nostrorum in dicto comitatu Neugradiensi et alibi existencium . . statuat ipsas ipsi Thome voivode perpetuo possidendas . . Datum in Wysegrad, in die Ascensionis Domini, anno eiusdem M° CCC° XX° septimo.

A budai káptalannak 1327. junius 4-diki jelentéséből; l. alább.

*) Az országnagyok neveit l. az előbbi 260. sz. a.

263.

1327. Visegrád, máj. 26. I. Károly király a köi káptalant kiküldi, hogy Nyék nevü Szerém vármegyei birtokba Tamás erdélyi vajdát iktassa be.

Karolus . . rex . . capitulo ecclesie de Kw . . fidelitati vestre firmiter damus in mandatis quatenus detis testimonium vestrum fide dignum coram quo Johannes dictus Feuldura vel Nicolaus filius Ladizlai altero absente homo noster perambulet et regambulet (így) possessionem Nyek vocatam in comitatu Syrimiensi existentem presentibus commetaneis . . et statuat magnifico viro Thome woyuode Transsilvano et comiti de Zonuk . . Datum in Wyssegrad, feria tercia proxima ante festum Pentecostes, anno domini M° CCC° XX° septimo.

A kői káptalannak erre 1327. aug. 19-én kelt jelentéséből; l. alább. Ugyanezen datum alatt (1327. máj. 26-án) hasonló iktató parancsot küldött I. Károly király a kői káptalanhoz Tamás vajda javára »possessionem Thamana vocatam et alias pertinentes ad eandem in comitatu Bachiensi existentem« illetőleg; l. alább a kői káptalan 1327. aug. 19-én kelt jelentését.

264.

1327. jun. 4. A budai káptalan átírván I. Károly királynak 1327. máj. 21-én kelt föntebb 262. sz. a. közölt rendeletét, Tamás erdélyi vajdának Hollókö várába és tartozmányaiba való beiktatásáról jelentését így folytatja.

Nos itaque . . cum predicto Nicolao de Golsa homine vestro hominem nostrum Jacobum videlicet presbiterum virum discretum socium et concanonicum nostrum pro testimonio duximus transmittendum . . qui retulerunt, ut secunda feria proxima post festum Ascensionis Domini ad facies possessionum et castrorum Michaelis Mikus et Petri filiorum Petri filii Elie ac ad easdem pertinentes in comitatu predicto existentes accessissent et easdem . . reambulassent et . . simulcum

predictis castris Hullouku et Ztrahura statuissent magnifico viro Thome voivode antedicto .. quarum scilicet metarum cursus inferius exprimuntur : prima et principalis meta terre Nogrymolch ad castrum Hollouku et Ztrahura pertinentis incipit a parte septemptrionali iuxta viam per quam itur ad Scechen que seperat a terris hereditariis eiusdem Thome voivode Kysrymolch vocatis ubi sunt due mete terree, post hec vadit ad partem occidentalem ad duas metas terreas quarum unius in medio est arbor piri iuxta villam Nogrimoch, deinde gradiens directe ad eandem plagam occidentalem per unam viam pervenit ad angulum virgulti ubi sunt tres mete terree quarum una separat terram Nogrimoch alia vero terram Kysrimoch et tercia terram Stephani dicti Vrdug a parte occidentali, deinde modicum girando versus partem meridionalem per unam viam venit ad finem predicti virgulti ad duas metas terreas in quarum medio est ipsa via predicta quarum scilicet metarum a parte septemtrionis una separat terram Stephani dicti Vrdug memorati alia vero a parte meridionali separat terram Nogrimoch, deinde tendit versus partem occidentalem iuxta terminum vel finem predicti virgulti et transiens angulum ipsius virgulti pervenit similiter ad duas metas terreas quarum una similiter separat terram Stephani supradicti et alia terram Nogrimoch, deinde per laterem cuiusdam montis pervenit sub angulo cuiusdam vinee ad duas metas terreas similiter communes cum Stephano dicto Vrdugh, adhuc ad eandem partem occidentalem in latere eiusdem montis pervenit similiter ad duas metas terreas distingventes terram Stephani et ibi deficit unitas terre Stephani sepedicti, item ibidem incipit tenere metas cum terra Wosyan a parte meridionali et de illa meta descendit de monte ad partem meridionalem modo directo ad rivulum Sybeky vocatum, deinde vadit supra paulisper per ipsum rivulum ad partem occidentalem et de ipso rivulo exiens ascendit ad montem Kumal dictum versus meridiem et ibi vicinatur cum terra Sypek que, inquam, terra Sypek stat a parte occidentali a parte vero meridionali seu orientali est terra Nogrimoch, deinde eundo per magnum spacium in vertice montis iam dicti flectitur et descendit versus partem meridionalem in-

tratque ad rivulum Sypek que descendit de Sypek ad Nogrimoch et de ipso rivulo iterato versus eandem partem ad unum verticem montis ascendendo pervenit ad duas metas terreas sub arbore Tul cruce signata existentes ibique vicinatur cum terris quondam castri Ztrahura a parte orientali a parte vero occidentali cum terra Sypek sepedicta, deinde descendendo de ipso vertice montis cadit ad fluvium Sypek et ibi transit fluvium versus partem meridionalem et ascendit directe ad magnum montem ibique in vertice montis sunt due mete quarum una est terrea alia vero arborea tulfa supra Sypekteluk, abhinc tendit versus eandem partem meridionalem et iuxta descensum montis pervenit ad duas arbores tulfa, deinde descendit ad predictum rivulum Sypek versus eandem partem et per illum rivulum Sypek vadit supra versus partem orientalem ubi est terra Ztrahura a parte vero occidentali remanebit terra Sypek, item exit de ipso fluvio ad partem occidentalem ad metam terream cum lapide circumfusam et ibi circa ipsam metam est nemus Bababyke a parte meridionali pertinens ad Ztrahura et post hec vadit contra meridiem directe circa Bababyke ad montem venit ad caput Bababyke per viam antiquam in qua itur ad Hothuon ibique est meta terrea et arbor tulfa cruce signata iuxta metam veterem, deinde per illam viam vadit ad orientem per magnum spacium transeundo venit ad duas metas terreas, deinde per eandem viam vadit a parte meridionali ad Kuhnaheg et post hec venit ad caput fluvii Egrus ibique deficit vicinitas terre Sypek et parum eundo vicinatur cum terra Kuthasou ubi est arbor kercina cruce signata pro meta ibique vicinatur cum terra Scenthyuan, deinde declinat ad partem orientalem per unam parvam viam qua ascendit ad unum monticulum et veniendo per ipsam parvam viam usque montem Werusku a parte septemtrionis declinat versus eandem partem septemtrionalem de angulo et per verticem montis quod vulgo berch dicitur vicinatur cum terris nobilium de Toldy et post hec venit et transcurrit ad domum Ded et de domo ipsius Ded divertit se iterato ad partem orientalem prevenitque ad Lypunafew et de Lipunafeu ascendit ad montem ad terram scilicet castri Hullouku iterato ibique deficit terminus terre Ztrahura a parte meridionali;

deinde descendit ad Zekelchepataka ad partem orientalem que separat terram castri Hullouku a terris nobilium de Toldy a parte scilicet meridionali est terra nobilium de Toldy a parte vero septemtrionis remanebit terra castri Hullouku, item per ipsum Zekelchepatok vadit supra versus partem septemtrionalem eundoque per magnum spacium de ipso Zekelchepotok vadit sive vergit contra orientem ascenditque ad montem et inibi est meta lapidea circumfusa in medioque est arbor tulfa et alia kercina cruce signata versus meridiemque est terra Toth et Rawaz a parte vero septemtrionis est terra castri Hullouku, post hec descendit de monte et venit iterato ad orientem ad unam metam terream, deinde vadit ad kuesut, et dehinc descendit ad orientem ad fluvium Sun ubi deficit vicinitas nobilium de Tholdy, ibique vicinatur cum terra ecclesie de Garaab a parte meridionali est terra ecclesie predicte a parte vero septemtrionali et occidentali est terra prefati castri, et cadendo ad fluvium Swn vadit supra versus Sunteluk ad partem septemtrionis et iterato vertit se ad orientem per eundem fluvium Swn agreditur et venit usque ad Almasteluk et ibi transit fluvium Swn ad partem meridionalem directe ad Zyluasberuk, deinde ascendit ad montem Rudas vocatum et descendit ad unam viam per ipsamque viam transit ad unam vallem ad plagam meridionalem ibique ascendit ad montem Saturus dictum et ibi in vertice ipsius montis circa lacum est meta lapidea que a parte occidentali separat terram ecclesie de Garaab a parte meridionali terram Zeleus a parte vero orientali terram Barkan ac a parte septemtrionali terram Almas ad castrum Hullouku pertinentem, deinde vertit se ad partem septemtrionalem per trabem ipsius montis Saturus pervenit a parte orientali supra hochfa in berch, deinde declinat ad partem occidentalem et ibi separat terram Meger a parte septemtrionis, deinde circuit versus partem iterato occidentalem et circa Kysalmas divertit se ad partem meridionalem ibique cadit ad parvam viam per quam itur ad Lucen et per ipsam parvam viam vadit iterato ad plagam occidentalem ibique pervenit iterato ad Swnteluk ibique tenet metas a parte septemtrionis cum possessione Looch, abhinc divertendo se ad partem orientalem ad quandam viam magnam et de illa magna via exten-

dit se ad unum berch et sic per illum berch iterato versus partem septemtrionalem tendit per montes limitacionis inter Nogrimoch et Looch usque Warad ibique vicinatur cum terra de Zechen a parte septemtrionis, per rivulum autem venit ad partem occidentalem usque metas terre Nogrymoch et de rivulo exit ad septemtrionem transitque viam magnam priorem pervenitque ad locum primum . . Datum feria quinta proxima post festum Penthecostes, anno domini Millesimo CCC° XX° septimo.

I. Károly király 1327. sept. 9-iki megerősítő átiratából, melyet Fejér is közöl i. m. VIII. 4. 656 l.; ennek eredetije megvan az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 435. 1. dipl. lt. 2418. Közli: Vincze Gábor.

265.

1327. jun. 4. A budai káptalan I. Károly királynak jelenti, hogy Boglaskő Nógrád vármegyei birtokba és tartozmányaiba Tamás erdélyi vajdát beiktatta.

Karolo . . regi Hungarie capitulum Budensis ecclesie . litteras vestre serenitatis noveritis nos recepisse tenorem huiusmodi continentes: (következik I. Károly király oklevele, melyben a budai káptalant kiküldi, hogy Eliásfi Péter fiának Péternek Boglaskő nevű birtokába és tartozmányaiba Tamás erdélyi vajdát iktassa be; a királyi meghagyás tartalma és kelte megegyez a föntebb 262. sz. a. közölt oklevél tartalmával és keltével.) Nos itaque . . cum predicto Nicolao de Galsa homine vestro nostrum hominem Jacobum videlicet presbiterum socium et concanonicum nostrum . . pro testimonio duximus transmittendum qui . . retulerunt quod ipsi feria quarta proxima post festum Ascensionis domini ad facies possessionum Bogloskw Luchunch et Eperies Zanasteluk et Izbische vocatas Petri filii Petri filii Elye in comitatu Neugradiensi existentes accessissent et easdem . . reambulassent et statuissent magnifico viro Thome voivode Transilvano et comiti de Zonuk perpetuo possidendas, quarum quidem terrarum seu possessionum Bogloskw Eperies et Zanasteluk meta prima incipit a parte orientali in uno beerch supra ar-

borem piri tenditque versus meridiem ad pratum quoddam in vicinitate possessionis Elye filii Nicolai Taryan vocate a parte orientis et transit ipsum pratum ascenditque ad montem per unum beerch et vadit per unam viam versus eandem partem et pervenit ad arbores silices pro metis positas, post hec vadit per illum beerch et in fine montis de vertice descendit ad rivulum Taryan circa Fyuzes, exiendo autem de rivulo versus partem quasi deponentalem ascendit ad montem ibique separat a parte orientis terram Taryan a terra Eperies et in ascensu montis ipsa terra Eperies vicinatur cum terra Johannis filii Pauli, ascendendo itaque ad montem tendit iterato versus meridionalem vadit et circuit ipsum montem a parte meridionali pervenitque divertendo usque Kumel ad partem septemtrionem et circa Kumel descendit ad rivulum Zanasy ad partem occidentalem et ibi vicinatur cum terra Elye filii Nicolai supradicti a parte meridionali, deinde ascendit ad montem ad partem occidentalem circa vicinitatem eiusdem Elye in vertice eiusdem montis vicinatur cum terris filiorum Stephani ubi est meta terrea, abhinc divertit se versus septemtrionem et descendit de monte ad ipsum rivulum Zanasy iuxta sessiones eiusdem Zanasteluk a parte occidentali transiendoque ipsum rivulum ascendit ad montem ubi in latere montis sunt due mete terree abhinc ad occidentalem et per verticem montis vadit directe ad eandem partem et per eundem verticem pervenit ad metas terreas, deinde tendit versus eandem partem et venit ad viam per quam itur ad Bogloskw ibique in divisione ipsius vie sunt terree mete cum arboribus silicum que scilicet mete separant terras filiorum Stephani, transiendoque ipsam viam versus orientem graditur per magnum spacium per silvas et montes pervenitque ad caput unius vallis que a parte septemtrionis et occidentis separant terras filiorum Stephani a terris Zanas et Eperies que sunt ad eandem Bogloskw pertinentes et ibi deficit vicinitas filiorum Stephani predictorum, et post hec ipsa terra Bogloskw incipit tenere metas a parte septemtrionali cum terris Elye predicti vergensque deinde directe per montem et vallem ad orientem et de monte ad unam metam terream in qua est arbor silicis et descendendo de monte transit quoddam pratum

et rivulum iuxta arbores prunarum et pervenit ad unam metam terream in pede montis iuxta verticem que ascendit ad montem et ibi in vertice montis sunt due mete terree, deinde ad eandem partem in beerch eiusdem montis per magnum spacium ascendendo pervenit similiter ad duas metas terreas que separant terram Bogloskv a parte montis Karanch a terra Elye predicti, deinde descendit de monte ad vallem et iterato ascendit versus eandem partem orientis ad unum verticem ibique est meta terrea et de vertice divertit se ad partem meridionalem versus Bogloskv, a parte septemtrionis est terra Elye a parte vero meridionali remanebit terra Bogloskv que est eiusdem Thome voivode vaditque per magnum spacium versus Bogloskw per eundem beerch descenditque de ipso beerch contra locum castri Bogloskw et pervenit ad quoddam (így) puteum supra arborem nucis a parte orientali ad priorem locum arborem piri ubi capitalis meta Bogloskv predicte erat inchoata; item prima meta terre seu possessionis Luchunch ad eandem Bogloskv pertinentis incipit a parte orientali in fluvio Luchunch ubi ultra fluvium a parte orientali vicinatur cum terra abbatis de eadem Luchunch et supra molendinum Mathey exit de ipso fluvio ad partem orientalem et ibi cadendo in Kvzeper vicinatur cum terra Petri filii Byter ab ipsa parte orientali descendendoque per ipsum fluvium Kuzeper ad partem quasi meridionalem tendit usque molendinum paulum et infra ipsum molendinum transit predictum fluvium Luchunch iterato versus partem meridionalem et per quoddam pratum discurrit ad unam metam terream, abhinc pratum transpassato tendit quasi versus partem deponentalem ad campum et pervenit ad unam metam terream, post hec versus eandem partem pervenit similiter ad unam metam terream in terras arabiles erga vicinitatem Petri supradicti, deinde gradiens directe vadit similiter ad unam metam terream paululum procedendo iuxta quandam magnam viam versus eandem partem iterato venit ad unam metam terream, divertit se abinde versus partem quasi deponentalem et pervenit ad unum locum Machala vocatum ubi est meta terrea, deinde gradiens versus partem meridionalem pervenit similiter ad unam metam terream inter terras arabiles, deinde divertit se

ad partem occidentalem et in fine unius parvi virgulti est meta terrea ibique deficit vicinitas a parte meridionali terre Petri filii Byter supradicti et iam vicinatur cum terra filiorum Dyonisii de Luchunch 'a parte meridionali inter virgultum, abhinc pervenit ad magnam viam transiendo ipsam viam ascendit ad verticem iuxta unum virgultum ad duas metas terreas antiquas iuxta quas sunt due mete terree de novo erecte, deinde vadit ad partem septemtrionem ad quandam parvam vallem iuxta virgultum pervenit ad unam metam terream de novo erectam in qua est arbor rakatyafa, abhinc vertit se ad partem orientalem versus villam Luchunch transeundo virgultum pervenit ad pedes terrarum arabilium prope villam iam dictam Luchunch ubi est meta ex novo erecta, deinde vertit ad partem septemtrionem ad parum versus ecclesiam sancti Nicolai de Luchunch et ibi pervenit ad terminum spineti, abhinc vadit ad partem eandem et ibi in descensu unius parvi verticis est meta terrea, post hec descendendo infra et circa villam pervenit ad Fyzmege dictum, deinde cadit ad magnam viam et per illam viam intrat ad villam Luchunch per unum fluvium et viam que ducit ad plateam ville Luchunch supradicte et iste mete exteriores usque villam predictam separant a parte meridionali et eciam a parte occidentali terras filiorum Dyonisii prefatorum a parte vero orientali et septemtrionali terram domini voivode iamdicti et circa magnam viam per quam intrat ad plateam ville seu civitatis Luchunch et ibi intrat ad fluvium Tugar exitque de ipso fluvio ad partem septemtrionalem recte ad arbores pirorum que sunt retro villam domini Thome voivode supra fossatum quod est in circuitu civitatis Luchunch per illumque fossatum vadit ad partem septemtrionem usque finem civitatis et ibi vertit se ad magnam viam ubi circa ipsam magnam viam est meta terrea, deinde per eandem viam vadit ad eandem partem ubi sunt similiter mete terree ibique intrat ad fluvium Luchunch ad locum priorem videlicet ad metam capitalem ibique terminantur mete et distincciones terre seu possessionis Luchunch; ceterum prima meta terre seu possessionis Izbysche incipit in silva Erdeuhat dicta per veteres metas et antiquas vicinatur terre seu possessioni Elye filii Nicolai de Golgov et

metatim transeundo usque terram Nicolai filii Beke, deinde autem per veteres metas videlicet terreas et arboreas quam plurimas circuendo pervenit a parte septemtrionali ad plagam meridionalem inter terram Nicolai filii Beke et terram Elye filii Nicolai et sic circuendo ad occidentalem pervenit ad primam metam . . Datum feria quinta proxima post festum Penthecostes, anno domini M° CCC° XX° septimo.

I. Károly király 1327. sept. 9-iki megerősítő átiratából, melynek eredetije megvan az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 729. 4. dipl. ltár: 6081. Közli: Vincze Gábor.

266.

1327. jun. 4. A budai káptalan I. Károly királynak jelenti, hogy Alpugh Felpugh és Ujnyerges nevü Nógrád vármegyei birtokokba Tamás erdélyi vajdát beiktatta.

. . Karolo . . . regi Hungarie capitulum Budensis ecclesie . . litteras serenitatis vestre recepisse nos noveritis tenorem huiusmodi continentes. : (következik I. Károly oklevele, hogy a budai káptalan Endere fiainak mint hütleneknek Olpugh Felpugh és Vynerges nevü Nógrád vármegyei birtokaiba Tamás erdélyi vajdát iktassa be; az oklevél tartalma és kelte megegyez a föntebb 262. sz. a. közölt oklevél tartalmával és keltével.) Nos itaque . . cum predicto Nicolao de Golsa homine vestro nostrum hominem Jacobum videlicet presbiterum socium et concanonicum nostrum pro testimonio duximus destinandum qui . . retulerunt quod ipsi tercia feria proxima post festum Ascensionis domini ad facies possessionum Stephani Endre et Andree filiorum Endere Olpugh Felpugh et Vynerges vocatarum in comitatu Neugradiensi existencium accessissent et easdem . . reambulando . . statuissent predicto Thome voivode perpetuo possidendas . . quarum cursus metarum hoc ordine distinguuntur, videlicet quod meta terre Olpug incipit a parte orientali in uno monticulo ubi sunt mete terree cum possessione eiusdem Thome voivode Dalyan vocata et descendit de ipso monticulo ad partem occidentalem ad fluvium Menuspatak ibique est nemus et ibidem in nemore est

arbor tulfa pro meta assignata, exeundoque de fluvio et de nemore tendit versus eandem partem et ascendit ad unum montem ibique in ascensu montis est meta zylhatar vocata que scilicet meta separat a terra Dalyan prenotata a parte meridionali, et deinde incipit tenere metas cum villa Pesthen, ascendendo ad montem vadit contra occidentem ubi sunt due mete terree circumfuse quarum una separat terram Pesthen et alia terram Olpug, abhinc incipit metas tenere cum terra ville Ladan ad eandem partem ubi se vertit per eundem montem versus septemtrionem et pervenit ad duas metas terreas quarum unius mete in medio sunt due arbores tulfa, deinde tendit versus eandem partem ad unam viam iuxta quam sunt due mete terree cum arboribus tulfa, abhinc vadit directe ad eandem partem pervenitque ad unam metam terream in qua est arbor tulfa, abhinc tendit versus eandem partem et pervenit similiter ad duas metas terreas, deinde descendit ad vallem et ascendit ad unam metam terream ad montem ubi pervenit ad arborem kertyani, post hec descendit ad dictam terram Vynergespotok et transit ipsum potok ubi sunt due mete terree de novo erecte iuxta veteres metas, deinde gradiens directe separat terram Vynerges a terra Onerges ita videlicet quod a parte occidentali est terra Onerges vocata Petri filii Byter a parte vero orientali est terra Vynerges vocata dicti Tome voivode, et vadit modo premisso ad partem septemtrionalem ascendendoque ad montem ubi sunt due mete terree de novo erecte sub arbore quercus que separant terram Zakol ita videlicet quod a parte orientali est terra Wynerges a parte vero occidentali est terra Onerges et a parte septemtrionali remanebit dicta terra Zakol, deinde venit ad magnam viam et per illam metatim tendit usque dum vicinatur terre Pelen ibique sunt tres mete terree que separant istas terras scilicet a parte septemtrionali terram Zokol et terram Andree dicti Lotou a parte vero orientali terram Pelen et a parte meridionali terram Pugh, abhinc iuxta vicinitatem terre Pelem a parte occidentali divertit se et descendit de monte ad partem meridionalem veniendo metatim ad viam per quam transit ad unum rivulum et per illum rivulum pervenit ad arborem silicis et de arbore versus eandem partem meridiona-

lem intrat rivulum Menuspotok dictum venitque ad partem occidentalem per magnum spacium descendendo, et post hec exit de ipso fluvio Menuspotok versus partem meridionalem ascendendo montem vicinatur iterato cum terra Dalan que est eiusdem voivode hereditaria, abhinc flectitur ad priorem metam ibique distincciones et cursus metarum predictarum terrarum seu possessionum terminantur. Datum quinta feria proxima post festum Penthecostes, anno domini Millesimo CCC° XX° septimo.

I. Károly király 1327. sept. 9-iki megerősítő átiratából, melynek eredetije megvan az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 333. 15. dipl. ltár: 2434. Közli: Vincze Gábor.

267.

1327. jun. 5. A budai káptalan I. Károly királynak jelenti, hogy Sztregova, Ráros és Harkány nevü Nógrád vármegyei birtokokba Tamás erdélyi vajdát beiktatta.

.. Karolo .. regi .. capitulum ecclesie beati Petri de Buda Veteri .. litteras vestre serenitatis noveritis nos recepisse hunc tenorem continentes: (következik I. Károly király oklevele, melyben a budai káptalant kiküldi, hogy Abafi István fiainak, Domokosnak Abának és Jánosnak mint hütleneknek Ztrigua, Karous és Harkyan nevü Nógrád vármegyei birtokaiba Tamás erdélyi vajdát iktassa be ; az oklevél egyéb tartalmára és keltére nézve megegyez a föntebb 262. sz. a foglalttal.). Nos itaque .. cum predicto Nicolao de Golsa homine vestro nostrum hominum Jacobum videlicet presbiterum socium et concanonicum nostrum pro testimonio transmisimus .. qui demum ad nos reversi .. retulerunt ut sabbato proximo post festum Ascensionis domini ad facies prefatarum possessionum Ztrigua Rarous et Harkyan ac ad easdem pertinencium in iam dicto comitatu existencium accessissent .. reambulassent easdem et .. statuissent prefato Thome voivode Transilvano et comiti de Zonuk .. quarum quidem terrarum mete seu distincciones inferius declarantur: prima meta terre Ztrigua incipit a parte occidentali de fluvio Ztrigua et

tendit versus orientem ad duas arbores pirorum pro metis assignatas et dehinc vadit ad arborem kercinam cruce signatam, abhinc gradiens directo modo ad eandem partem iterato venit ad unam arborem kercinam sub qua est meta terrea antiqua in vertice et descendit de vertice ad fluvium Porocha que mete scilicet separant a parte septemtrionali a terra filiorum Sebastiani, ubi cadit ad ipsum fluvium Porocha et per ipsum fluvium tendit supra ad eandem partem per magnum spacium usque Lykosku pro meta assignata, inde vertit se ad monticulum exeundo de ipso fluvio vaditque versus plagam orientalem per magnum spacium per metodum transitque ibi viam per quam itur ad Luchunch et venit ad unam arborem kercinam cruce signatam sub pede terre arabilis, deinde versus eandem partem orientalem ibique descendit ad rivulum Lyborche que separat a terris hereditariis eiusdem Thome voivode Lyburche nuncupate a parte septemtrionali, item exit de ipso fluvio versus eandem partem orientalem et ascendit ad montem ubi pervenit ad Kwesberch ibique vicinatur cum possessione Stephani filii Dyonisii retro ipsam Kwesberch et cum eadem terra Lyburche que est eiusdem Thome voivode hereditaria ut prehabitum est, et abhinc versus partem meridionalem per ipsum berch descendit ad terram Dalyow a parte orientali remanet terra Dalyow predicta a parte vero meridionali et occidentali terra Ztrygua, deinde venit ad partem meridionalem ad unam arborem kercinam et deinde ad unum rivulum pervenitque per ipsum rivulum usque ad metas terre ville Rarous et abhinc de metis terre Rarous exit de ipso rivulo ad partem orientalem et ascendit ibi ad montem transeundoque montem descendit ad vallem, abhinc iterato ascendit ad alium montem et deinde per verticem eiusdem montis descendit et intrat ad fluvium Ipul ibique a parte orientali habebit metas cum terra Theurinch et per ipsum fluvium Ipul flectitur et declinat se usque terras seu possessiones Symonis filii Petri, deinde de fluvio Ipul exeundo circa fluvium Zlatnatu ad partem occidentalem ubi contiguatur cum terra Symonis filii Petri antedicti, abhinc ascendit ad laterem (így) montis Rarous ad partem septemtrionalem et circa laterem predicti montis per terram directam tendit ver-

sus partem occidentalem ibique pervenit ad unum puteum pro meta assignatum, deinde transeundo puteum circa eundem montem vergit usque Dobronabukocha potoka, abhinc vertit se non ultra transeundo ipsum potok ad partem meridionalem ibique est meta terrea et abhinc transeundo ipsam metam iterato intrat ad fluvium Zlatna ibique deficit vicinitas terre Symonis, abhinc per ipsum fluvium Zlatna gradiendo supra venit ad sessionem Lupusrew nominatam versus plagam occidentalem ibique vicinatur terre archiepiscopi Strigoniensis a parte occidentali, deinde tendit versus septemtrionem et pervenit circa Bukochapotok a duas metas terreas antiquas et ibi vicinatur terre Petri dicti Fogas, abinde intrat ad ipsum Bukochapotok et tendit aliquantulum versus occidentalem et de ipsa Bukochapotok vadit contra septemtrionem ascendendo ad montem et per trabem eiusdem montis sunt due mete terree, deinde versus eandem partem directe procedendo pervenit ad unum lacum modicellum et de illo lacu ad alium per verticem ipsius montis versus eandem partem septemtrionalem, de alio ad tercium de tercio ad quartum metatim, tamen de quarto lacu ad quintum de quinto autem pervenit ad bivium iuxta vicinitatem eiusdem Petri dicti Fogas ibique sunt tres mete terree, abhinc de bivio ad arborem piri pro meta statutam et ibi deficit vicinitas terre Petri dicti Fogas et vicinatur cum terris filiorum Sebastiani, deinde ad arborem piri et post hec ad arborem silicis versus orientem divertendo et de arbore silicis ad arborem piri ubi est meta de novo erecta, de arbore autem piri intrat iterato ad fluvium Ztrigua ad locum priorem et sic terminantur mete et distincciones terrarum predictarum separando seu distinguendo se a terris filiorum Sebastiani; preterea mete et distincciones terre Harkyan hoc ordine distinguuntur: videlicet prima meta incipit de fluvio Ztrigua prope villam Boruznuk a parte occidentali et per ipsum fluvium tendit supra usque dum vicinatur cum metis silvarum de Zolum et ab alia parte fluvii Ztrigua videlicet a parte occidentali est terra Petri filii Byter a parte vero orientali stat terra Boruznuk Harkyan et ad Ztrigua pertinens que sunt terre eiusdem Thome voivode, deinde supra usque ad silvam eundo metatim per ipsum fluvium Strigua exeundoque de

fluvio illo versus partem septemtrionalem ibique vicinatur cum possessionibus filiorum Dyonisii et tenet metas usque dum vertit se ad partem orientalem et ibi vicinatur cum possessione eiusdem Thome voivode Lyburche vocata et metatim pervenitur iterato ad primam metam ad fluvium et ibi terminantur cursus et distincciones metarum terre Harkyan et Boruznuk supradicte. Datum sexta feria proxima ante festum Trinitatis, anno eiusdem (így) M° CCC° vicesimo septimo.

I. Károly királynak 1327. sept. 9-iki megerősítő átiratából, melynek eredetije megvan az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 681. 11. dipl. ltár: 2420. Közli: Vincze Gábor.

268.

1327. jun. 6. A budai káptalan I. Károly királynak jelenti, hogy Ztrahora Kovácsi és Varsány nevü Nógrád vármegyei birtokokba Tamás erdélyi vajdát beiktatta.

.. Karolo .. regi Hungarie capitulum ecclesie beati Petri de Veteri Buda .. litteras vestre excellencie noveritis nos recepisse .. hunc tenorem continentes: (következik I. Károly rendelete, hogy a budai káptalan »Michaelis filii Petri Ztrahura et Koachy« nevü birtokaiba »iuxta fluvium Ipul item Nicolai dicti Cherep Andree et Petri filiorum Micaelis et Stephani nigri Keet Vossyan« nevü birtokaiba Tamás erdélyi vajdát iktassa be; az oklevél többi tartalma, valamint kelte ugyanaz mint föntebb 262. sz. a. foglaltatik.) Nos itaque .. cum prescripto Nicolao de Golsa hominem nostrum virum discretum Jacobum presbiterum socium et concanonicum nostrum pro testimonio transmisimus, qui demum ad nos reversi retulerunt quod ipsi secunda feria proxima post festum Penthecostes ad facies prefatarum possessionum infidelium vestrorum Mycaelis filii Petri de Ztrahora Nicolai dicti Cherep Andree et Petri filiorum Mycaelis ac Stephani Nigri Kwachy et Keet Wossyan vocatarum in dicto comitatu Neugradiensi existencium accessissent .. reambulassent easdem et statuissent prefato Thome voivode Transilvano et comiti de Zonuk .. quarum quidem terrarum seu possessionum Kwachy et Keeth Wos-

syán nuncupatarum mete hoc ordine distingvuntur: prima videlicet meta terre Kwachy incipit a parte orientali de fluvio Ypul iuxta arborem piri et vicinatur cum terra Kyworth, inde tendit versus occidentalem partem et venit ad duas metas terreas circa viam, posthec vertit se versus septemtrionem ad metodum et circa terras arabiles in campo pervenit ad duas metas terreas, abhinc vadit per spinetum in campo quod vulgo Tuysmege vocatur, deinde vadit versus eandem partem ascendendo ad laterem montis et per laterem montis parum divertendo descendit ad vallem et transeundo vallem pervenit ad arborem piri ubi est meta terrea de novo erecta, abhinc ascendit ad montem et pervenit ad unum lacum in vertice montis quod vulgo Soussar appellatur ubi est meta terrea, deinde tendit versus partem eandem per montem qui vulgo berch dicitur et pervenit ad antiquas metas terreas, deinde ascendit ad verticem ubi sunt tres mete terree quarum una separat terram Kyrth a parte orientali secunda meta separat terram Zobor a parte septemtrionali et tercia terram Lewasteluk ad eandem Kwachy pertinentem a parte occidentali et sic deficit vicinitas terre Kyrth et incipit tenere ipsa terra Lewasteluk cum terra Zobur a parte septemtrionali et vertit se abhinc versus occidentalem et per montem circuendo venit ad metam terream antiquam ubi est erecta nova iuxta eandem, deinde divertit se versus meridionalem partem descendendo ad vallem pervenitque ad arborem piri ubi est meta terrea, deinde per eandem vallem ad pratum cum rivulo vadit circa vicinitatem terre Nicolai dicti Mezes egreditur infra ad viam et devenit ad unum Sedpataklewasy dictum ubi circa eandem sunt due mete terree, abhinc transeundo ipsum potok ad meridionalem partem per eandem viam tendit prope fluvium Ipul iuxta vicinitatem terre eiusdem Nicolai dicti Mezes a parte occidentali, abhinc per ipsam viam veniendo devenit ad duas metas terreas, ibique deficit vicinitas terre predicti Nicolai Mezes dicti et iuxta metas ipsas terreas vadit paulisper per unam viam parvam ad orientem et ibi cadit ad Lewaspatak et per eandem Lewaspatak tendit versus meridiem usque fluvium Ipul circa vicinitatem terre archiepiscopi sancte ecclesie Strigoniensis et ibi intrat ad fluvium Ipul per ipsum-

que fluvium Ipul eundo supra ad orintem pervenit ad priorem locum ibique deficit et terminatur cursus metarum terre Kwachy et Lewasteluk que fuerunt Mycaelis filii Petri de Ztrahora antedicti; ceterum cursus et distincciones mete terrarum Keetwossyan que fuerunt prefatorum Nicolai dicti Cherep Andree et Petri filiorum Mycaelis ac Stephani Nigri taliter distingvuntur: prima scilicet meta incipit a parte orientali iuxta rivulum et pratum Kysrymachy ubi est meta terrea, deinde venit ad arborem nyarfa pro meta positam versus partem occidentalem que mete a parte orientali separant terram Drasdol a parte vero meridionali terràm Stephani dicti Vrdug a parte vero septemtrionali terram dicti Thome voivode, deinde tendit ad partem occidentalem tandem pervenit ad metam terream que est sub pede terrarum arabilium versus meridiem iuxta pratum, abbinc gradiendo ascendit versus partem eandem ad arborem tulfa ubi sunt due mete terree circumfuse, deinde tendit versus eandem partem devenit ad arborem tulfa, abbinc iterato ad arborem silicis ubi sunt due mete terree et iuxta silvam eundo pervenit iterato ad duas metas terreas cum arbore silicis, deinde transiens prope ipsam silvam versus meridiem per metas antiquas ad partem occidentalem supra sessionem Stephani antedicti intrat alinquantulum ad silvam et vadit per fossatum ad duas metas terreas cum arbore kercina, post hec in parvo campo pervenit iterato ad duas metas terreas, deinde metatim veniendo in quadam via pervenit ad duas metas terreas ubi declinat se pervertendo de parte occidentali a partem meridionalem versus montes graditurque per methodum pervenit ad duas metas antiquas iuxta quas due mete de novo sunt erecte, abbinc descendit ad angulum Fuzesberuk per pratum ubi est una meta terrea et sic ibi cadit ad Wassyanpatak transeundoque ipsum Wossyampotok ad meridionalem partem intrat ad silvam ubi sunt mete terree circumfuse circa prunas sub arbore piri, post hec ascendit ad montem et in vertice montis est arbor silicis cruce signata pro meta, deinde vadit ad unam metam terream ubi vicinatur cum terra Noghrymoch ibi eciam deficit vicinitas terre Stephani antedicti, a parte meridionali et occidentali ac septemtrionali est terra Woyssyan

que est eiusdem Thome voivode a parte vero orientali remanebit terra Stephani dicti Vrdugh, iamque ipsa meta terre Wossyan tendit ad partem meridionalem ad fluvium Sipek iuxta vicinitatem eiusdem terre Nogrymoch et per illum fluvium Sypeek tendit versus partem quasi deponentalem ascendendo pervenit in monte ad duas metas terreas ibique est arbor scilicis que scilicet mete separant terram Wossyan a terra Sypeek a parte vero meridionali vicinatur cum terris nobilium de Taab, post hec divertit se ad partem septemtrionalem circa vicinitatem terre Taab descendendo de monte ad pratum et ibi in valle iuxta Fuzesberuk sunt due mete terree, deinde metatim veniendo ascendit montem et in vertice montis pervenit ad metas terreas, abhinc tendit versus eandem partem in eodem monte est meta terrea et in latere montis est similiter meta terrea, deinde descendit de monte versus septemtrionem pervenit ad magnam arborem kercinam ubi est meta terrea, abhinc descendit ad rivulum per pratum transeundoque rivulum pervenit ad duas metas terreas antiquas, post hec gradiendo directe usque magnam viam et per illam viam tendit ad partem occidentalem ad quatuor arbores pirorum, deinde vertit se iterato ad partem septemtrionis ad laterem montis versusque partem meridionalem circuit vallem Gymulchus a parte vero septemtrionali pervenit in capite eiusdem vallis Gymelchus per antiquas metas metatim eundo ad arborem silicis et sub ipsa arbore silicis sunt due mete de novo erecte que quidem mete separant terram Wossyan a parte meridionali et occidentali a terra Wossyan, et ibi deficit vicinitas terre Taab et demum ipse possessiones Keet Wossyan incipiunt tenere metas cum terra Nogchytar a parte occidentali que est terra eiusdem Thome voivode hereditaria et a parte septemtrionali vicinatur terre Almas a parte vero orientali cum possessione Zechen per continuas metas circuendo et gradiendo que sunt similiter hereditarie possessiones eiusdem domini voivode et ita metatim per veteres metas et antiquas deveniendo pervenit ad locum priorem ibique distincciones seu cursus metarum possessionum prescriptarum terminantur. Datum sabbato proximo post festum Penthecostes, anno domini M° CCC° vicesimo septimo.

I. Károly király 1327. september 9-iki átiratából, melyet közöl Fejér id m. VIII. 4. 656., s melynek eredetije megvan az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 435. 2. dipl. ltár: 2423. Közli: Vincze Gábor.

269.

1327. Visegrád, jun. 12. I. Károly király az egri káptalant kiküldi, hogy Dezsőt Dama fivérét, Bereg vármegye főispánját, Nagybucsu Csombortelek és Csama nevü Beregh vármegyei birtokokba iktassa be.

Karolus.. rex.. capitulo Agriensis ecclesie.. noveritis quod magister Deseu frater Dama comes de Bereegh dilectus et fidelis noster ad nostram accedens presenciam et sue fidelitatis servicia fideliter nobis impensa proponens et declarans quasdam possessiones Nogbolchu Chomborteluke et Chama vocatas in qua quidem Nogbolchu ecclesia lapidea in honore beati Petri apostoli dicitur esse constructa in comitatu de Bereeg existentes asserens easdem fuisse quondam Nicolai et Johannis filiorum Michaelis hominum sine herede decedencium et ad nostram de iure collacionem pertinere a nobis sibi dari et conferri perpetuo postulavit, unde quia nobis de qualitate et quantitate ipsarum possessionum et utrum ad nostram pertineant collacionem nec ne, veritas non constat, fidelitati vestre mandantes precipimus quatenus vestrum mittatis hominem fidedignum pro testimonio coram quo Mathias filius Detrici vel Chepanus de Barlabas altero absente homo noster accedendo ad faciem predictarum possessionum vicinis et commetaneis earumdem convocatis reambulet easdem per veras metas et antiquas et si ad nostram collacionem easdem pertinere invenerit.. statuat predicto magistro Deseu perpetuo possidendas.. Datum in Wisegarad, feria sexta proxima post octavas Penthecostes, anno domini M° CCC° XX° VII°.

Az egri káptalannak 1327. jun. 28-ki átiratából; l. alább.

270.

1327. Visegrád, jun. 18. Sándor országbíró Kenéz comes egyik szolgája ellen Felicián mester szolgáját bizonyos emberölés ügyében Pozsony vármegye főispánja és birótársai előtt leteendő esküre kötelezi.

Nos comes Alexander iudex curie .. damus pro memoria, quod cum iuxta continenciam litterarum .. Nicolai comitis Posoniensis Nicolaus dictus Magnus serviens comitis Kenezi contra Peteu servientem magistri Feliciani super eo quod idem Peteu ad domum ipsius Nicolai potencialiter veniendo Kazmerium fratrem eiusdem Nicolai interfecerit *pugilem congressum*, idem vero Peteu super eo quod in interemcione eiusdem Kazmery inculpabilis fuerit pugilem *incongressum* contra sese quarta feria proxima ante festum Nativitatis beati Johannis Baptiste statuere debuissent isto die certaminis pugnaturos, adveniente itaque ipsa quarta feria iidem Nicolaus et Peteu propriis in personis comparendo pugilibus suis statutis super morte ipsius Kazmerii ad talem pacis ex nostra permissione devenerunt unionem quod eedem partes quintodecimo die a data presencium in presencia magistri Nicolai comitis Posoniensis et quatuor iudicum nobilium de eodem comparere tenebuntur et secundum quod idem comes et iudices condicionem et libertatem ipsius Kazmerii invenerint et investigacione habita diligenti secundum huiusmodi videlicet libertatem ipsius medietatem homagii seu homicidii premissi secundum eandem libertatem Kazmerii in eo videlicet quod in interemcione ipsius Kazmerii idem Peteu innoxius fuerit et immunis iuxta numerum personarum ut per eosdem comitem et iudices sibi fuerit impositum sacramento iuramenti se expurgare teneretur et deinde tocius facti seriem eedem partes in termino per sepenominatos comitem et iudices ad hoc partibus assignato nobis in litteris capituli, sibi ipsi solucio facta et ipsum iuramentum depositum fuerit, reportare tenebuntur; nihilominus idem magister Felicianus pro eodem Peteu usque extremam diffinicionem ipsius cause extitit fideiussor. Datum in

Alto Castro, quinta feria proxima ante festum Nativitatis beati Johannis Baptiste, anno domini M° CCC° XX° VII°.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 1671. 26. dipl. ltár: 2437. Közli: Vincze Gábor.

271.

1327. jun. 22. I. Károly király Tarköi Rikolf fiainak és társaiknak arany- és egyéb érczbányák mívelésére kiváltságot ad.

Karolus .. rex .. ad universorum noticiam .. volumus pervenire, quod licet ab antiquo observata regni nostri consvetudine requirente universe possessiones quorumcunque in ipso regno nostro existant in quibus aurum argentum et cuiuslibet alterius generis metalla emerserint et inventa fuerint proprietati ac dominio regie celsitudinis nostre applicari debeant et devolvi, tamen ne nostris temporibus nobis subiecti quibus ineffabili divina providencia pleno regiminis gubernaculo redimiti ac stipati feliciter presidemus per ablacionem ipsorum possessionum damna deplorent egestatis huiusmodi consvetudini lege servata clemencie misericorditer obviantes generaliter universis specialiter vero magistris Kokos Johanni et Rykolph filiis Rykolph item Johanni et Petro filiis Andree filii Palyan fidelibus nostris considerata devocionis et fidei ipsorum puritate quam ad nos et ad sacrum nostrum regni dyadema constanter habuisse dinoscuntur pensatisque fidelitatum meritoriis obsequiis que ipsos nobis exhibuisse cognovimus ac exacte diligencie studio exhibere sentimus in presenti necnon exhibituros pro firmo credimus in futurum, de regii culminis nostri affluencia que parcitatis avida et adunca tenacitate non consvevit coartari, hanc infrascriptam graciam duximus faciendam quod ubicunque in possessionibus ipsorum aurum aut argentum vel queque alia metalla poterunt inveniri terciam partem proventuum nostrorum solito more et antiquo iure in eisdem nobis proveniencium eisdem damus et dedimus conferimus et contulimus de gracia speciali omnes possessiones ipsorum quodcunque vel quecunque dictorum metallorum

continentes eis ut eorum existunt pure et simpliciter pacifice ac perpetuo possidendas relinquentes, et quia regia nobilitas illam sibi legem imponit ut quod sponte tribuit se debere estimet et nisi in beneficiis fidelibus iuxta votum largiendis continuum sumserit incrementum nil se putet prestitisse, nos ampliori favoris et gracie nostre plenitudine cupientes predictos filios Rykolph et Andree fideles nostros insignire prosequi ac fovere, universos ipsorum iobagiones populos seu rusticos in quibuslibet eorum possessionibus ubique parcium et comitatuum predicti regni nostri constitutis commorantes necnon et non possessionatos servientes suos solum iudicio eorumdem in omnibus causis et earum articulis tam criminalibus quam civilibus duximus committendos ita scilicet quod si qui aliquid accionis contra dictos iobagiones seu non possessionatos servientes eorumdem movere haberent necessario coram eis ordine iudiciario debeant experiri qui si in reddenda iusticia negligentes fuerint aut remissi non is contra quem agitur sed sepedicti fideles nostri ad nostram presenciam debeant evocari pro ipsorum iobagionibus vel servientibus coram nobis racionem querelantibus reddituri . . Datum per manus discreti viri magistri Andree prepositi ecclesie Albensis aule nostre vicecancellarii dilecti et fidelis nostri, anno domini Millesimo trecentesimo vigesimo septimo, decimo kalendas Julii, regni autem nostri anno similiter vigesimo septimo; venerabilibus in Christo patribus dominis Boleslao Strigoniensi et fratre Ladislao Colocensi archiepiscopis, Johanne Nitriensi, Georgio de Sancto Irineo, fratre Petro Boznensi, Benedicto Chanadiensi, Iwanka Waradiensi, Ladislao Quinqueecclesiensi, Nicolao Jauriensi, Chanadino Agriensi, Herrico Vesprimiensi, Ladizlao Zagrabiensi, Andrea Transsilvano ecclesiarum episcopis ecclesias dei feliciter gubernantibus, magnificis viris Philippo palatino comite de Scepus et de Wywar ac iudice comanorum. Demetrio magistro tawarnicorum nostrorum comite Bachiensi et Trinchiniensi ac castellano de Kereszeg, Alexandro iudice curie nostre, Thoma wayuoda Transsilvano et comite de Zounuk, Mykch bano tocius Sclavonie, Paulo bano de Machou comite Sirimiensi de Walkou et de Bodrug, Johanne filio Bobanik magistro tawarnicorum domine regine karissime con-

sortis nostre, Deseu iudice curie eiusdem domine regine, Dionisio dapiferorum nostrorum et Stephano agasonum nostrorum magistris ac Nicolao comite Posoniensi aliisque quampluribus regni nostri comitatus tenentibus et honores.

A szepesi káptalannak 1409. aug. 23-án »magister Johannes filius Johannis filii Rykolphi de Tarkew« részére kiadott átiratából, melynek eredetije megvan az orsz. ltár kincst. oszt. Mon. Pos. 51. 13. dipl. ltár: 2438. V. ö. Fejér i. m. VIII. 3. 198. Közli: Nagy Gyula.

272.

1327. jun. 28. Az egri káptalan I. Károly királynak 1327. jun. 12-én kelt, föntebb 269. sz. a. közölt, Dezsö Beregvármegyei föispán részére kiadott iktató parancsát átírja s a beiktatásról jelentését így folytatja:

Nos igitur .. cum predicto Mathia filio Detrici homine vestro nostrum misimus hominem videlicet magistrum Petrum nostrum subnotarium pro testimonio .. qui demum ad nos reversi nobis .. retulerunt quod quinta feria proxima post festum Nativitatis Johannis Baptiste iam preteritum ad faciem dictarum possessionum accedendo vicinis et commetaneis omnibus earumdem convocatis presentibus et specialiter Beke filio Stephani filii Wlpoch, Petro filio Marcelli de Machala, Nicolao filio Chomaz, Michaele filio Benedicti nobilibus de Gechche, Emrico filio Chepani, Petro filio Lawrencii, Andrea filio Nicolai nobilibus de Baccha item Arnoldo iudice de Luprehthzaza simulcum duodecim scabinis suis de eadem et Nicolao filio Petri de Kerechen, Tyba filio Theodorii de Gulaach et Nicolao filio Johannis de Pop iudicibus nobilium de eodem districtu Bereegh ibi personaliter comparentibus easdem possessiones vestre collacioni pertinere repertas per suas metas antiquas reambulassent et prefato magistro Deseu nullo contradictore existente statuissent perpetuo possidendas. Datum in dominica proxima post predictum festum beati Johannis Baptiste, anno supradicto.

I. Károly király 1327. aug. 29-ikén kiadott jeles alakú oklevelé-ből, mely szerint »consideratis fidelitatibus et fidelium serviciorum meritis predicti magistri Desew que nobis et regno nostro a tempore quo regnum nostrum Hungarie iure geniture nobis debitum intravimus in diversis nostris et regni nostri expedicionibus pro exaltacione nostri regiminis et honoris pro integracione et augmento rei publice ac reformacione pacis in regno in multis sumtuosis laboribus et personarum periculis pondus diei et estus nobiscum supportando cum sui proprii et serviencium suorum et proximorum sangvinis effusione in obsessionibus et expugnacionibus castrorum exhibuit et impendit« királyi adományát megerősíti. I. Károly király ezen jeles alakú oklevele megvan az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 744. 38. dipl. ltár: 2436. Közli: Vincze Gábor.

273.

1327. jun. 29. A győri káptalan átírja Boleszló esztergomi érseknek 1325-ki oklevelét a pannonhalmi apátság dienesdi csallóközi birtokának tizedmentességéről.

Capitulum Jauriensis ecclesie .. ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod religiosus vir et deo amabilis frater Wilhelmus prior monasterii sancti Martini de sacro monte Pannonie vice et nomine honorabilis et religiosi viri domini Nicolai miseracione divina abbatis loci eiusdem ad nostram presenciam accedendo exhibuit nobis quasdam litteras patentes domini Bolezlai eadem miseracione divina archiepiscopi Strigoniensis locique eiusdem comitis perpetui super quibusdam villis seu decimis villarum et specialiter villa Dyenes vocata in Chollokuz existenti confectas petens ac supplicans ut tenorem earumdem litterarum presentibus litteris privilegialibus inseri faceremus uberiorem ad cautelam, quarum quidem litterarum tenor talis est: Nos Bolezlaus miseracione divina archiepiscopus Strigoniensis locique eiusdem comes perpetuus significamus.. quod quia visis litteris venerabilis in Christo patris domini Thome per eandem quondam archiepiscopi Strigoniensis predecessoris nostri pie recordacionis in quibus se dicebat in villis venerabilis abbatis monasterii sancti Martini de sacro monte Pannonie et specialiter

in villa Dyenus vocata in Chollokuz existenti in decimis nullum ius habere, eodem modo et nos profitemur in villis eiusdem domini Abbatis sancti Martini et specialiter in villa quam habet in Chollokuz Dyenus vocata nullum ius pretextu decimarum habere . . Datum Strigonii in festo beati Johannis Baptiste, sub anno incarnacionis domini Millesimo trecentesimo vicesimo quinto. Nos igitur iustis et gratuitis peticionibus ac supplicacionibus prefati fratris Vilhelmi in persona eiusdem domni abbatis factis graciose inclinati tenorem earumdem litterarum . . presentibus inseri fecimus nostrum eisdem sigillum autenticum apponi faciendo. Datum in festo beatorum Petri et Pauli apostolorum, anno domini Millesimo, trecentesimo vicesimo septimo, magistris Mathia lectore, Georgio cantore, Jacobo custode ceterisque fratribus et dominis ecclesie nostre existentibus.

Kék-zöld selyem szalagon függő pecsét maradványaival; eredetije a pannonhalmi főapátság ltban. Capsa 41. N. Közli: Stachovics Remig.

274.

1327. jun. 30. A váczi káptalan előtt Szécsi Miklós fia Péter Nógrád vármegye főispánja Béli Mikó comessel az ennek fia Lochk által elkövetett kártételek iránt kiegyez.

Nos capitulum ecclesie Wachiensis damus pro memoria, quod magister Petrus filius Nicolai de Zech comes Neugradiensis ex una parte, ex altera vero comes Miko filius Thome de Bel coram nobis personaliter constituti idem Miko cum litteris procuratoriis honorabilis capituli Agriensis pro filio suo Lochak, concordi voce dixerunt et sunt confessi, super universis iniuriis et damnis pecuniariis per eundem Lochk ipsi magistro Petro et suis fratribus hucusque illatis taliter concordassent et concordaverunt coram nobis salvis litibus possessionum inter ipsos ventilatis et ventilandis videlicet quod ipse Lochk in terminis infrascriptis magistro Petro predicto solvet sexaginta quinque marcas coram nobis secundum regni consvetudinem partem in denariis partem in estimacione

condigna, viginti scilicet in octavis beati regis Stephani proxime venturis, viginti in octavis beati Michaelis archangeli subsequentibus et viginti quinque in octavis beati Martini confessoris, ex quibus sexaginta quinque marcis quindecim solvet pro quodam famulo suo Cosma vocato tali vinculo interiecto quod si quem terminum idem Lochk insolutum preterierit ut convictus in duello contra ipsum magistrum Petrum et suos fratres succumberet octavoque vicine solucionis die predictus Lochk in villa Miscolch cum quinquaginta nobilibus carceri inclusus per integram diem manebit et sero exiens ipsi magistro Petro more reorum supplicabit et sic ipsum Lochk et Cosmam famulum suum idem magister Petrus de universis damnis sibi illatis reddet expeditos ceteris famulis ipsius Lochk ut prius cum eodem magistro Petro in lite remanentibus. Datum secundo die beatorum Petri et Pauli apostolorum, anno domini M° CCC° XX° septimo.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 46. 4. dipl. ltár: 2440. Közli: Vincze Gábor.

275.

1327. Visegrád, jul. 4. János a királyné tárnokmestere Zegedi Tamás tési birtokát, melyet a királyné azari jobbágyai elfoglaltak, visszaadatni és a határt megjáratni rendeli.

Nos Johannes magister tawarnicorum domine regine vobis magistro Nicolao servienti nostro mandamus firmiter per presentes quatenus statim receptis presentibus possessionem Thome filii Zeged Thees vocatam convocatis universis vicinis et commetaneis eiusdem circumquaque adiacentibus presente homine capituli Hantensis vel conventus de sacro monte Pannonie idoneo reambulare per metas veteres et antiquas debeatis et reambulatam statuatis eidem possidendam et quiete conservandam metas novas iuxta veteres cumulando sine preiudicio vel gravamine iuris alieni prout eciam in litteris Mickch bani illud idem videbitis primitus exinde confectis contineri, secus non facturi causa iuris atque nostri. Datum in Visegrad, sab-

bato proximo ante octavas apostolorum Petri et Pauli, anno domini M° CCC° XX° VII°.

Saját 1327. évi oklevelébõl, melyben a hónap és nap az oklevél elrongyoltsága miatt ki nem vehető; ebben a tárnok így czímezi magát: »Johannes magister tavarnicorum domine regine et castellanus de Pathak« s előre bocsátván »quod cum Thomas filius Zeged nobilis de Thees contra populos et iobagiones domine regine de Azar primum magistro Mick et consequens nobis frequenter conquestus extitisset eo quod predicti populi de Azar terciam partem possessionis eiusdem ipsum in Thees contingentem et iure geniture sibi cedentem occupassent« miután a panaszló Zegedfi Tamás előmutatta Mikch előbbi tárnoknak évnélküli, valamint János tárnoknak saját fõntebb közölt oklevelét, úgy nemkülönben a pannonhalmi convent jelentését 1327-ről (l. alább), János tárnok mindezeket átírja s a birtokban a panaszlót megerősíti. Mikch tárnoknak említett évnélküli oklevele így hangzik: »Mickch magister tavarnicorum domine regine magistro Stephano officiali de Azar fideli suo omnimodam dilectionem. Fidelitati tue firmiter precipiendo mandamus quatenus statim visis presentibus accedas ad possessionem Thome Stephani et Andree Tees vocatam cum homine capituli et ipsam iuxta veteres metas et antiquas separes a terra Azar certis metis et limitibus . . Datum in Visegrad, dominica proxima post octavas Nattvitatis Marie virginis gloriose.« János tárnok 1327-iki elrongyolt oklevele, melyben mindezen oklevelek átírattak; megvan az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 701. 44. dipl. ltár: 2441. Közli: Nagy Gyula.

276.

1327. Pozsony, jul. 11. Pozsony vármegye alispánja és bírótársai Sándor országbírónak 1327. jun. 18-án kelt és föntebb 270. sz. a. közölt határozata szerint Felicián szolgájának Pethőnek eskülje letételére határnapot tüznek ki.

Nos magister Petrus vicecomes Posoniensis et quatuor iudices nobilium de eodem damus pro memoria, quod cum secundum continenciam litterarum . . magnifici viri comitis Alexandri iudicis curie domini regis Nicolaus Magnus et Petheu serviens magistri Feliciani quinta feria proxima post octavas beati Johannis Baptistę coram nobis personaliter comparere debuissent et nos d e libertate Kazmerii diligenter investigare dignaremur ipso tamen itaque termino adveniente

partes comparuerunt propriis in personis, nos iusticia svadente Nicolao magistro nostros dedimus homines scilicet Benedictum filium Hegen iudicem nobilium et Johannem dictum Fodur qui sub testimonio hominis capituli Posoniensis sciant et inquirant de condicione vel libertate ipsius Kazmerii veritatem seriem facti ac reportacionis diem sextam feriam proximam post quindenas beati Johannis Baptiste eisdem assignando, itaque tamen termino adveniente partes similiter personaliter coram nobis comparuerunt et Nicolaus Magnus exhibuit nobis litteras predicti capituli in quibus vidimus contineri ut quidam homo càpituli Benedictus et Johannes Fodur concorditer retulerunt quod Kazmerius predictus fuisset ex nobilibus ecclesie Strigoniensis abolinus (így), nos vero audita et cognita veritate ipsius condicione et libertate unacum nobilibus nobiscum assedentibus adiudicantes decrevimus quod idem Pethew in quindenis predicti termini coram capitulo Posoniensi cum tredecim nobilibus debet prestare sacramentum super eo quod ad domum Nicolai Magni eundo fratrem suum Kazmerium non interfecisset et interemcione ipsius esset inculpabilis et immunis; item in quindenis dicti termini debet solvere sex marcas et dimidiam ipsi Nicolao, item in quindenis termini iam dicti similiter sex marcas et dimidiam pro homagio Kazmerii seu omicidio ita tamen quod si primum omiserit in solvendo terminum cum birsagio solvere tenebitur si secundum solvere non curaret pena dupli si vero primum et secundum obmiserit in solvendo extunc tanquam in duello convictus remanebit contra Nicolaum supradictum. Datum Posonii, sabbato proximo ante festum beate Margarete virginis, anno domini M° CCC° XX° septimo.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 1671. 27. dipl. ltár: 2443. Közli: Vincze Gábor.

277.

1327. Visegrád, aug. 9. I. Károly király adománylevele Csicsva birtokról László fia Péter részére.

Nos Karolus .. rex .. significamus .. quod licet nos ad peticionem magnifici viri Demetrii magistri tawarnicorum nostrorum quandam silvam ad possessionem Chychua vocatam pertinentem inter fluvios Kabalapotoka Topl et Bodrug vocatos existentem Johanni filio Egidii servienti suo contulissemus perpetuo possidendam tamen quia idem magister Demetrius omnimodam veritatem sciendo ipsam silvam Petri filii Ladizlai fuisse et esse nobis exposuit dictam silvam sive possessionem ab eodem Johanne filio Egidii removendo ipsasque litteras nostras super collacione dicte silve sibi concessas cassando et carituras viribus reddendo cum omnibus suis utilitatibus et pertinenciis universis ipsi Petro et Ladizlao filio Johannis prout ipsorum fuerat reddidimus et restituimus possidendam perpetuo tenendam et habendam. Datum in Wysegrad, in vigilia beati Laurencii martiris, anno domini M° CCC° vicesimo septimo.

Ugyancsak I. Károly király 1330. apr. 3-án kelt jeles alakú oklevelébôl, melyben a király »magister Petrus filius Ladizlai de Bozteh« kérésére a föntebbi oklevelet megerôsíti. Károly király 1330-ki oklevele megvan eredetiben az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 595. 34. dipl. ltár : 2445. Közli : Nagy Gyula.

278.

1327. aug. 19. A köi káptalan átirván I. Károly királynak 1327. május 26-án kelt, föntebb 263. sz. a. közölt parancsát Tamás erdélyi vajdának Nyék birtokban való beiktatásáról, jelentését így folytatja:

Nos igitur .. unacum predicto Nicolao filio Ladizlai homine vestro hominem nostrum pro testimonio duximus de-

stinandum ad premissa exequenda qui . . retulerunt quod tercia feria post festum beati Laurencii martiris proxime preterita ad faciem eiusdem possessionis Nyek in comitatu Syrimiensi existentis accessissent eandemque lapidea ecclesia in honore beati Petri principis apostolum inibidem fundata, silvis pratis fenetis aliisque omnibus utilitatibus suis et pertinenciis universis convocatis vicinis reambulando idem homo vester . . prefato magnifico viro Thome woyvode Transsiluano statuisset perpetuo possidendam nullo penitus contradictore existente; cuiusquidem possessionis Nyek cursus metarum . . taliter distinguntur: quod primo incipit a parte orientis super tribus metis angularibus quarum una a septemtrione magistri Laurencii dicti Cyttuuar altera ab oriente Petri filii Bank tercia eiusdem possessionis Nyek ab occidente, inde autem currentibus metis interpositis versus meridiem vadit ad alias tres metas angulares quarum una a parte orientis eiusdem Petri filii Bank altera a parte meridiei Martini filii Laurencii tercia eiusdem possessioni Nyek ab occidente, deinde vero currentibus metis interpositis itur versus occidentem similiter ad tres metas angulares quarum una a parte orientis eiusdem Martini filii Laurencii altera Johannis filii Mark dicti Durgo a plaga meridionali tercia existens a septentrione ipsius possessionis Nyek, dehinc quampluribus metis evidentibus tam in aquis quam in arboribus positis et circumfusis versus meridiem reflectitur ad tres metas angulares quarum una a parte orientis eiusdem Johannis filii Mark alia a parte meridiei Dominici filii Pauli tercia a plaga septemptrionis eius possessionis Nyek, postmodum metis interpositis curritur ad plagam septemtrionis ibique circa locum quendam aquosum Aran vocatum tres mete angulares ex quibus una eiusdem Dominici filii Pauli a plaga meridionali altera Gregorii filii Augustini ab occidente tercia ipsius possessionis Nyek ab oriente, preterea per silvas metis interpositis currentibus versus septemtrionem venitur ad tres metas angulares quarum una eiusdem Gregorii filii Augustini supra pratum unum posita a parte meridiei alia dicti Dominici filii Pauli a parte septemtrionis tercia ipsius possessionis Nyek ab oriente, consequenter transit ad plagam orientalem et metis interpositis pervenitur ad tres metas angulares ex quibus

una prefati Dominici filii Pauli a climate occidentis alia Laurencii dicti Cyttuuar a plaga septemtrionis tercia dicte possessionis Nyek per plagam meridionalem, tandem versus orientem quampluribus metis interpositis vertitur ad priores tres metas angulares iterato super quibus in primis reambulare inchoarunt ibidemque cursus et distincciones metarum possessionis Nyek suprascripte terminantur. Datum quarta feria proxima post festum Assumcionis virginis gloriose, anno domini M° CCC° XX° septimo.

I. Károly királynak 1327. nov. 27-én kelt megerősítő átiratából, melyet a király 1335. nov. 2-án új pecsét alatt, mivel a régi »in partibus transalpinis . . quodam casu inopinabili« elveszett, ismét átír és megerősít; ez utóbbinak eredetije megvan az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 378. 33. dipl. ltár: 2431. Közli: Nagy Gyula.

279.

1327. aug. 19. A köi káptalan I. Károly királynak 1327. máj. 26-án kelt, föntebb 263. sz. alatt közölt parancsára Tamás erdélyi vajdát Tamana Bács vármegyei birtokba beiktatván, erről jelentését így folytatja:

Nos igitur . . unacum predicto Nicolao filio Ladizlai . . hominem nostrum . . duximus transmittendum . . qui retulerunt quod in festo beate Marie Magdalene proxime preterito ad faciem eiusdem possessionis Thamana in comitatu Bachiensi existentis accessissent eandemque cum duobus locis seu sitibus villarum Pethefolva et Perehtynfolua vocatis . . reambulando idem homo vester . . magnifico viro Thome woyuode Transsilvano statuisset . . cuiusquidem possessionis Thamana cursus metarum . . taliter distinguntur: quod primo incipit a parte orientali super tribus metis angularibus quarum una a parte meridiei terre filiorum Jacobi et filiorum Michaelis Gyula vocate altera vero terre capituli ecclesie Bachiensis similiter Thamana vocate per partem orientis tercia eiusdem possessionis Thamana a plaga septemtrionis, inde autem metis interpositis itur versus orientem ad tres metas angulares ex quibus

una eiusdem terre Gyula similiter a parte meridiei altera terre Beke Wrus vocate a plaga occidentis tercia a septemtrione eiusdem possessionis Thamana, deinde pluribus metis interpositis transit versus septemtrionem ad tres metas angulares quarum due una scilicet ab occidente alia a septemtrione eiusdem possessionis Wrus terčia vero ab oriente eiusdem possessionis Thamana, inde quampluribus metis interpositis similiter versus septemtrionem vadit ad tres metas angulares quarum una ab occidente possessionis Wrus antedicte alia ab oriente terre Kereky vocate tercia a plaga meridiei prescripte possessionis Thamana, dehinc metis interpositis curritur versus orientem ad tres metas angulares quarum una a septemtrione eiusdem possessionis Kereky alia ab oriente terre eiusdem capituli ecclesie Bachiensis tercia eiusdem terre Thamana a plaga meridionali, tandem pluribus metis interpositis versus meridiem reflectitur ad priores tres metas angulares iterato unde prius reambulare inceperunt ibidemque distincciones et cursus metarum terre seu possessionis Thamana sepius memorate terminantur. Datum feria quarta proxima post festum Assumcionis virginis gloriose, anno domini M° CCC° XX° septimo.

I. Károly királynak 1327. nov. 27-én kelt megerősítő átiratából, melyet a király 1335. nov. 2-án új pecsétje alatt megerősítve kiadott; ennek eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 441. 25. dipl. ltár: 2433. Közli: Nagy Gyula.

280.

1327. aug. 23. I. Károly király Drugeth Vilmosnak János fiának, a magvaszakadt Drugeth Fülöp nádor unoka öcscsének kértére s érdemei elismeréseül saját 1317-iki nov. 3-án kelt a palocsai erősségre s tartozandóságaira vonatkozó adománylevelét átírja s megerősíti.

Carolus .. rex .. ad universorum noticiam .. volumus pervenire, quod cum Philippo quondam palatino bone memorie absque heredum virilis sexus solacio decedente ex eo iure castra possessiones et bona sua universa que nostra celsitudo

sibi contulerat ad nostras regias manus rediissent et devolute fuissent nos qui grata et accepta eiusdem Philippi palatini servicia in nostre semper contemplacionis speculo intuemur, affectum quem ad ipsum habuimus post obitum suum ad suos posteros extendentes magistrum Vylermum filium Johannis fratris suis carnalis comitem Scepusiensem et de Wyuar dilectum et fidelem nostrum eidem Philippo palatino in premissorum castrorum possessionum et bonorum dominium auctoritate regia et de magnificencia principali ac eciam de plenitudine potestatis constituimus heredem, demum idem magister Vylermus ad nostram accedens presenciam exhibuit nobis instrumenta seu litteras nostras privilegiales super donacione et collacione predictorum castrorum possessionum et bonorum confectas supplicans nostro culmini humiliter . . dignaremur in ipsum et suas posteritates transferre et nostro privilegio novique et autentici sigilli nostri appensione de benignitate regia confirmare; quorum privilegiorum et instrumentorum unius priori et autentico sigillo nostro consignati super possessione Polouchа vocata et castro lapideo similiter Polouchа nominato confecti tenor talis est: Carolus . . sat. (l. I. köt. 401. sz. a.) Porro nos revocantes in memoriam premissa et grata et accepta servicia predicti Philippi palatini que idem a primoevo sue et nostre adolescencie tempore pro exaltacione nostri regiminis et honoris pro reintegracione et augmento reipublice ac pro reformacione pacis in regno in conterendo nostrorum infidelium et rebellium proterviam in multis sumtuosis laboribus et personarum periculis cum effusione sui sangvinis laudabiliter exhibuit et impendit, attendentes quoque fidelitates et fidelium obsequiorum gratuita merita prefati magistri Vylermi dulcem natalem patriam suamque cognacionem ac paternam hereditatem pro nobis deserentis que ipsum nobis et regno predicto laudabiliter et omni studio fidelitatis exhibuisse novimus exhibere sentimus in presenti et exhibiturum pro firmo credimus in futurum, pro quibus eundem magistrum Vylermum nostri favoris et gracie plenitudine cupientes prosequi et amplecti predicti privilegii nostri . . presentibus inserti vigorem et efficaciam sive donacionem . . in ipsum magistrum Vylermum et eius posteritates perenniter transferentes et . . confirmantes

easdem possessionem et castrum Poloucha nuncupatas . . donavimus . . sepedicto magistro Vylermo . . Datum per manus discreti viri magistri Andree prepositi ecclesie Albensis et aule nostre vicecancellarii dilecti et fidelis nostri, anno domini Millesimo, trecentesimo vicesimo septimo. Venerabilibus . . sat.*)

Töredezett pecsétje lila-piros selyemzsinóron függ; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt N. R. A. 903. 1. Közli: Kovács Nándor.

281.

1327. aug. 30. A nagyváradi káptalan előtt Benedek fia Miklós és testvérei, a későbbi Bebek család elei, Hernuhfi Jánost Ilsva nevű Gömör vármegyei birtok elidegenítésétől tilalmazzák.

Nos capitulum ecclesie Waradiensis damus pro memoria, quod nobilis vir Nicolaus filius Benedicti filii Detrici pro se et pro Dominico dicto Bubek, Ladislao Johanne et Petro germanis suis uterinis sicut dixit coram nobis personaliter constitutus Johannem filium Hernuh de comitatu Gumur a vendicione impignoracione donacione et quovis modo alienacione possessionis Ylsua vocate in predicto comitatu existentis item Deseu Leustachium et Lorandum filios quondam Rolandi palatini ac quoslibet alios ab emcione prohibuit protestando. Datum dominico die proximo post festum decollacionis sancti Johannis Baptiste, anno domini M° CCC° XXmo septimo.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije megvan az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 1535. 22. dipl. lt. 2451. Közli: Vincze Gábor.

---

*) Az egyház- és országnagyok neveit l. fönteþb 260. sz. a. azon különbséggel, hogy az esztergomi érseknél az örökös főispáni, a kalocsai érseknél a főkorlátnoki és a veszprémi püspöknél a királynői korlátnoki czímek hozzáadattak, továbbá előfordúl a püspökök között László zágrábi püspök neve; az országnagyok közől hiányzik a nádor, köztük első helyen áll Mikch bán úgy is mint somogyi fő ispán, Sándor országbírónál hozzájön a Vas megyei főispáni czím, János királynői tárnoknál pedig elhagyatott a Bobanyk melléknév.

282.

1327. Pozsony, aug. 30. Miklós pozsonyi kapitány és a csallóközi udvarnokok ispánja a torcsi udvarnokok részére hatvan hold föld iránt, melyet Szapi Pamlin elfoglalt, itéletet hoz.

Nos magister Nicolaus capitaneus Posoniensis et comes universorum udvornicorum de Chollokuz . . significamus universis quod cum excellentissimus princeps dominus Karolus rex Hungarie dominus noster suis litteris nobis dedisset in preceptis ut universos condicionarios suos ad castrum suum Posoniense pertinentes simul cum terris eorum requirere et recaptivare debeamus et his diebus a temporibus videlicet feria secunda post octavas Pentecostes generalem congregacionem clamacione prehabita in villa Sancte Marie anno in presenti celebrassemus, in eadem congregacione nostra universi udvornici de villa Torch ad nostram venientes presenciam dixerunt quod Pamlinus nobilis quondam de Zop de terris eorum propriis sexaginta iugera indebite et sine omni evidenti racione abstulisset et iam dudum Ladizlaus Dionisius et Petrus filii eiusdem Pamlini ipsam terram Emerico Philippo Erne Ladizlao et Jacobo filiis Jacobi filii Beckkez pro morte eiusdem Jacobi dedissent et assignassent; quibus verbis sic propositis ad peticionem eorumdem udvornicorum de Torch litteras nostras capitulo Posoniensi transmisimus ut cum Johanne Fodur homine nostro et Beke homine quatuor iudicum nobilium ad reambulandum et recapiendum ipsam terram hominem ipsorum mittant fidedignam; post hec in litteris ipsius capituli quas nobis super premissis rescripserat vidimus contineri tali modo, quod licet iidem filii Jacobi hominem eiusdem capituli et Johannem Fodor ac hominem iudicum nobilium predictum ipsam terram reambulare permisissent tamen a statucione et perpetuacione prohibuissent et huiusmodi prohibicione facta partibus in termino legitimo coram nobis et quatuor iudicibus nobilium comparentibus et audita accione ipsorum hominum de Torch idem filii Jacobi super predicta terra sexaginta iugerum se dixerunt habere litteras et valida in-

strumenta; unde quia iusticia et communis ordo iuris requirebat unacum eisdem quatuor iudicibus et aliis nobilibus nobiscum in iudicio assidentibus iudicando commisimus quod iidem filii Jacobi predictas litteras et eorum instrumenta que habent feria sexta ante festum beati Bartholomei apostoli contra ipsos udvornicos de Torch coram nobis et ipsis quatuor iudicibus nobilium debeant exhibere, quo termino adveniente iidem filii Jacobi presentarunt quasdam litteras patentes capituli Posoniensis tenorem litterarum eiusdem capituli continentes quibus litteris visis et perlectis quia iidem udvornici de Torch in ipsis litteris dicti capituli non contentabantur sed originales litteras earumdem litterarum petebant exhiberi decrevimus et iudicando commisimus quod iidem filii Jacobi in octavis dicti termini scilicet feria sexta post festum beati Bartholomei apostoli originales litteras dictarum litterarum coram nobis debeant presentare; quo die et termino similiter adveniente licet iidem filii Jacobi comparuissent tamen ipsas litteras originales sicut assumserant noluerunt nec curaverunt exhibere; unde quia iidem filii Pamlini in causa premissa sic contumaces extiterunt et ipsas litteras exhibere assumtas noluerunt nec curaverunt presentare quia eciam nobis videbatur quod dictus Pamlinus terram ipsorum udvornicorum nullo modo sibi potuisset appropriare unacum comitibus Andrea dicto Chuna, Petro de Gurgeteg, Pomsa et Benedicto filio Hegun iudicibus nobilium de dicto comitatu et aliis nobilibus nobiscum in iudicio assidentibus decrevimus eosdem filios Jacobi contra ipsos udvornicos in causa premissa legitime remansisse. Datum Posonii, dominica die proxima ante festum beati Egidii abbatis, anno domini M° CCC° XX° septimo.

A pozsonyi káptalannak »Dionisius de Torch de numero udvornicorum« kérésére 1327. november 10-én kiadott átiratából, melynek eredetije megvan az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 378. 14. dipl. lt. 2452. Közli: Vincze Gábor.

283.

1327. Visegrád, sept. 1. I. Károly király Tuuz Petőt az egri káptalan által Pálócz birtokába beiktattatja.

Karolus . . rex . . capitulo ecclesie Agriensis . . noveritis quod magister Peteu dictus Tuuz . . exhibuit nobis patentes litteras nostras super collacione possessionis Palouch vocate per nos sibi facta sub priori et antiquo sigillo nostro confectas quibus mediantibus dictam possessionem Palouch nomine terre castri nostri sibi et fratri suo Matheo contulimus perpetuo possidendam, super quo fidelitati vestre precipimus per presentes quatenus mittatis hominem vestrum fidedignum pro testimonio coram quo Johannes Kunch dictus vel Ladizlaus filius Jacobi altero absente homo noster convocatis . . vicinis dicte possessionis . . reambulando si nostre collacioni pertinere et terram castri nostri invenerit ipsi magistro Peteu novas metas . . erigendo . . statuat perpetuo possidendam . . Datum in Wisegrad, feria tercia proxima videlicet in festo beati Egidii confessoris, anno domini M° CCC° XX° septimo.

Az egri káptalannak ugyanez évi sept. 22-én kelt jelentéséből, mely szerint a káptalan Benedek unghi főesperest kiküldvén, ez »una cum Johanne de Kunch« »in dominica proxima ante quindenas Nativitatis beate virginis accessissent ad faciem possessionis Palouch et eandem presentibus Gregorio filio Othmari, Wanchuk filio Nicolai, Bano filio Pook, Petro filio Simonis et Stephano filio Philippi commetaneis . . magistro Petro perpetuo statuissent.« Az egri káptalannak e jelentése átíratott I. Károly király 1327. nov. 20-án kelt oklevelében ; l. alább.

284.

1327. Visegrád, sept. 1. I. Károly király az egri káptalant kiküldi, hogy Füzéri Mihályt Kalsa nevü birtokba iktassa be.

Karolus . . rex . . capitulo ecclesie Agriensis . . fidelitati vestre . . mandamus quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum coram quo Michael de Ramva vel

Paulus de Kozmay altero absente homo noster accedat super faciem possessionis Kalsa alio nomine Ingow vocate in comitatibus de Wyuar et de Zemplen existentis magistro Michaeli de Fyzer . . collate et convocatis commetaneis . . reambulet eandem et statuat eidem magistro Michaeli perpetuo possidendam. Datum in Wisegrad, in festo beati Egidii confessoris, anno domini Millesimo CCC° vigesimo septimo.

Az egri káptalan 1327. sept. 14-én kelt jelentéséből; l. alább.

285.

1327. sept. 9. I. Károly király Kompoldfi Pál fiának Imrének Lak nevű Heves vármegyei birtokról szóló adományát ennek Pál nevű szolgája részére megerősíti.

Karolus . . rex . . ad universorum noticiam tenore presencium volumus pervenire, quod magister Emiricus filius Pauli filii Conpoldi . . quandam possessionem suam Laak vocatam in comitatu de Heuesvyuar existentem a Paulo filio Petri malemerito et infidele propter notam infidelitatis sue notoriam per nos ablatam et sibi . . perpetuo collatam . . contulit Paulo filio Petri filii Iwanch servienti suo perpetuo iure . . supplicans nobis . . ut huiusmodi donacionem suam . . dignaremur confirmare; nos siquidem attendentes . . fidei puritatem quam erga nos . . idem Paulus noscitur habuisse considerantes quoque servicia eiusdem que ipsum unacum eodem magistro Emirico domino suo . . laudabiliter exhibuisse cognoscimus . . antedictam donacionem eiusdem magistri Emirici de dicta possessione Laak simulcum terra Chehy ipsi Paulo factam . . de prelatorum et baronum nostrorum consilio . . confirmamus . . Datum per manus . . magistri Andree prepositi ecclesie Albensis aule nostre vicecancellarii, anno domini Millesimo CCC° XX° septimo, quinto idus Septembris, regni autem nostri anno similiter vigesimo septimo; venerabilibus . . stb.*)

*) Az országnagyokat l. föntebb, 260. sz. a. azzal a különbséggel, hogy itt »Ladizlao Zagrabiensi« is előfordúl, ott pedig nem, itt »honore palatinatus vacante« áll, továbbá megneveztetik »Deseu iudice curie domine regine«, kinek neve ott elő nem fordúl. Szerk.

Sárga-vörös selyem zsinóron függő pecséttel; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 434. 15. dipl. ltár: 2455. Közli: Nagy Gyula.

286.

1327. Visegrád, sept. 12. Erzsébet királyné Horváti nevü Torna vármegyei birtokot vendégi népei által Loránd fiának Miklósnak visszaadatja.

Nos Elizabeth . . regina Hungarie significamus universis quod Nicolaus comes filius comitis Lorandi accedens ad nostram presenciam conquestus est nobis quod de possessione sua nomine Horuathy in comitatu de Thorna existente quam haberet a progenitoribus suis ex donacione regum felicis recordacionis domini Stephani regis et filii sui Ladislai, quandam particulam terre que incipit a meta que descendit a parte meridionali in Dyostelucberce et dividit Ordo a Horwathy et venit ad duos lapides super aquam pendentes unacum aqua et loco molendini qui est circa domum Nicolai in transitu ipsius aque necnon rubeto pratis et terra arabili ac aliis utilitatibus quam nostri homines de Vendigy occupaverant et occupatam tenebant ab eisdem nostris hominibus de Vendigy penitus recepimus necnon et ab aliis et secundum privilegia regum predictorum ipsi comiti Nicolao filio Lorandi dictam particulam terre Horwathy reddidimus in perpetuum possidendam tenendam et habendam. Datum iǹ Visegrad, sabbato infra octavas Nativitatis beate Marie virginis, anno domini Millesimo trecentesimo vicesimo septimo.

Garai Miklós nádornak »Lorandus filius Johannis de Hornathy« kérésére 1406. september 22-én kiadott átiratából, melynek eredetije megvan az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 816. 20. dipl. ltár: 2456. Közli: Vincze Gábor.

287.

1327. sept. 14. Az egri káptalan I. Károly királynak Kalsa birtokra vonatkozó 1327. september 1-én kelt, föntebb 284. sz. alatt közölt rendeletét átírja és a beiktatásról jelentését így folytatja:

Nos igitur . . misimus . . Johannem sacerdotem de choro nostro qui unacum predicto Paulo de Kozmay . . nobis retulerunt quod in crastino Nativitatis beate virginis accessissent ad faciem dicte possessionis Kalsa alio nomine Ingow vocate in dictis comitatibus existentis et eandem presentibus Dominico filio Lachk, Stephano filio Kysed et Michaele de Ramva, necnon presente Michaele filio Salen officiale Andree filii Dyonisy de Imbregh quem idem Andreas illuc destinasset commetaneis . . reambulassent et reambulando eidem magistro Michaeli perpetuo possidendam statuissent et nullus . . contradictor extitisset; cursus vero metarum . . taliter coram nobis expresserunt, quod prima meta incipit a parte orientali super una antiqua meta que est sub arbore ilicis que separat terram Ingow a terra Fabiani Fabianhaza vocata ex parte orientis ex parte vero meridionali separat terram Mychaelis, et Stephani filii Kysyd, abhinc descendit in unam vallem que vocatur Megepothoka que cadit in fluvium Ramva et girat villam Wyfalu que est villa eiusdem magistri Michaelis, de qua ascendendo in eodem fluvio Ramva ad septemtrionem abhinc saliendo portum eiusdem fluvii Ramva ad occidentem iungit unam metam terream que est meta eiusdem Wyfalu et Kalsa, et inde exit de Ingow ad terram Kalsa et eundo directe cadit in fluvium Thereble et in portu eiusdem venit ad metam terream, post hec autem ascendendo ad montes ad magnam silvam et eundo in eadem pervenit ad plures metas terreas ipsius nove ville et in eadem magna silva iungit vallem fluviis quinque fluentis (így) que dicitur Megepothoka que separat terram Kalsa a terra Fyzer ubi inveniuntur due mete terree finales, et post hec eundo directe in silva iungit fluvium qui dicitur Megepothak, et inde ad tercium fluvium versus occidentem eundo qui fluvius

ponitur pro meta que est in terra Kalsa et Zkarus et ibi separat a possessionibus magistri Dominici filii Lachk ubi vergit ad septemtrionem versus Zalanch in eadem magna silva ad metas dicti Zalanch et ibi de silvis et de montibus torrendo descendit ad pratum quod dicitur Zyhocarethy versus orientem et ibi eundo directe cadit in ipsum fluvium Megepothoka et in fluvium Ramva antedicto (így) et ibi ipsius terre Kalsa mete terminantur; abhinc transit ad ipsam terram Ingow et venit ad quendam locum Kecherestheluke vocatum abhinc transit ad tres arbores siliceas in uno tronco seu radice constitutas ubi est meta terrea et inde ascendit ad unum montem et procedit in vertice eiusdem de quo descendit ad unam vallem que Zaraspathak de quo directe ascendendo versus orientem ad alium montem descendit ad quandam vallem que dicitur Thyburchkafew, et inde eundo iterum ascendit in superficie montis girando ad meridiem, iungit primam metam unde inceperat et ibi terminatur. Datum in festo Exaltacionis sancte crucis, anno domini Millesimo CCC° vigesimo septimo.

I. Károly király 1327. oct. 28-án kelt megerősitő okleveléből; l. alább.

288.

1327. sept. 29. A szegszárdi convent előtt Treutul Miklós pozsonyi főispán Dénes fiával Jánossal és ennek fiaival egy Tolna vármegyei vitás birtokrész iránt kiegyez.

Nos conventus monasterii Saxardiensis significamus . . quod magnifico viro magistro Nicolao dicto Treutul filio Johannis comite Posoniensi ab una parte et Johanne filio Dionisii ac Michaele et Deseu filiis eiusdem ab altera coram nobis personaliter constitutis per eosdem propositum extitit viva voce et relatum, quod cum idem magister Nicolaus inter possessionem suam Hille vocatam et inter possessionem eiusdem Johannis et filiorum suorum Pauli vocatam in Selizio in comitatu Tolnensi existentes ad faciendas et erigendas metas legitime accessisset et idem Johannes ac predicti filii sui super una particula terre quam de parte predicte possessionis

eorum Pauli nominate fore asserebant ab ereccione dictarum metarum prohibuissent, nobiles viri de eodem comitatu specialiter autem comes Johannes filius Iwan bani et Dionisius ac Onor filii Martinus tanquam iudices communi et bona voluntate per eos assumti inter ipsos iudicando decrevissent ut idem magister Nicolaus dictam particulam terre mediante iuramento suo debeat et possit obtinere; demum autem idem Johannes et prenominati filii sui per speciem favoris consilii ad cor redeuntes predictam particulam terre iuxta assercionem eiusdem magistri Nicolai a proximis suis et ab omnibus conmetaneis et vicinis predicte possessionis Pauli et quampluribus nobilibus in vicinatu ibidem constitutis ad terram ville Hille predicte iuxta distincciones et metas infrascriptas pertinuisse et de iure pertinere cognovissent eundem magistrum Nicolaum secundum ordinacionem et svasionem predictorum nobilium virorum pocius magistro Nicolao pecuniam suam dare quam predictum iuramentum deponere consuluerunt imo compulerunt receptis sex marcis coram nobis in facto dicti iuramenti quod modo premisso super facto dicte particule terre deponere habebat reddidissent imo reddiderunt coram nobis expeditum et penitus absolutum et ipsum iuramentum sibi condescendit, predictam nihilominus particulam terre eidem magistro Nicolao tanquam proprium ius et possessionem suam remisissent . . Mete autem dictam particulam terre et possessionem eiusdem Johannis et filiorum suorum Pauli dictam separantes hoc ordine discurrunt, quod prima meta incipit ab oriente iuxta locum ubi rivulus Kazar dictus fluit in rivum Apatipatak nominatum ab arbore piri silvestris et iuxta eandem arborem sunt due mete terree, et deinde ascendit versus occidentem ad montem et ibi in sinu seu extremitate silve que est in ipso monte sub quadam arbore silicis est una meta terrea et iuxta eandem est altera meta similiter terrea, abhinc parum versus occidentem in eadem silva eundo cadit in quandam viam antiquam et per eam similiter versus occidentem pergendo in eadem silva pervenit ad duas arbores quercus et sub eisdem sunt due mete terree, post hec in eadem via et silva ulterius procedendo pervenit ad locum ubi ipsam viam ad aquilonem per modum crucis transit altera via et ibi sunt due

mete terree, deinde in eadem via et silva magis ad occidentem eundo pervenit ad locum gudurfeu dictum et ibi sub quadam silice est una meta terrea et ibidem prope sub alia silice est altera meta similiter terrea, abhinc per eandem viam ad villam descendendo venit ad rivulum qui ruit de predicta villa Hille in cuius margine seu ripa sunt due mete terree in quarum una est quedam parvula arbor piri silvestris et in alia meta est altera parva et gracilis arbor tilie, deinde cadit in ipsum rivulum in quo ad aquilonem in exitu silve iuxta pratum de ipso rivulo exit ad occidentem ad quandam arborem que vulgo ihorfa dicitur et iuxta eandem arborem sunt due mete terree deinde in prato pergendo directe ad aquilonem sunt due mete terree, in ipso prato abhinc ulterius procedendo pervenit ad nemus quod est inter villas Bykol et Pauli predicte et in eodem nemore sub duabus arboribus egurfa dictis sunt due mete terree, abhinc in eodem nemore similiter ad aquilonem eundo pervenit ad unam silicem iuxta quam sunt due mete terree et abhinc ulterius eundo cadit in rivulum Apatypatak prenominatum et sic cursus dictarum metarum terminatur . . Datum in festo beati Michaelis archangeli, anno domini M° CCÇ° vicesimo septimo.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 431. 50. dipl. ltár: 2457. Közli: Vincze Gábor.

289.

1327. oct. 6. Csongrád vármegye alispánja és birótársai előtt a garam-szent-benedeki convent megbízottja, Teesi Györgyöt Kesekun nevü birtok használatától tilalmazza.

Nos Gekmen vicecomes Chongradiensis, Mark et Elleus, Thomas de Fork et Paulus de Tiza iudices nobilium de eodem comitatu damus pro memoria, quod cum frater Nicolaus ordinis sancti Benedicti seu procurator monasterii eiusdem sancti Benedicti iuxta fluvium Goron ab una parte, parte vero ex altera Georgius de Tees coram nobis personaliter constituti idem frater Nicolaus predictum Georgium de possessione eç-

clesie sancti Benedicti Kesekun vocate cum omnibus utilitatibus seu attinenciis in octavis beati Michaelis archangeli impedivit ut amodo incipiens predictam possessionem legitime impeditam vivere et perfrui non deberet; in cuius impedicionis (memoriam) litteras nostras impedicionales predicto fratri Nicolao concessimus. Datum in octavis beati Michaelis archangeli, anno domini M° CCC° XX° septimo.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. Eccl. 24. 10. dipl. ltár: 2458.

290.

1327. Szatmár, oct. 9. Szatmár vármegye szolgabírái előtt Semjéni Mihály Simai Dénes és Mikolai János bizonyos ökrök dolgában megállapodnak.

Nos quatuor iudices nobilium provincie Zothmariensis damus pro (memoria), quod magister Michael nobilis de Semien in octavis Omnium Sanctorum nunc venturis per modum arbitrii contra Dionisium filium Deseu nobilem de Sima et Johannem filium Michaelis nobilem de Mikola prout iidem ad ipsum magistrum Michaelem se spontanea promiserunt voluntate in villa Tatar super recepcione duorum bovum si prestare presumserit iidem Dionisius et Johannes receperit extunc eidem magistro Michaeli ipsos duos boves in termino tunc prefixo persolvere tenebuntur. Datum in congregacione magnifici viri Demetrii magistri thavernicorum domini regis in dominica proxima post octavas beati Michaelis in Zothmar celebrata, anno domini M° CCC° XX° septimo.

Zárlatán három pecséttel; eredetije a N. Muzeumban, a Kállay cs. ltban. Közli: Tagányi K.

291.

1327. Szatmár, oct. 13. Demeter kir. tárnokmester a király helyetteseképen három vármegye részéről közgyűlést tartván Angelus kamarai gróf azon panasza fölött, hogy szolgáit kirabolták, a vádlottakat kihallgatja.

Nos Demetrius magister thavernicorum domini regis ac in tribus comitatibus scilicet Zathmar Byhor et Zoboulch vice regie persone iudex pro tempore constitutus damus pro memoria quod cum nos congregacionem generalem fecissemus assurgens Paulus litteratus pro magistro Angelo comite camerarum dixit quod inter villas Callo et Symyan famulos eiusdem comitis camere spoliassent de quibus quinquaginta marcas denariorum post octavas beati Michaelis abstulissent, contra quem comites Ladislaus et Michael filii Michaelis et Johannes dictus Lengel nobiles de Symian Magna surgendo dixerunt quod ipsi eo tempore in congregacione nostra quilibet eorum personaliter fuissent quod nos eciam certificamus ad quod comes Peteu de Zathmar iurati et universi nobiles cum quatuor iudicibus assessoribus iusticie nobiscum tunc pro tribunali sedentes in congregacione fuisse affirmarunt et nichil mali ad eos audivissent. Datum in Zathmar, in quindenis beati Michaelis, anno domini M° CCC° vigesimo septimo.

Papíron, hátlapján három barna és egy vörös viaszpecséttel; eredetije a N. Muzeumban, a Kállay cs. lban. Közli: Tagányi K.

292.

1327. Visegrád, oct. 21. Sándor országbíró a Bernoldfi Lőrincz és Szentmihályi Mihály közt folyamatban levő ügyet elhalasztja.

Nos comes Alexander iudex curie domini regis damus pro memoria, quod causam quam Laurencius filius Bernoldy pro quo Johannes cum procuratoriis litteris capituli Chanadiensis ecclesie astitit iuxta continenciam priorum litterarum

nostrarum in quindenis festi beati Michaelis archangeli contra Michaelem de Sancto Michaele pro quo Lampertus serviens suus cum procuratoriis litteris capituli Bachiensis ecclesie comparuit coram nobis movere habebat, quia idem Johannes procurator prefati Laurencii accionem eiusdem Laurencii in facto possessionario fore declarabat predictus vero Lampertus ipsum Michaelem dominum suum absque consilio et assensu suorum proximorum non posse propter arduitatem cause respondere asserebat pro eo ad quindenas beati Martini confessoris peremtorie duximus prorogandam. Datum in Alto Castro, nono die termini supradicti, anno domini M° CCC° XX° VII°.

Zárlatán pecséttöredékkel; eredetije Keszthelyen, a gr. Festetics cs. lban. Miscell. 30.

293.

1327. oct. 28. I. Károly király Garadna birtokot Apród István fiainak visszaadatja.

Karolus . . rex . . ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire quod licet inter ceteras possessiones a castris nostris que magister Wyllermus comes Scipusiensis et de Wyuar fidelis noster conservat per varias occupaciones plurimorum alienatas et de nostro precepto per eundem recaptivatas ac usui eorumdem castrorum nostrorum applicatas quedam possessio Garadna vocata in comitatu de Wyuar existens quam quondam Stephanus dictus Oprod bone memorie ex nostra perpetua donacione . . dinoscitur pacifice possedisse per dictum magistrum Wyllermum ab Andrea et Petro filiis seu orphanis eiusdem Stephani ablata fuisset et castro nostro Gunch vocato iuxta nostrum mandatum applicata tamen quia iidem Andreas et Petrus . . nobis supplicarunt ut eandem possessionem sibi reddere . . dignaremur, nos pio compassionis animo . . supplicacionibus ipsorum orphanorum clementer inclinati volentes eosdem consideratis fidelitatibus . . patris eorum . . in predicte possessionis Gradna iure . . illese conservare, eandem

.. antedictis Andree et Petro orphanis et per eos eorum heredibus .. de consilio .. prelatorum et baronum nostrorum a dominio .. predicti castri nostri et alterius cuiuslibet eximendo restituimus perpetuo possidendam .. Datum per manus discreti viri magistri Andree prepositi ecclesie Albensis aule nostre vicecancellarii dilecti et fidelis nostri, anno domini Millesimo trecentesimo vigesimo septimo, quinto kalendas Novembris, regni autem nostri anno similiter XX⁰ septimo; venerabilibus .. stb. *)

I. Lajos királynak »Andreas et Petrus filii Stephani dicti Aproud« számára 1354-ben mart. 11-én kiadott megerősítő átiratából; ennek eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 1534. 53. dipl. lt. 2146. Közli: Nagy Gyula.

294.

1327. oct. 28. I. Károly király Kalsa nevü birtokban Füzéri Mihályt megerősíti.

Karolus .. rex .. ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod cum magister Michael de Fyzer .. quandam possessionem Kalsa alio nomine Ingow vocatam in comitatibus de Wywar et de Zemplen existentem .. a nobis sibi dari .. postulasset nosque .. capitulo ecclesie Agriensis ut ipsi suum mitterent hominem .. coram quo Michael de Ramva vel Paulus de Kozmay .. homo noster accedens ad faciem predicte possessionis .. statueret prefato magistro Michaeli litteris nostris dedissemus in mandatis, tandem iidem .. nobis rescripserunt in hec verba: Excellentissimo domino ..... stb. (l. az egri kápt. 1327. sept. 14-én kelt jelentését, föntebb 287. sz. alatt.) Nos igitur .. in memoriam .. revocantes fidelitatum laude digna obsequia que idem .. celsitudini

---

***) L. föntebb 260. sz. a. azzal a különbséggel, hogy itt a püspökök közt »Georgio de Sancto Irineo« nem, »Ladizlao Zagrabiensi« pedig megneveztetik; »honore palatinatus vacante«, Sándor országbíró czíméhez hozzá van téve »comite de Castroferreo«, a Mykch bánéhoz pedig »comite Simigiensi« Szerk.**

nostre exhibuit et impendit quedam pauca ex eisdem . . presentibus iussimus annotari: ipse siquidem magister Michael cum castrum nostrum Saros vocatum quod tunc per Demetrium filium Nicolai infidelem nostrum in obprobrium maiestatis nostre detinebatur occupatum aggregatis viribus nostre potencie expugnari fecissemus sub eodem castro pro exaltacione nostri honoris laudabiliter dimicando graviter extitit sauciatus, tunc eciam cum recuperacione castrorum nostrorum Trenchen et Dedus vocatorum que per Matheum de Trinchinio et filios Stephani filii Ernew damnate memorie nostros infideles in contumeliam regie corone nostre et contemtum detinebantur operam prestassemus idem magister Michael fidelitatis clipeo contectus pro fidei constancia nobis debite sub eisdem castris viriliter decertando non absque sui sangvinis effusione fideles nobis exhibuit famulatus ac letalia vulnera in suo corpore supportavit; pro tot itaque meritis . . sepedictam possessionem Kalsa alias Ingow nuncupatam ab Andrea filio Nana et Ladizlao filio Andornok malemeritis et specialibus nostris infidelibus . . auferentes ipsi magistro Michaeli . . de prelatorum et baronum nostrorum consilio et consensu . . contulimus perpetuo . . possidendam . . Datum per manus magistri Andree prepositi ecclesie Albensis aule nostre vicecancellarii, anno domini Millesimo CCC° vigesimo septimo, quinto kalendas Novembris, regni autem nostri anno similiter vigesimo septimo. Venerabilibus . . stb. *)

Pálóczi Máté országbírónak 1436. sept. 28-án kelt ítéletleveléből; ennek eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 571. 19. dipl. ltár: 2454. Közli: Nagy Gyula.

---

*) Lásd föntebb 260. sz. a. azzal a különbséggel, hogy itt a püspökök közt »Ladislao Zagrabiensi« is megneveztetik, kinek neve ott elő nem fordúl, a nádori méltóság üres, továbbá Demeter tárnokmester mellől a »comite Bach. et Trinchin« czím elmarad s »Deseu iudice curie domine regine« itt előfordúl, ott nem. Szerk.

295.

1327. Visegrád, nov. 15.I. Károly király a boros-jenöi királyi szölö-mívelöket az ó-budai várnagy hatósága alól fölmenti

Nos Karolus . . rex . . significamus . . quod nos condicionariis sive populis nostris vinidatoribus de villa nostra Borus Jenew vocata in comitatu de Pylis existentibus hanc graciam fecimus specialem, ut a iurisdiccione et potestate quorumlibet comitum et iudicum nostrorum et specialiter castellani de Veteri Buda penitus et per omnia liberi et exemti habeantur sed sub nostra proteccione speciali pacifice commorentur; igitur vobis universis comitibus officialibus castellanis nostris et specialiter castellano nostro dicti castri nostri nunc et pro tempore constitutis quibus presentes ostenduntur firmis damus in preceptis quatenus a modo ad ipsos populos sive condicionarios nostros in nullo manus vestras extendere presumatis nec in aliquo ipsos deinceps audeatis molestare. Datum in Wysegrad, in quindenis festi Omnium Sanctorum, anno domini M⁰ CCC⁰ XX⁰ septimo.

I. Károly király 1341. sept. 29-én »Paulus Manyga procurator curie nostre« kérésére kiállított átiratából, melynek eredetije megvan az orsz. ltár kincst. oszt. Mon. V. Bud. 8. 14. dipl. ltár: 2462. Közli: Vincze Gábor.

296.

1327. nov. 18. A boszniai káptalan elött Imre fiának Pál comesnek özvegye fiaival együtt, Irug nevü birtokrészüket a Duna mellett Phile fiainak elzálogosítják.

Nos capitulum ecclesie Boznensis memorie commendamus . . quod nobilis domina Katharina vocata relicta comitis Pauli filii Emerici unacum Johanne, Petro, Thoma, Emerico et Paulo filiis suis . . confessa extitit . . quod ipsa propter suam inopiam . . de consensu et permissione filiorum suorum predictorum quandam particulam terre sue filialis de posses-

sione sua Irug vocata distinctam . . a data presencium usque vigesimam primam revolucionem eiusdem annualem Petro et Nicolao filiis Phile pro trigiuta duabus marcis quamlibet marcam cum sex pensis computando . . pignori obligasset tali condicione mediante, quod quandocunque eadem domina vel prefati filii sui vel saltim unus ex eisdem aut filia eiusdem domine relicta videlicet magistri Pauli filii eiusdem Phile in predicto termino vel post . . posset redimere redimendi haberet absque aliquo gravamine vel pena duppli liberam et securam facultatem, tali eciam vinculo interserto quod nec cum rebus vicinorum commetaneorum vel extraneorum quorumlibet nisi cum rebus ipsorum propriis redimere possint ab eisdem, hoc eciam non pretermisso quod si eadem domina Katherina vocata residuam possessionem seu particulam Irug vocatam que eidem remansisset possidenda ab eadem particula quam eisdem filiis File impignorasset alicui vel cuicunque inpignorare vendere vel qualitercunque alienare vellet vel niteretur aliis non possit nisi filiis Phile usque terminum et revolucionem anni preuotatam; cuius quidem particule terre sicut eadem domina et predicti filii sui nobis dixerunt mete tali ordine distingvuntur, quod prima meta incipit a duabus arboribus nucum cruce signatis prope Danubium existentibus iuxta villam Irug et transit ipsum Danubium versus orientem et contra cursum ipsius Danubii tendit sursum circa quandam silvam Zewzygeti vocatam usque illum locum ubi quidam fluvius qui Silla-Duna vocatur exit de Danubio, inde girat versus meridiem per antiquas metas que separant et distingvunt ipsam particulam terre a possessione monasterii Sancti Spiritus Nazra vocata et per easdem reflectitur iterum versus occidentem et venit ad arborem nar cruce signatam et ibi retransit ipsum Danubium ad unam metam terream que est in medio cuiusdam magni nemoris prope portum et pertransit ipsum nemus per metas antiquas que distingvunt ipsam particulam terre a predicta possessione dicti monasterii et pervenit ad tres metas terreas angulares, inde parum eundo reflectitur versus septemtrionem ad quandam viam et transeundo ipsam viam venit ad metam terream, deinde reflectitur per eandem viam iterum versus orientem per quos-

dam dumos cher vocatos, abhinc vadit iterum versus septemtrionem ad unam metam terream, inde iterum reflectitur versus orientem ad unam metam terream ubi est dumus cher, inde ad arborem pomi silvestris et ibi est meta terrea, ex hinc ad aliam metam terream ubi est dumus spinosus, ab hinc ad alium dumum zyl vocatum et ibi est meta terrea, deinde ad unam metam terream et ibi est dumus pomi silvestris, inde declinando versus septemtrionem modicum venit ad quandam viam et ibi est meta terrea et per ipsam viam eundo venit ad quoddam fossatum et ibi et similiter meta terrea, inde ad arborem piri silvestris ubi est meta terrea, inde tendit ad priorem ibique terminatur. Datum in octavis beati Martini confessoris, anno domini M° CCC° vigesimo septimo.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 593. 13. dipl. ltár: 2463. Közli: Vincze Gábor.

297.

1327. nov. 20. I. Károly király megerősítő adománylevele Pálócz birtokról Pánki Péter fiai: Tuuz Péter és Máté részére.

Karolus . . rex . . ad universorum noticiam volumus pervenire . . quod cum nos . . capitulo ecclesie Agriensis ut ipsi suum mitterent hominem pro testimonio idoneum coram quo Johannes Kunch dictus vel Ladislaus filius Jacobi . . homo noster quandam possessionem Palouch vocatam in comitatu de Vngh existentem . . statueret magistro Peteu dicto Tuuz et Matheo fratri suo filiis Petri de Panky perpetuo possidendam . . litteris nostris dedissemus in mandatis, tandem iidem nobis rescripserunt in hec verba: Excellentissimo . . sat. (l. Károly királynak 1327. sept. 1-én kelt oklevelét, hol az egri káptalannak e jelentésére hivatkozás történik, föntebb, 283. sz. a.) Nos igitur . . antedictam possessionem Palouch collacioni nostre de iure pertinere cognoscentes, attendentes . . merita dicti magistri Peteu . . volentesque eidem pro suis serviciis . . maxime pro morte Andree fratris sui . . sub castro Nalab vocato . . interemti remuneracionis regie occurrere donativo . . sepedictam possessionem Palouch . . ipsi magistro Peteu et

Matheo fratri eius . . contulimus iure perpetuo . . habendam. Datum per manus . . magistri Andree prepositi ecclesie Albensis aule nostre vicecancellarii . . anno domini M° CCC° XX° septimo, duodecimo kalendas Decembris, regni autem nostri anno similiter XX° septimo. Venerabilibus in Christo patribus . . stb. *)

Az egri káptalannak 1333-ban »in quindenis diei Strennarum« az adományosok részére kiállított átiratából, melynek eredetije megvan az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 792. 1. dipl. ltár: 2453. Közli: Nagy Gyula.

298.

1327. nov. 24. I. Károly király Dancsot Zólyom vármegye főispánját aranyos czímerjelvény viselésére fölјogosítja.

Karolus . . rex . . dilecto sibi et fideli magistro Donch comiti de Zoly (salut)em et omne bonum. Inter obsenquencium virtutes pure fidei constancia obtinet principatum tanto excellencioribus premiis confovenda a principibus quanto alta principum sublimitas indurabilis potestatis conparagine subditorum pure fidei constancia solidatur et sicut auri nitore cetera metallorum genera splendorem suscipiunt sic virtutes singule fidei puritate clarescunt. Hinc est quod quia te dilectissime comes in fidelitatis devocione principium habemus et constantem invenimus et tue fidelitatis constanciam ad nostram exaltacionem et honorem in nostris serviciis laudabilium semper exhibicione operum monstrassi qua pro tua persona apud nostram excellenciam iugiter perorante licet militaris honoris quem tue probitatis florida acquisivit iuventus tibi non desit strennuitas tamen ut ipsius tue militaris strennuitatis insignia iuxta tuum votum preeminencioribus nostri favoris clarificemus auspiciis presenti tibi privilegio annuen-

---

*) L. föntebb 260. sz. a. azzal a különbséggel, hogy itt a püspökök közt »Ladislao Zagrabiensi« is előfordúl, míg ott nem; itt »honore palatinatus vacante«, Demeter csak mint tárnokmester említtetik, főispáni czímei pedig elhagyatnak. Szerk.

tes in perpetuum duximus concedendum quod quocienscunque nos cum nostris hostibus personale inimus conflictum tu tue persone arma et armorum quelibet insignia detectiva atque cristam et vexillum habeas et induas deaurata et sive puro omnia accendas in auro, et si quemcunque vel quoscunque milites similia tuis armis et armorum detectivis ferentes militaria insignia seu arma aurea aut deaurata intra nostri regiminis atque dicionis reperieris, ipsi milites tibi cedant et huiusmodi sua arma et armorum detectiva insignia deaurata militaria exponant, tuque eadem ab ipsis auferendi sine contradiccione aliqua plenam a nobis concessam habeas ubique potestatem. Datum per manus discreti viri magistri Andree prepositi ecclesie Albensis et aule nostre vicecancellarii dilecti et fidelis nostri, anno domini Millesimo trecentesimo septimo (így), decimo kalendas Novembris, regni nostri anno similiter vicesimo septimo.

Kivül, a XIV. század részéről való irással Privilegium K. regis super datis signis armorum magistriDonch deauratis.

Vörös és sárga czérnán függő pecsét nyomaival; eredetije a N. Muzeumban.

299.

1327. Kálló. nov. 26. Szabolcs vármegye alispánja és birótársai Kállai Lászlónak Lengyel János elleni ügyét elhalasztják.

Nos magister Jacobus filius Petri vicecomes magistri Jacobi filii quondam Dause palatini comitis de Zobouch et quatuor iudices nobilium de eodem damus pro memoria, quod cum secundum continenciam priorum literarum nostrarum memorialium Ladislaus filius Michaelis sabbato proximo post festum beate Katerine virginis Lukachium et Paulum filios Bana et Nicolaum sponsum Damiani servientes suos racione nocumenti contra magistrum Johannem dictum Lengel statuere debuisset sicque ipso termino adveniente idem magister Ladislaus eosdem servientes ipsius statuit prout tenebatur et

ipsam causam ad quindenas datarum presencium prorogaverunt, peremtorie comparendis partibus supradictis statu priori permanente. Datum in Kallou, in termino supradicto, anno domini M° CCC° vigesimo septimo.

Zárlatán három pecsét nyomaival; eredetije a N. Muzeumban, a Kállay cs. ltárában. Közli: Tagányi K.

300.

1327. dec. 14. Gömör vármegye alispánja és bírótársai Záchfi Feliciánt és ennek Felicián fiát Benedek fia László részére bírságolják.

Nos magister Dominicus vice magistri Wyllermi comes et quatuor iudices nobilium de Gumur damus pro memoria. quod feria secunda proxima post festum beate Lucie virginis magister Ladislaus filius Benedicti contra magistrum Felicianum filium Zaah et Felicianum filium eius stetit in termino coram nobis citatus legitime, qui non venerunt nec miserunt; unde tenentur in iudicio si se racionabiliter non poterint excusare; sigillum vero nostrum Johannes filius Benedicti vicinus eiusdem ad citandum iuxta consvetudinem provincie transmissum nobis reportavit et dixit quod in festo predicti festi beate Lucie virginis in possessione ipsorum Gyuche vocata citavisset eosdem contra magistrum Ladislaum supradictum, ipsam feriam secundam eisdem pro termino comparendi assignasset. Datum feria secunda supradicta, anno domini M° CCC° XX° septimo.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 1535. 23. dipl. ltár: 2466. Közli: Vincze Gábor.

301.

1327. A budai káptalan előtt Zsámbéki Henard leánya Aglent, a Rátolt nemzetségbeli Purch István özvegye, nyilvánítja, hogy leánynegyedi illetőségére nézve fivérei kielégítették.

Capitulum Budensis ecclesie .. ad universorum noticiam .. volumus pervenire, quod nobilis et religiosa domina Aglent nomine relicta comitis Stephani dicti Purch de genere Ratolt filia videlicet Nicolai filii Henardy de Sambuc de castro Sibille de castro Budensi ante claustrum beati Johannis ab una parte, item magister Henardus filius magistri Nicolai filii Henardi frater eiusdem domine pro se et magistro Ladizlao dicto calvo fratre suo item pro Dominico filio Beke fratris sui ab altera coram nobis personaliter constituti eadem domina habita deliberacione provida et deliberata provisione spem et omnem fiduciam in vita et in morte per predictos fratres suos se habere sperans in futurum, vive vocis oraculo est confessa quod receptis quinquaginta marcis fini argenti ad pleniorem expedicionem predictorum fratrum suorum de quarta sua filiali ab omnibus possessionibus eorumdem fratrum suorum filiorum videlicet Nicolai et Beke predictorum de regni consvetudine sibi provenienti eisdem fratribus suis omnino relaxavit . . Datum per manus discreti viri magistri Petri lectoris ecclesie nostre, anno domini M° CCC° XX° septimo, Petro cantore, Jacobo custode, Johanne decano, magistro Posonio, Petro quondam decano, Petro Siculo, Dominico Crissio presbiteris, Johanne ac altero Johanne magistris, Laurencio et Jacobo presbiteris ceterisque canonicis existentibus.

Függő pecséttel és felső részén A. B. C. cyrographummal ; eredetije megvan az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 603. 28. dipl. lt. 2469. Közli: Vincze Gábor.

302.

1327. A pannonhalmi convent János királynői tárnoknak jelenti, hogy Zeged fiát Tamást Tés nevű birtokba bevezette.

Magnifico viro et honesto magistro Johanni filio Baboneg tawarnico domine regine conventus monasterii sancti Martini de sacro monte Pannonie oraciones in Christo fideles. Noverit vestra magnificencia quod constitutis coram nobis personaliter Thomas filius Zeged de Thees ex una parte, Salamone filio Mikahelis de Chep, Dominico filio Tyba de Lezkone, Petro filio Dominici de eadem pro se et pro provincia commetanea Kamarun ex altera, qui iidem Salamon, Dominicus, Petrus nobis recitarunt manifeste, quod Nicolaus filius Philippi dedisset et commisisset Nicolaum filium Mikhelis de Pornick ad perambulandum et restituendum terras et possessiones cum metis earumdem Thome filio Zeged, et isti sunt qui cum eodem Nicolao filio Mikahelis in perambulacione fuissent: Opuch filius Ogmand, Petrus filius Semeyn de Torch, Lorandus de eadem, Corrardus filius Itumeri, Tarkan iudex domini prepositi de Alba-Regali, Dyonisius filius Vroch de Bachi et Beke frater eius et Stephanus, Farcasius filius Nicolai de eadem Bachi, Mark filius Andree de Bochian, Iuachim filius Nicolai de Echey, Ivanka filius Andree de Chep, Fabianus filius Sebastiani de (. . . . .) commetanei dicti Thome filii Zeged et sine contradiccione vel impedimento possessionem Thees vocate proprie (így) ipsius Thome ipsi Thome restituisset et assignasset . . Datum in octavis (. . . .) apostoli, anno domini M° CCC° XX° VII°.

János tárnokmester 1327. évi oklevelébõl; melyről lásd fõntebb a 275. sz. a. oklevél jegyzetében előadottakat. Közli : Nagy Gyula.

303.

1327. Az egri káptalan bizonyságlevele arról, hogy Bocsárdi Sándor fiai Gergely és Jakab, Bocsárd és Krucsó nevü birtokok iránt miképen egyeztek ki.

.. capitulum ecclesie Agriensis .. ad universorum noticiam tenore presencium volumus pervenire, quod Gregorius filius Johannis filii Alexandri de Bolchard ex una parte ab altera vero Jacobus filius eiusdem Johannis frater ipsius Gregorii uterinus .. proposuerunt viva voce quod cum idem Jacobus tanquam actor ipsum Gregorium fratrem suum racione possessionum Bolchard et Cruchow vocatarum ac racione condicionalium et quarumlibet aliarum rerum ipsorum in presenciam comitis Nicolai viceiudicis Philippi palatini traxisset in causam et ipsa causa diucius . . inter ipsos ventillante per ordinacionem proborum virorum videlicet Andree filii Tyburcii, Andree filii Petere, Nicolai filii Demetrii, Petri filii Alexandri, Stephani de Peruen et Nicolai filii Mycoleth pariter ad hoc electorum mediantibus litteris comitis Lukachii et quatuor iudicum nobilium de Wyuar sub pena decem marcarum in dictis possessionibus eorum et aliis rebus divisionem facere assumsissent tandem in eisdem possessionibus et aliis rebus .. talem inter se fecissent divisionem, quod eandem possessionem Bolchard in comitatu de Vyuar existentem dicti nobiles in duas partes .. divisissent metis infrascriptis ab invicem separando ex quibus una pars a parte meridionali .. cum dimidietate pomerii ex eadem parte meridionali et loco unius curie iuxta ecclesiam beati Emerici confessoris in eadem fundatam sorte posita inter ipsos memorato Jacobo .. cessisset .. alia vero dimidietate eiusdem possessionis Bolchard similiter .. cum dimidietate dicti pomerii a parte septemtrionali predicto Gregorio .. remanente molendinis tamen et patronatu dicte ecclesie partibus communiter remanentibus; item dictam possessionem Cruchow nominatam in comitatu de Zemlen existentem predicti nobiles similiter in duas partes equales .. divisissent, ex quibus una dimidietas a parte meridionali .. sepedicto Jacobo .. similiter per sortem

fuisset devoluta alia dimidietate eiusdem possessionis a parte septemtrionali . . memorato Gregorio . . remanente capella tamen beate Katherine virginis de eadem partibus communiter permanente; cursus vero metarum dicte possessionis Bolchard . . est talis, quod primo incipit a parte orientali a quodam patak Bolchardpathaka vocato ubi est una meta terrea et eundo directe versus occidentem venit ad unam metam terream in quodam prato existentem de qua eundo versus eandem partem transit ipsam villam Bolchard per medium et iuxta eandem pervenit ad unam metam terream de qua eundo adhuc versus eandem plagam transit per medium quandam parvam silvam vulgo erezthwen vocatam et iuxta eandem pervenit ad unam metam terream, partem eiusdem Gregorii videlicet a parte septemtrionali eo quod minoris esset utilitatis a prima meta usque ibi decem et octo mensuris cum regali mensura mensurando laciorem pro eodem Gregorio dimittendo, et de eadem meta iuxta ipsam parvam silvam existenti reflectitur versus septemtrionem et transeundo decem et octo mensuras cum mensura regali pervenit ad unam metam terream iuxta eandem parvam silvam existentem et de eadem eundo directe versus occidentem transit duas metas terreas et pervenit ad quendam meatum aque O-Ida vocatum ubi est una meta terrea et ibi terminantur; item cursus metarum dicte possessionis Cruchow vocate quibus dicte dimidietates parcium predictarum a se invicem distinguntur est talis: quod primo egrediendo a dicta capella beate Katherine virginis de eadem transit directe per medium eiusdem ville versus orientem et pervenit ad unam metam terream iuxta quoddam stagnum existentem et de eadem ipsum stagnum pertranseundo versus eandem partem transit quandam silvam in longitudinem et pervenit ad duas metas terreas antiquas super quodam Berch existentes et ibi terminantur, dimidietatibus . . a parte meridionali . . ipsi Jacobo a parte vero septemtrionali sepedicto Gregorio ac ipsorum successoribus cedentibus . . item facta divisione aliarum rerum suarum per predictos nobiles, duo capita hominum, quatuor equi de equacia, quatuor pecora, decem et novem oves item decem et septem porci, due marce, una lorica quatuor marcis estimata prefato Jacobo ac totidem

et tantumdem sepedicto Gregorio cessissent possidenda . . presentibus tamen Petro preposito, Nicolao lectore, Martino cantore, Johanne custode dominis, Dominico de Wyuar, Valterio de Borswa, Laurencio de Kemey, Petro de Zemlen, alio Petro de Sumbun, David de Zobouch, Stephano de Heves, Johanne de Borsod archidiaconis et aliis multis, anno domini M° CCC° XX° septimo, regnante Karolo rege . . Bolezlao Strigoniensi, Ladizlao Colocensi archiepiscopis et domino nostro venerabili patre Chanadino dei gracia episcopo Agriensi existentibus.

Lilaszínű selyem zsínóron függő teljesen ép pecséttel, alúl A. B. C. cyrographummal; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 940. 2. dipl. ltár: 2468. Közli: Nagy Gyula.

304.

1327. A székesfehérvári keresztesek conventje elött Fodor Miklós fia Farkas Körtvél nevü birtokát Tolna vármegyében Iván fiának Dezsőnek és Miklósnak a Bikács nemzetségből, elzálogosítja. Az oklevél kivonata így hangzik:

. . Deseu filius Iwan litteras conventus cruciferorum domus hospitalis de Alba anno domini M° CCC° XX° septimo confectas presentavit in quarum tenoribus Farkasium filium Nicolai dicti Fudur quandam possessionem suam Kurtuel vocatam iuxta Danubium in comitatu Tolnensi existentem videlicet porcionem suam ipsum contingentem cum omnibus suis utilitatibus et pertinenciis specialiter in ipsa aqua Danubii et in terris adiacentibus a data earumdem per spacium et revolucionem decem annorum pro viginti marcis partim in denariis vel in estimacione denariorum partim vero in estimacione condigna pro eadem pecunia in ipsa decima revolucione annuali in octavis diei Cinerum vel antea quandocunque medio tempore posset in eodem conventu redimendam predicto Deseu filio Iwan et Nicolao filio Nicolai *de genere Bykach* proximis suis pignori obligasse vidimus contineri.

Pál országbírónak 1334. évi ítéletleveléből, melynek eredetije megvan az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 1017. 8. dipl. ltár: 2801. Közli: Nagy Gyula.

305.

1327. Az egri káptalan előtt a Kathyz nemzetségből való Simonfi Miklós fiai Tapolcza nevű Gömör vármegyei birtokukat rokonuknak Dezsőnek Roph nevü birtokáért elcserélik. Az oklevél kivonata ez:

.. quasdam litteras .. capituli Agriensis anno domini Millesimo CCC° XX° septimo confectas demonstravit inter cetera continentes quod Elyas et Nicolaus magistri filii Nicolai filii Simonis *de genere Kathyz* possessionem ipsorum Topolcha in comitatu Gumuriensi existentem .. in concambium cuiusdam possessionis Roph vocate prefato Deseu filio Symonis filii Tabyas patri scilicet dicti Nicolai et Thome filio eiusdem perpetuo possidendam contulissent.

Pál országbírónak 1341. évben kelt azon ítéletéből, mely »Johannes filius Alexandri filii Oelen« részéről »Contra Nicolaum filium Deseu filii Simonis« Topolcha nevű birtok iránt folyamatba tett perben hozatott; az ítélet eredetije megvan az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 1536. 52. dipl. ltár: 3346. Közli: Nagy Gyula.

306.

1328. Visegrád, jan. 8. I. Károly király, miután Henrik bán fiának János nádornak fia János Németújvár várát a királynak visszaadta, Pethö ottani várnagy szolgájának Gencsi Lachknak megkegyelmez s kártételeit elengedi.

Nos Karolus .. rex .. significamus .. quod quia magister Johannes filius Johannis quondam palatini filii videlicet Herrici fidelis noster in restitucione castrorum et in aliis quibus licuit nostre gracie se submisit faciens et implens nostre beneplacita voluntatis, ideo nos considerantes fore oportunum ut sibi et suis ex regia liberalitate graciose occurramus, Lachk filio Ladislai de Gench servienti magistri Petheu quondam castellani castri Wyuar quod per eundem magistrum Johan-

nem est nobis restitutum super omnibus iniuriis damnis nocumentis incendiis villarum destruccionibus desolacionibus spoliis combuscionibus sive confraccionibus ecclesiarum et domorum rerum ablacionibus hominum utriusque sexus denudacionibus vulneracionibus interfeccionibus dimembracionibus seu homicidiis et saltem excepta possessionum occupacione generali vocum prolacione super cunctorum malorum commissionibus per dictum Lachk quibuscunque tam nobilibus quam ignobilibus et cuiusvis status hominibus usque modo datis factis et illatis de gracia speciali indulserimus per regie potestatis plenitudinem reddentes ipsum de premissis penitus et per omnia expeditum in filios filiorum eius et heredes; itaque vobis universis magnatibus et iudicibus regni nostri videlicet palatino bano tocius Sclavonie voivode Transsilvano iudici curie nostre comitibus parochialibus et iudicibus nobilium quorumlibet comitatuum ac aliis quibusvis iusticiariis regni nostri vestrasque vices gerentibus constitutis pro tempore et constituendis quocunque nomine censeantur quibus presentes ostenduntur regio edicto sanccientes firmiter precipimus per presentes quatenus predictum Lachk et suos heredes super huiuscemodi malis contra quospiam iudicare seu molestare nullo unquam tempore audeatis et si quis secus fecerit regiam indignacionem se noverit graviter incursurum, nos quidem deinceps cassum vanum et inane fore decernimus si per quempiam contra formam dicte gracie nostre fuerit aliquid attentatum. Datum in Alto Castro, tercio die festi Epiphanie domini, anno eiusdem M° CCC° XX° octavo.

Hátlapján nagy pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 1698. 10. dipl. ltár: 2482. Közli: Vincze Gábor.

307.

1328. febr. 5. A budai káptalan elött Ó-budai Péter özvegye Mangych, és Cseke fia Mihály a budai hegyen lévö szölleiket egymás közt elcserélik.

Capitulum Budensis ecclesie . . ad universorum . . noticiam . . volumus pervenire, quod domina Mangich relicta

quondam Petri filii Pauli de Veteri Buda ab una parte item Michael filius Chekee de eadem astante sibi domina Sebee uxore sua ab altera coram nobis . . constituti per eosdem relatum . . extitit . . ut in vineis ipsorum tale concambium inter se fecissent . . quod predicta domina Mangych vineam suam . . ex consensu Francisci et Nicolai filiorum suorum ac Johannis sponsi eiusdem in territorio Budensi Eleumal vocato in vicinitatibus vinearum Albrehti dicti magni et Demetrii filii Wylmos civium de castro Budensi ac viri discreti Petri quondam decani socii et concanonici nostri existentem cum . . loco torcularis via et aliis attinenciis eiusdem tradidisset . . predicto Michaeli filio Chekee et domine Sebee consorti eiusdem . . perpetuo . . possidendam . . e converso vero idem Michael et domina Sebee consors sua in concambium . . dicte vinee eisdem tradite vineam ipsorum in territorio Feneumal nominato in vicinitate vinee Zente de Veteri Buda et Dominici presbiteri socii et concanonici nostri ac Johannis dicti de Katha fratris sui necnon Fabiani filii Beud habitam . . cum loco scilicet torcularis via et aliis pertinenciis dicte vinee . . dedissent . . sepedicte domine Mangych . . iure perennali . . possidendam . . et quia vinea dicte domine Mangych in concambium tradita maioris precii seu valoris reperta extitisset predictus Michael et domina Sebee consors eiusdem dicte domine Mangych superaddidissent decem marcas grossorum denariorum . . nulla penitus iurisdiccione quelibet parcium in sua vinea modo premisso in concambium tradita pro se reservando . . Datum per manus magistri Ladislai lectoris ecclesie nostre, in festo beate Agathe virginis, anno domini M° CCC° XX° octavo, magistro Petro cantore, Jacobo custode, Posonio, Petro quondam decano, Petro Sykulo, Dominico, Johanne presbiteris, Johanne et altero Johanne, Laurencio Crisio, Jacobo magistris ceterisque canonicis iugiter deo famulantibus.

Alúl fölül cyrographummal, s függő pecséttel; eredetije az orsz. t. kincst. oszt. Mon. V. Bud. 20. 2. dipl. ltár : 2486. Közli : Vincze Gábor.

308.

1328. Visegrád, febr. 13. I. Károly király Boxfi István kérésére a vasvári káptalant Kisfalu birtok iránt vizsgálatra kiküldi.

Karolus .. rex .. capitulo ecclesie Castriferrei .. dicit nobis Stephanus filius Box quod quedam possessio Kysfolu vocata in comitatu Castriferrei existens esset sui iuris sed propter maliciam preteriti temporis inpacati fuisset ab ipso alienata; quare .. mandamus quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum coram quo Johannes filius Iwanka vel Petrus filius Chama altero absente homo noster predictam possessionem reambulando per veteres metas et antiquas restituat predicto Stephano perpetuo possidendam .. Datum in Wysegrad, sabbato proximo ante dominicam Esto mihi, anno domini M° CCC° XX° octavo.

A vasvári káptalannak 1328. febr. 29-iki átiratából; l. alább. Közli: Vincze Gábor.

309.

1328. Visegrád, febr. 14. I. Károly király Péter fiát Domokost Tolvaj és Sárallya nevű birtokokba a pozsonyi káptalan által beiktattatja.

Karolus .. rex .. capitulo ecclesie Posoniensis .. Dominicus filius Petri dicit nobis quod possessiones Tuulway et Saralia in comitatu Posoniensi constitute ipsius essent et de iure ad ipsum pertinerent sed temporibus infidelium nostrorum ab ipso indebite fuissent alienate; super quo .. precipimus quatenus vestrum mittatis hominem .. coram quo Andreas dictus Chuna vel Emiricus filius Mykow homo noster dictas possessiones convocatis vicinis .. reambulando .. statuat ipsi Dominico . . Datum in Wysegrad, in dominica Esto michi, anno domini Millesimo trecentesimo vicesimo octavo.

A pozsonyi káptalannak 1328. febr. 25-én kelt jelentéséből, mely szerint a káptalan »cum Emirico filio Mykou . . Paulum sacerdotem chori . . feria tercia . . post dominicam Invocavit ad faciem . . pessessionum Tolwoy et Saralia« kiküldvén ezek a beiktatást minden ellenmondás nélkül teljesítették. A káptalan ezen jelentése I. Károlynak 1328. mart. 5-én kelt megerősítő oklevelében átiratban foglaltatik, melynek eredetije megvan az orsz. lt. kincst. oszt. Mon. Pos. 46. 12. dipl. ltár: 2488. Közli: Nagy Gyula.

310.

1328. Avignone, febr. 19. XXII. János pápa a garam-szentbenedeki convent kiváltságait megerősíti.

Johannes episcopus servus servorum dei dilectis filiis abbati et conventui monasterii de sancto Benedicto iuxta Gron ordinis sancti Benedicti Strigoniensis diocesis salutem et apostolicam benediccionem. Solet annuere sedes apostolica piis votis et honestis petencium precibus favorem benivolum impertiri. Ea propter dilecti in domino filii vestris iustis postulacionibus grato concurrentes assensu omnes libertates et immunitates a predecessoribus nostris romanis pontificibus sive per privilegia sive alias indulgencias vobis et monasterio vestro concessas necnon libertates et exempciones secularium exaccionum a regibus et principibus ac aliis Christi fidelibus racionabiliter vobis et eidem monasterio indultas sicut eas iuste et pacifice obtinetis vobis et per vos eidem monasterio auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo . . stb. Datum Avinione, undecimo kalendas Marcii, pontificatus anno duodecimo.

Vörös-sárga selyem zsinóron függő ólom pecséttel; eredetije az orsz. ltár kincstári oszt. Eccl. 25. 47. dipl. lt. 2408. Kivonata Fejérnél, i. m. VIII. 3. 307. l. Közli: Nagy Gyula.

311.

1328. febr. 21. A nyitrai káptalan előtt Elefánti Mátyás ősi és szerzett birtokaiból fiainak osztályrészét meghatározza.

Nos capitulum ecclesie Nitriensis . . significamus . . quod vir nobilis comes Mathias de Elephant, item Nicolaus, Johannes, Mathias et Thomas filii eiusdem coram nobis personaliter constituti in universis possessionibus suis infrascriptis tam hereditariis quam emticiis talem inter se divisionem perpetuo duraturam heredum per heredes retulerunt concorditer fore factam, quod ipsis singulariter singulis et universaliter universis consencientibus possessio Mythoch vocata cum porcionibus acquisiticiis et emticiis et ad eandem pertinenciis universis cessisset Nicolao et Thome filiis eiusdem comitis Mathie predictis perpetuo possidenda, item quod possessio Elephant predicta cum universis pertinenciis suis tam acquisiticiis quam emticiis cessisset prefatis Johanni et Mathie filiis dicti comitis Mathie similiter perpetuo possidenda, item quod possessio Zalakuz vocata cum omnibus utilitatibus et pertinenciis universis cessisset comiti Mathie modo simili perpetuo possidenda cum terra Chepen inter Waag et Duduaag existenti per Andream filium Jacobi de eadem pignori obligata ita videlicet quod dictus comes Mathias ipsas suas porciones possessionum contradiccionibus dictorum filiorum suorum non obstantibus liberam haberet cuiquam vellet pro remedio anime sue aut alio quovis titulo dandi conferendi vel legandi in vita pariter et in morte facultatem . . Datum in dominica Invocavit, anno domini M° CCC° XX° octavo.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 1671. 29. dipl. lt. 2489. Közli: Vincze Gábor.

312.

1328. febr. 24. István pócsi lelkész az egri püspök helyettesének nevében az Ubulfi Mihály özvegyének járó hitbér dolgában Bogáti Andrásnak halasztást ad.

Nos Stephanus sacerdos de Poch et vicegerens discreti viri magistri Petri generalis vicarii Chanadini . . episcopi Agriensis, damus pro memoria, quod in octavis Cinerum Johannes sacerdos de Semien cum nostris litteris procuratoriis stetit in termino coram nobis pro domina relicta comitis Michaelis filii Vbul nomine Elizabeth contra Andream nobilem de Bogat super dote et rerum parafernalium pro quo quidem Andrea Georgius sacerdos de Bogat comparuit et quindenas datarum presencium pro eodem acceptando contra eandem dominam comparere et respondere. Datum termino prenotato, anno domini M° CCC° XX° octavo.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije a N. Muzeumban, a Kállay cs. lban. Közli: Tagányi K.

313.

1328. febr. 29. A vasvári káptalan Kisfalu birtok iránt I. Károly királynak 1328. febr. 13-án kelt és föntebb 308. sz. a. közölt meghagyását átírván, a határjárásról és beiktatásról jelentését így folytatja:

Verum . . cum prescripto Petro filio Chama de Geur homine vestro unum ex nobis magistrum Gregorium ecclesie nostre canonicum transmisimus . . qui . . retulerunt quod sabbato proximo ante dominicam Reminiscere ad faciem dicte possessionis accedendo convocatis . . vicinis et commetaneis . . eandem possessionem Kysfolu per veteres metas et antiquas reambulando ipsi Stephano filio Box de iure pertinere inventam statuissent . . eidem Stephano filio Box perpetuo possidendam . . cuius quidem possessionis mete hoc ordine distin-

gvuntur, quod prima meta incipit a parte possessionis Ruchka vocate in duabus metis terreis antiquis prope fluvium Gungus positis et super ipso fluvio Gungus versus partem orientalem currendo pervenit ad fluvium Raba ad locum Gungustu dictum ita ut ipse fluvius Gungus ad aquilonem populis de Saar ad meridiem possessioni Kysfolu separat et distinguit, de ipso autem loco Gungusteu vocato super fluvio Raba versus meridiem tendendo currit usque terram Rubenteluke nominatam, exeundo ipsum fluvium Raba tendit versus occidentem, pervenit ad duas metas terreas quarum una subtus arborem tilie Stephano separat alia subtus arborem iliceam Rubenteluke separat, deinde in metis terreis de novo positis ad eandem partem pervenit ad Fuenesuth vocatam, saliendo ipsam viam versus eandem partem currit ad duas metas terreas novas de quibus iuxta eandem terram Rubenteluke vadit versus meridiem et pervenit ad duas metas terreas novas, et abhinc versus occidentem pervenit ad viam magnam que venit de Ikyruar iuxta quam sunt due mete terree et super eandem viam magnam modicum ad meridiem tendens pervenit ad duas metas terreas sub spinis positas de quibus versus occidentem currit ad virgultum et iungitur duabus metis terreis in vicinitate dicte terre Ruchka, et deinde versus aquilonem transeundo duas metas currit iuxta ipsam terram Ruchka ad tres metas de quibus versus eandem partem saliendo magnam viam que venit de Megehyd pervenit ad metam capitaneam sive principalem ibique terminantur. Datum secunda feria proxima post dominicam Reminiscere, anno domini Millesimo CCC° XX° octavo.

I. Károly király 1328. april 9-én jeles alakban kiállított megerősítő átiratából, melynek eredetije megvan az orsz. ltár kincst. oszt. Paul. Sz. Péter, 5. 1. dipl. ltár : 2487. Közli : Vincze Gábor.

314.

1328. Avignone, mart. 1. XXII. János pápa a garam-szent-benedeki convent elidegenített birtokait a fehérvári prépost által visszaadatja.

Johannes episcopus servus servorum dei . . preposito ecclesie de Alba Regali Vesprimiensis diocesis . . ad audienciam nostram pervenit quod tam dilecti filii abbas et conventus monasterii de sancto Benedicto de Gron ordinis eiusdem sancti Strigoniensis diocesis quam predecessores eorum decimas, terras, domos, possessiones, castra, grangias, prata, nemora, piscarias, molendina, iura, iurisdicciones et quedam alia bona ipsius monasterii datis super hoc litteris confectis exinde publicis instrumentis, interpositis iuramentis, factis renunciacionibus et penis adiectis in gravem ipsius monasterii lesionem nonnullis clericis et laicis aliquibus eorum ad vitam quibusdam vero ad non modicum tempus et aliis perpetuo ad firmam vel sub censu annuo concesserunt quorum aliqui dicuntur super hiis confirmacionis litteras in forma communi a sede apostolica impetrasse; quia vero nostri interest super hoc de oportuno remedio providere discrecioni tue per apostolica scripta mandamus quatinus ea que de bonis ipsius monasterii per concessiones huiusmodi alienata inveneris illicite vel distracta non obstantibus litteris instrumentis iuramentis renunciacionibus penis et confirmacionibus supradictis ad ius et proprietatem eiusdem monasterii legitime revocare procures, contradictores per censuram ecclesiasticam appellacione postposita compescentur. Testes autem qui fuerint nominati si se gracia odio vel timore subtraxerint censura simili appellacione cessante compellas veritatis testimonium perhibere. Datum Avinione, kalendis Marcii, pontificatus nostri anno duodecimo.

Az ólompecsét kenderkóczon függ; eredetije az orsz. ltár. kincst. oszt. Eccl. 25. 49. dipl. lt. 2409. Megvan u. o. a nyitrai káptalannak 1328. máj. 12-én kelt átiratában is, Eccl. 24. 11. dipl. lt. 2490. Az oklevél rövid kivonatát l. Fehér i. m. VIII. 3. 308. l. Közli: Nagy Gyula.

315.

1328. mart. 12. Tamás Somogy vármegyei alispán és bírótársai bizonyítják, hogy Achaz fia János tartozását lefizette.

Nos comes Thomas viceiudex Myklı bani tocius Sclavonie et comitis Symigiensis ac quatuor iudices nobilium eiusdem comitatus damus pro memoria, quod cum secundum continenciam priorum litterarum nostrarum magister Johannes filius Achaz sabbato post diem Medii Quadragesime Emerico institori duas marcas dare et solvere coram nobis debuisset, ipso termino adveniente idem magister Johannes ipso Emerico predictas duas marcas persolvit coram nobis ut debebat, et eundem super hoc reddidit expeditum. Datum sabbato prenotato, anno domini M° CCC° XX° octavo.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 1535. 26. dipl. lt. 2491. Közli: Vincze Gábor.

316.

1328. Visegrád, mart. 20. I. Károly király az újhelyi Ágoston szerzetbeliek részére 1312. jul. 16-án kiadott oklevelét új pecsétje alatt átírja és megerősíti.

Nos Karolus..rex..significamus..quod vir religiosus frater Petrus prior de Wyhel cum fratre Anthonio confratre suo de ordine sancti Augustini fratres videlicet beati Pauli primi heremite ad nostram accedendo presenciam exhibuit nobis quasdam litteras nostras patentes sub priori et antiquo sigillo nostro tenoris infrascripti petens nos .. ut ipsas ratas .. habere .. dignaremur confirmare, quarum tenor talis est: (következik I. Károly király 1312. julius 16-iki oklevele, l. Anjk. Okmt. I. 263. l.) Nos igitur ad peticionem et humillimam supplicacionem predictorum fratrum iuxta regiam pietatem seu clemenciam benignius inclinati predictas litteras nostras in omnibus suis clausulis .. ratificamus et tam terras quam mo-

lendina seu vineas predicto modo per eosdem comparatas precio seu comparandas presentibus litteris nostris patentibus novo et autentico sigillo nostro consignatis eisdem perpetuo possidendas confirmamus. Datum in Vyssegrad, in dominica Iudica, anno domini M° CCC° XX° octavo.

Eredetije megvan igen megrongált állapotban az orsz. ltár kincst. oszt. Paul. Ujhely, 1. 2. dipl. lt. 2492. Ugyanazt I. Lajos király 1358. sept. 19-én átírja, melynek eredetije megvan ugyanott, Paul. Ujhely, 1. 3. dipl. lt. 4710. Közli: Vincze Gábor.

317.

1328. mart. 23. I. Károly király adománylevele Nagy-Miklós, Nagy-Ivan, Matha Szabolcs vármegyei, és Kerekegyház Bihar vármegyei birtokokról Dózsa nádor fiai, Jakab Pál és Dózsa részére.

Karolus . . rex . . ad universorum noticiam . . volumus pervenire, quod nobiles iuvenes Jacobus et Paulus unacum Dousa parvulo fratre eorum filii quondam Dousa palatini dilecti et fideles nostri ad nostram accedentes presenciam et sue fidelitatis ac dicti patris ipsorum servicia exacte diligencie studio nobis exhibita et impensa proponentes et declarantes infrascriptas possessiones videlicet Nogmiclos et Nogiwan, item Matha iuxta fluvium Hurtubag et Elep in comitatu de Zouboch ac Gerekyghaaz vocatas in Nyr in comitatu Byhor existentes asserentes eas fuisse hominum sine herede decedencium et hac de causa collacioni nostre de iure pertinere a nobis sibi dari et conferri perpetuo postularunt . . Nos igitur attendentes inviolabilem devocionis et fidei puritatem quam iidem Jacobus et Paulus erga nostram maiestatem sacrumque nostrum diadema constanter noscuntur habuisse considerantes eciam labores continuos et onera expensarum que ad honorem nostri culminis subiisse probantur necnon satis grata et immensa obsequia que ipsos a tempore sue adolescencie nobis et regno nostro in diversis expedicionibus pro exaltacione nostri regiminis et honoris pro reintegracione et augmento reipublice

ac pro reformacione pacis in regno predicti patris ipsorum serviciis favoris nostri et gracie plenitudine prosequi et amplecti, licet estimemus exiguum et exile videamus quod eis facimus in presenti horum respectu que eis in posterum impendere intendimus, prefatas possessiones Nogmyclos, Nogiwan, Matha, Elep et Gerekyghaaz cum terris . . patronatibus ecclesiarum et generaliter omnimoda integritate iuris earumdem prememoratis Jacobo Paulo et Dowsa ac per eos eorum heredibus . . de prelatorum et baronum nostrorum consilio . . dedimus donavimus et contulimus perpetuo iure et irrevocabiliter possidendas et habendas . . Datum per manus discreti viri magistri Andree prepositi ecclesie Albensis aule nostre vicecancellarii . . anno domini Millesimo trecentesimo vigesimo octavo, decimo kalendas Aprilis, regni autem nostri anno similiter vigesimo octavo. Venerabilibus in Christo patribus dominis Bolezlao Strigoniensi et fratre Ladizlao Colocensi archiepiscopis, Benedicto Chanadiensi, fratre Petro Boznensi, Georgio de Sancto Irineo, Iwanka Waradiensi, Ladislao Quinqueecclesiensi, Nicolao Jauriensi, Chanadino Agriensi, Herrico Wesprimiensi, Ladislao Zagrabiensi et Andrea Transsilvano ecclesiarum episcopis ecclesias dei feliciter gubernantibus ; magnificis viris Demetrio magistro tavarnicorum nostrorum, honore palatinatus vacante, Thoma woywoda Transsilvano et comite de Zounuk, Mikch bano tocius Sclavonie, Paulo filio Simonis iudice curie nostre, Johanne filio Bobanyk magistro tavarnicorum domine regine karissime consortis nostre, Dyonisio magistro dapiferorum nostrorum, Stephano magistro agazonum nostrorum et Nicolao comite Posoniensi aliisque quampluribus regni nostri comitatus tenentibus et honores.

Függő pecsétje hiányzik; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 1507. 17. dipl. ltár: 2493. Közli: Vincze Gábor.

318.

1328. máj. 11. A vasvári káptalan Baranyai Imre kérésére Kutus birtokról szóló és Miklós alországbíróhoz intézett év nélkül való jelentését átírja.

Nos capitulum ecclesie sancti Michaelis archangeli de Castroferreo damus pro memoria, quod magister Emericus filius Rennoldi de Barana sponsus vero magistri Guke de Kutus ad nos personaliter accedendo exhibuit nobis litteras nostras clausas sub antiquo sigillo nostro confectas petens nos . . ut easdem litteras . . rescribi faceremus et . . novo nostro sigillo dignaremur consignare, quarum . . tenor talis est: Viro discreto Nicolao viceiudici aule regie capitulum ecclesie sancti Michaelis de Castroferreo . . iuxta tenorem litterarum vestrarum . . Jacobum sacerdotem de Telekus hominem nostrum fidelem cum Sixto homine domini regis transmisimus reambulare terram Jowanii et Briccii Kutus vocatam a Kaluz filio Kaluz et inspicere eius quantitatem, qui demum ad nos rediens retulit nobis ipsam terram esse duodecim aratrorum sed dictus Kaluz confessus est eosdem Iwanum et Briccium ibi terram non habere, tamen Pouca archidiaconus, Andornicus filius Fabiani, Benedictus filius Posa et alie generaciones eorumdem Bricci Iwani et Kaluz predictorum dixerunt ibi terram habere Iwanum et Briccium supradictos. Datum tercia feria proxima post octavas Nativitatis beate virginis. Nos enim . . easdem litteras de verbo ad verbum rescribendo iuxta regie maiestatis preceptum ac mandatum novo sigillo nostro fecimus consignari. Datum in vigilia Ascensionis Domini, anno eiusdem M° CCC° XX° octavo.

Zárlatán kerek pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 1711. 2. dipl. lt. 2479. Közli: Nagy Gyula.

319.

1328. máj. 12. A buda-felhévizi convent a Pest vármegyei szolgabirák előterjesztésére bizonyítja, hogy Lekend nevü birtok, melyet később Penchének neveztek el, mindenkor Pest vármegyében s nem Szolnok vármegyében feküdt.

Nos frater Georgius prior et conventus cruciferorum ecclesie sancte Trinitatis de Calidis Aquis damus pro memoria .. quod cum in congregacione presenti celebrata ad nostram accedentes presenciam Ladislaus de Sambuk, Bocho de Olugh, Stephanus filius Poud comites iudices nobilium de quatuor iudicibusi de comitatu Pestiensi nobis dixerunt, quod quedam possessio que prius Lekend vocabatur sed nunc Penche nominatur fide ipsorum est et fuit in comitatu Pestiensi et nunc coguntur ipsam possessionem esse et fieri in comitatu Zolnog et ipsa possessio semper in omni accione et collecta cum omni possessione nobiscum fuit et ad quamlibet collectam nobiscum solvit tanquam unus noster. Datum in festo Ascensionis Domini, anno eiusdem M° CCC° XX° octauo.

Eredetije a N. Muzeumban.

320.

1328. máj. 19. A buda-felhévizi convent előtt Marczel és János tétényi nemesek két szolgájukat felszabadítják.

.. frater Georgius prior et conventus cruciferorum ecclesie sancte Trinitatis de Calidis Aquis . . ad universorum noticiam .. volumus pervenire, quod Marcel filius Jacobi nobilis de Thetun cum proximo suo Johanne filio alterius Jacobi tam vice et nomine persone sue tam pro Petro Nicolao Gregorio et Michaele fratribus suis uterinis ad nostram accedens presenciam est confessus, quod Benedictum et Gregorium filios Zemen servos ipsorum propter fidelia servicia eorumdem ipsos et heredes heredumque ipsorum successores manumisit

et tradidit perpetue libertati ita ut ubicunque voluerint liberam habeant manendi facultatem, assumens nihilominus predictus Marcel ipsos Benedictum et Gregorium ac ipsorum successores a predictis fratribus suis et aliis quibuslibet impeditoribus liberare defendere propriis cum laboribus suis et expensis.. Datum in octavis Ascensionis domini, anno eiusdem Millesimo trecentesimo vigesimo octavo.

Hátlapján pecsét nyomaival, alúl cyrographummal; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 1535. 25. dipl. lt. 2496. Közli: Vincze G.

321.

1328. máj. 28. A pozsonyi káptalan előtt Szent-györgyi Sebus és Péter Karcsai Lorándnak és testvérének Nepe-Karcsa birtok helyett Lakpaka nevü birtokot adják át.

..capitulum ecclesie Posoniensis..ad universorum noticiam..volumus pervenire, quod nobiles iuvenes magistri Sebus et Petrus filii comitis Abree bone memorie de Sancto Georgio..sunt confessi..quod quia Lorandus filius Bolda de Karcha nomine suo et nomine Mog fratris sui quandam possessionem Nepekarcha nuncupatam quam ipsis in retroactis temporibus..contulerant iure perpetuo possidendam pro qua per filios Johannis filii Lothardi et Stephanum filium Pauli multipliciter fuerunt molestati et gravati indebite, ipsis reddiderunt et restituerunt dictis filiis Johannis et Stephano filio Pauli reddendam et restituendam, pro eo eisdem Lorando et Mog quandam particulam terre in recompensam ipsius possessionis Nepekarcha et in quantitate eiusdem de quadam possessione ipsorum Lakpaka nuncupata sub certis metis infra scriptis separando seu distingvendo pro serviciis ipsorum meritoriis et sangvinis eorum effusione prout prius mediantibus prioribus litteris nostris dictam possessionem Nepekarcha dederant..sub eodem titulo dederunt..coram nobis iure hereditario irrevocabiliter possidendam..Cuius quidem particule terre mete prout discretus vir Johannes rector ecclesie Sancte Crucis homo noster

per nos ad hoc rogatus et Georgius de Wata homo iudicum nobilium ac Nicolaus dictus Orras homo comitis Posoniensis similiter ad hoc destinati nobis concorditer retulerunt, ubi eciam commetanei eiusdem possessionis Paka videlicet magister Foko et Andich filii magistri Petri de Ogya et Beke filius Petri ac Blasius filius Georgii personaliter affuerunt ipsisque consencientibus noviter erecte hoc ordine distingvuntur: incipit enim prima meta a parte septemtrionali ubi sunt due nove mete quarum una distingvit dictam particulam terre et secunda terram dictorum Sebus et Petri, abhinc progreditur versus meridiem et ulterius eundo sunt similiter due nove mete distingventes tamquam prime, deinde vadit eodem modo versus meridiem et sic eundo itur iuxta terram Beke filii Petri ubi sunt due nove mete omnino tanquam prime distingventes, abhinc vadit versus occidentem et ulterius eundo sunt due mete una nova et secunda antiqua quarum prima distingvit memoratam particulam terre secunda terram Beke predicti, deinde ulterius procedendo sunt due mete tamquam prime site et locate modo antedicto distingventes, abhinc reflectitur versus meridiem et ulterius eundo adiungitur terris castrensium de Paka ubi sunt quatuor mete quarum una nova scilicet distingvit ipsam particulam secunda magistri Sebus tercia castrensium memoratorum et quarta Blasii filii Georgii, deinde redit versus occidentem et ulterius eundo sunt tres antique mete et una nova quarum una nova videlicet distingvit ipsam particulam terre Lorandi secunda ecclesie Sancti Salvatoris tercia Sebus et Petri ac quarta Blasii filii Georgii, abhinc transit versus septemtrionem et ulterius eundo sunt due mete quarum una (nova) distingvit dictam particulam terre secunda vero antiqua distingvit terram Foko, deinde vadit similiter et (iungitur) iterato terris ecclesie Sancti Salvatoris ubi est una nova meta que separat predictam particulam terre et secunda antiqua terram ipsius ecclesie Sancti Salvatoris, deinde protenditur versus orientem et ulterius eundo est una nova meta prope fossatum ville Foko que distingvit ipsam particulam terre a terris Foko, abhinc ulterius eundo est una nova meta que distingvit ipsam terram et secunda antiqua que distingvit terram Foko, deinde vadit ulterius et sunt due mete nove di-

stingventes inter ipsum Lorandum et Sebus ac Petrum, abhinc procedendo sunt due nove mete distingventes tamquam prime due, deinde redit ad primam metam ibidemque cursus earumdem metarum terminatur . . Datum sabbato proximo ante festum sancte Trinitatis, anno eiusdem M° CCC° vigesimo octavo.

Függő pecsétje hiányzik, fölül cyrographum van rajta ; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 333. 19. dipl. lt. 2497. Közli : Vincze Gábor.

322.

1328. Visegrád, jun. 9. I. Károly király Varsány birtokot Nógrád vármegyében Hatvan mellett, udvari jegyzőjének Istvánnak, adományozza.

Nos Karolus . . rex . . significamus . . quod magister Stephanus notarius aule nostre dilectus et fidelis ad nostre serenitatis accedens presenciam et sue fidelitatis servicia nobis impensa proponens et declarans quandam terram seu possessionem hominis sine herede decedentis nostre collacioni de iure pertinentem Wossyan vocatam in comitatu Neugradiensi prope Hotwan existentem a nobis sibi dari perpetuo et conferri postulavit; nos igitur consideratis fidelitatibus et fidelium serviciorum meritis eiusdem magistri Stephani notarii qui nobis a multis retroactis temporibus nostro lateri iugiter adherendo fideliter servivit et indefesse, predictam terram seu possessionem Wosyan vocatam in comitatu Neugradiensi prope Hotwan existentem nostre collacioni de iure pertinentem . . eidem magistro Stephano notario aule nostre . . et per eum suis heredibus . . dedimus et contulimus iure perpetuo . . Datum in Wysegrad, in octavis festi Corporis Domini, anno eiusdem M° CCC° vicesimo octavo.

I. Károly király 1328. aug. 2-ikán jeles alakban kiállított megerősítő átiratából, melyet ismét I. Károly király 1334. jul. 13-án írt át és erősített meg, ez utóbbi oklevél eredetije megvan az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 726. 17. dipl. lt. 2508. Közli : Vincze Gábor.

323.

1328. Gelle, jun. 9. Miklós pozsonyi főispán a gellei udvarnokok kérésére ezek jobbágyait mindennemü megyei adózás és szolgálat alól felmenti.

Nos magister Nicolaus comes Posoniensis . . significamus . . quod discretus vir Michael presbiter plebanus ecclesie beati Petri apostoli de villa Gele et universi udvarnici parochiani videlicet eiusdem ecclesie nobis intimare curaverunt, quod iobagiones dicte ecclesie in ipsa villa residentes nullo unquam tempore comiti posoniensi vel officialibus suis debita vel collectas aliquas persolverunt nec de iure solvere tenerentur, petens nos instanter et attenter ut dictos iobagiones sine aliquo debito et exaccione perfrui mitteremus; unde nos peticionibus domini Michaelis parochianorum predictorum inclinati perpetualiter ac ob devocionem quam ad predictam ecclesiam corde gerimus, concessimus ut iobagiones ipsius ecclesie sepefati nullo tempore nobis vel officialibus nostris aliqua debita vel exacciones solvere teneantur nec aliqua servicia debeant exhibere; vobis igitur vicecomiti et omnibus officialibus nostris . . mandamus, quatenus sepedictos iobagiones ecclesie memorate racione exaccionis vel alicuius debiti molestare non presummatis imo in omni pace et securitate manere permittatis . . Datum in Gele in villa prenominata, in octavis festi Corporis Christi, anno eiusdem M° CCC° XXVIII°.

Simon pozsonyi győri és bakonyi főispánnak »Michael presbiter et rector ecclesie b. Petri apostoli in Gele »kérésére Gellén 1358. jul. 1-én kiállított átiratából, melyet ismét László nádor »Michael plebanus ecclesie b. Petri apostoli de Gele« kérésére Pozsonyban 1370. oct. 16-án írt át; ezen utóbbi átirat eredetije megvan az Egyház-Gellei rom. cath. egyház ltban. Közli: Kovács Nándor.

324.

1328. jun. 9. A vasvári káptalan I. Károly királynak jelenti, hogy Apáti birtok Vas megyében Rempefi Salamon fiának Mihálynak ősről maradott öröksége.

.. Karolo .. regi .. capitulum ecclesie sancti Michaelis archangeli de Castroferreo .. litteras vestre celsitudinis.. recepimus .. in quibus vidimus contineri quod Michael filius Salomonis vestre dixisset maiestati quod possessio Apaty vocata in comitatu Ferrei Castri existens quam magister Deseu castellanus de Kwzig ab eodem occupasse dinoscitur sua esset hereditaria .. prefatus vero magister Deseu dixisset quod ipsa possessio Apaty ad eundem Michaelem in nullo pertineret, super quo per litteras vestras dedistis nobis in preceptis ut cum magistro Thoma comite Ferrei Castri unum ex nobis mitteremus qui inquirerent a vicinis.. ipsius possessionis Apaty.. utrum ipsa possessio sit hereditaria ipsius Michaelis nec ne, et post hec secundum quod per eosdem nobis veritas constaret vestre maiestati rescriberemus; verum cum vestris preceptis .. obedire teneamur cum Gothardo de Chou quem prefatus magister Thomas comes Ferrei Castri litteris suis mediantibus voce et nomine sui ad hoc destinarat unum. ex nobis magistrum Michaelem cantorem transmisimus ad premissa exequenda qui ad nos reversi .. retulerunt .. quod dicta possessio Apaty ipsius Michaelis filii Salamonis filii Rempe esset hereditaria .. Datum in octavis Corporis Christi, anno M° CCC° XX° octavo.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije a Hodászy cs. ajándékából a szerk. gyűjteményében.

325.

1328. jun. 12. I. Károly király Fulkus fiát Domokost Keerne nevü Nyitra vármegyei birtokban, melyet őseinek még IV. Béla király adományozott, megerősíti.

Carolus .. rex .. ad universorum noticiam .. volumus pervenire, quod Dominicus filius Fulkus fidelis noster ad nostram accedens presenciam exhibuit nobis privilegium domini Bele quondam illustris regis Hungarie .. proaui nostri .. super donacione et collacione possessionis Keerne vocate in comitatu Nitriensi existentis facta olim Nicolao filio Zooch avo ipsius confectum, supplicans nostro culmini humiliter ut ipsum privilegium ratum habendo dictam terram Keerne sibi quemadmodum predictus rex Bela prefato Nicolao avo suo pro multimodis et meritoriis serviciis suis in perpetuum donavit .. nos de benignitate regia nostro privilegio confirmare dignaremur; itaque nos attendentes inviolabilem fidei et devocionis prebuitatem quam idem Dominicus ad nos et sacram regiam coronam nostram semper habuit atque habet considerantes eciam labores continuos et gravia onera expensarum que pro honore nostre celsitudinis subiisse probatur necnon satis grata e accepta servicia que ipsum nobis et regno nostro in diversis expedicionibus in inpugnando nostros rebelles et infideles pro exaltacione nostri regiminis et honoris pro reintegracione et augmento reipublice ac pro reformacione pacis in regno predicto cum effusione sui sangvinis hactenus laudabiliter exhibuisse cognoscimus, privilegium regis Bele .. seu donacionem et collacionem eiusdem regis .. ratificantes dictam terram Keerne .. eidem Dominico filio Fulkus perenniter possidendam .. duximus perpetuo confirmandam. Datum per manus discreti viri magistri Endre Albensis ecclesie prepositi et aule nostre vicecancellarii .. anno domini Millesimo trecentesimo vicesimo octavo, pridie idus Junii, regni nostri anno similiter XX° octavo. Venerabilibus stb. *)

*) L. föntebb 317. sz. a. azzal a változtatással, hogy az esztergomi érsek neve után oda tétetett »locique eiusdem comite perpetuo«,

Zöld zsinóron függő kettős pecsét darabjaival; eredetije a Nyitra-Zerdahelyi cs. lban. Közli: Tagányi K.

326.

1328. jun. 24. A győri káptalan előtt Péter bábolnai plébános Tárkányi Finka végrendelkezéséről jelentést tesz.

Capitulum Jauriensis ecclesie .. ad universorum noticiam .. volumus pervenire, quod discretus vir Petrus plebanus rector ecclesie beati Georgii martiris de villa Babna... confessus est quod cum Finka filius Pauli de villa Tarkan ageret in extremis licet eger corpore compos tamen per omnia sue racionis inter alios ordinacionis sue articulos coram ipso confessore suo et coram aliis idoneis testibus tunc inibi convocatis tale fecerit et condiderit testamentum, quod quandam vineam suam in territorio ville Paznan sub comitatu Jauriensi sitam inter vineas Laurencii et Salamonis a parte occidentali a plaga meridiei Peteu filii Arad de eadem Paznan, item Johannis filii Zeuke de eadem ab oriente et Petri filii Sandur a meridie adiacentem dedisset et contulisset Andree et Nicolao filiis Stephani . . perpetuo pacifice et quiete possidendam . . cuius quidem vinee mediam predictus Stephanus pater ipsorum adhuc vivus emcionis titulo comparatam possederat .. Datum in festo Nativitatis beati Johannis Baptiste, anno domini Millesimo trecentesimo vigesimo octavo; magistris Mathia lectore, Georgio cantore et Jacobo custode ecclesie nostre existentibus.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije a pannonh. főapátság orsz. ltban. Közli: Stachovics Remig.

---

a kalocsai érsek nevéhez pedig »aule nostre cancellario.« György szerémi püspöknek neveztetik; az országnagyok között Mikch bán neve áll elől, Demeter tárnok a harmadik helyen neveztetik meg s úgy is mint Bács és Trencsén vármegyék főispánja, a nádorról semmi említés sem tétetik; továbbá előfordúl »Johanne bano de Machov, comite Sirmiensi, de Wolko de Budrug et de Barana . . Deseu iudice curie regine,« Végre János királynői tárnoknál a »Bobanyk« melléknév el van hagyva.

327.

1328. jun. 25. A somogyvári convent előtt Fönyedi Boda fönyedi birtokrészét a Beö nemzetségbeli Tivadar fiának Gegének örökáron eladja.

Nos conventus monasterii sancti Egidii de Simigio memorie commendamus quod Boda filius Petri de Fuened ab una parte magister Gege filius Theodorii de genere Bew ex altera personaliter coram nobis constituti predictus Boda asseruit viva voce ut totam possessionariam porcionem suam in dicta possessione Fuened ipsum contingentem excepta viginti quinque iugera terrarum et fenilia quatuor hominum sufficiens per diem falcature in territorio eiusdem ville in loco vulgariter Kuchud appellato existencia pro viginti marcis predicto Gege . . vendidisset . . predicta viginti quinque iugera terrarum et fenilia pro se retinendo seu reservando; asseruerunt eciam iidem Boda et Gegus quod in universis causis inter ipsos . . habitis . . se propter bonum pacis . . expeditum reddidissent . . asseruit eciam predictus Gegus unum fundum curie seu locum sessionalem de possessione sua Fuened vocata . . scilicet in vico eiusdem possessionis a parte orientali existenti in fine a parte septemtrionali in duobus iugeribus terre existentem dedisse . . predicto Boda . . perpetuo possidere . . Datum sabbato proximo post festum Nativitatis sancti Johannis Baptiste, anno domini M° CCC° XX° octavo.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 1711. 3. dipl. ltár 2500. Közli: Vincze Gábor.

328.

1328. jul. 13. Esztergom város bírája és elöljáró társai előtt Godin esztergomi polgár fiai Csév és Cholnok nevü birtokrészeiket a margit-szigeti apáczáknak örök birtokúl átadják.

Comes Pethev iudex, Gyhan filius Mauricii, Nicolaus filius Michaelis, Thomas filius Kunchel, Stephanus filius Godini, magister Iexse, Stephanus filius Hermani, Seppul, comes Valentinus, Georgius filius Robini et Stephanus dictus de Zeuden ac Stephanus filius Gylethi iurati ceterique cives de Strigonio .. ad universorum noticiam .. volumus pervenire, quod discretus vir et honestus comes Stephanus filius comitis Godini concivis et iuratus noster ac Jacobus filius Robini filii similiter ipsius comitis Godini, ab una parte .. frater Michael ordinis fratrum predicatorum nomine procuratorio .. dominarum sanctimonialium de insula Budensi ex altera coram nobis constituti iidem comes Stephanus et Jacobus .. sunt confessi quandam partem et porcionem terre arabilis et feneti in Chew et in Cholnuk ipsos contingentem a comite Godino ad ipsos devolutam dedisse .. ob remedium animarum suarum prefatis religiosis dominabus .. sanctimonialibus de insula Budensi memorata iure perpetuo .. possidendam .. excepta parte et porcione de terra memorata et feneto comitis Frankyni filii similiter Godini quondam concivis nostri .. et frater Michael memoratus nomine ipsarum religiosarum dominarum prefatam porcionem quondam comitis Frankyni de terra et feneto reliquit salvam atque liberam; universa eciam instrumenta que super ipsis possessionibus tempore comitis Godini fuerunt emanata et confecta ipsis dominabus iidem comes Stephanus filius Godini et Jacobus filius Robini reddiderunt; item comes Pethev iudex civitatis ut premisimus ac Nicolaus filius Balduini ad instantes peticiones parcium predictarum ad faciem terre memorate accesserunt in Chev et in Cholnuk .. coram quibus ipsam terram arabilem et fenetum comes Stephanus filius Godini et Jacobus filius Robini fratri Michaeli procuratori prefatarum dominarum statuerunt et assignaverunt metis

veris . . assignando nullo penitus contradictore apparente . . assumsit eciam idem frater Michael nomine predictarum religiosarum dominarum quod si unquam ipsis comiti Stephano et Jacobo vel eorum heredibus predicta placerent instrumenta suam ad defensionem si forte ab aliquo impeterentur, in medium producere et pariter exhibere; nec iidem comes Stephanus et Jacobus . . se obligarunt ipsas dominas defensare si traherentur in causam super terra et feneto per ipsos data . . et hi qui ipsum comitem Godinum defendere assumserant habeant ut dixerunt superstites et heredes. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem ad instantes peticiones parcium predictarum presentes concessimus dupplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum in festo beate Margarethe virginis, anno domini Millesimo trecentesimo vicesimo octavo.

Függő pecsétje hiányzik s ennek helyére a nyitrai káptalan kissebb pecséte van kötve; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. Mon. V. Bnd. 2. 13. dipl. lt. 3544. Közli: Vincze Gábor.

329.

1328. jul. 16. A pozsegai káptalan elött Péter bán unokája Pál, Tardas nevü birtokát Martonvásár mellett Gilet fiának Miklósnak elörökíti.

Capitulum ecclesie beati Petri de Posaga . . ad universorum . . noticiam . . volumus pervenire, quod magister Paulus filius Laurencii filii Petri bani ab una parte et magister Nicolaus filius comitis Gyleti ex altera coram nobis . . constituti idem magister Paulus confessus est . . quod quandam possessionem suam Tardas vocatam iuxta possessionem Mortunwasara nuncupatam a parte aquilonis adiacentem . . pro quinquaginta marcis denariorum . . vendidisset prenominato magistro Nicolao filio comitis Gyleti . . iure perpetuo possidendam tali modo quod si aliquis . . eundem magistrum Nicolaum racione eiusdem possessionis . . ordine iudiciario impeteret idem magister Paulus assumsit expedire et defendere . . quem si expedire et defendere non posset extunc precium

ipsius possessionis videlicet quinquaginta marcas prenotatas ipse magister Paulus reddere et restituere tenebitur magistro Nicolao supradicto . . Datum per manus discreti viri magistri Petri lectoris ecclesie nostre, sabbato proximo post festum beate Margarethe virginis, anno ab incarnacione domini Millesimo trecentesimo vigesimo octavo.

Függő pecséte hiányzik ; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. Mon. Pos. 62. 4. dipl. lt. 2504. Közli : Vincze Gábor.

330.

1328. jul. 23. I. Károly király Eliás unokáinak Péter fiainak Leustachnak Mikónak és Jákónak mint hütleneknek, összes birtokaikat Tamás erdélyi vajdának adományozza.

Karolus . . rex . . ad universam noticiam volumus pervenire, quod cum Leustachius Mykus et Jakou filii Petri filii Elye notorii nostri infideles via fidelitatis nobis et sacre regie corone nostre debita divertendo spiritu inflati superbie damna infinita et iniurias multiplices in destruccionibus possessionum fidelium nostrorum confraccionibus et conbuscionibus ecclesiarum viduarum et virginum crebris denudacionibus interfeccionibus corone regie devotorum et quampluribus aliis nephandis faccionibus que propter sui pluralitatem presentibus inseri foret tediosum in contumeliam nostre maiestatis aggregata sibi suorum complicum hominum videlicet Mathei de Trinchinio quondam infidelis nostri et regni nostri predonis pestilentis caterva damnabili presumcione nobis irrogare non formidassent non attendentes quod qui naturali domino resistere moliuntur divinis disposicionibus manifeste videntur obviare, nos qui ad vindictam malorum et ad extollenda iustorum preconia gladii accepimus a domino potestatem considerantes quod sicut virtus premio et fidelitas remuneracionis beneficio carere non debet sic per condignam regalis sentencie vindictam malefactorum insolencia debet edomari, huiusmodi iniurias et atroces offensas conniventibus oculis multas pertransire non valentes sicut nec debemus ne ceteri nequam in

similia se involvere presumentes fiant nequiores, eosdem Leustachium Mykus et Jakou malemeritos ac filios fratrum ipsorum Petri videlicet et Mychaelis qui consimili infidelitatis contagio extremum diem clausisse perhibentur universis suis possessionibus quoquo nomine nuncupentur ubique in regno nostro existentibus de consilio et consensu prelatorum et baronum nostrorum duximus perpetuo spoliandos seu condemnandos; quas quidem possessiones . . attendentes inviolabilem devocionis et fidei puritatem quam vir magnificus Thomas voivoda Transsilvanus et comes de Zounuk filius quondam magistri Farkasii dilectus et fidelis noster ad nos et ad sacrum nostrum diadema constanter habuit atque habet recolentes quoque labores continuos et onera expensarum que idem pro culmine nostri honoris et augmento reipublice ac pro reformacione pacis in regno subiisse probatur necnon satis grata et recommendacione digna servicia eiusdem que ipse a toto introitus nostri tempore in regnum nostrum Hungarie nobis exhibuisse dinoscitur et que eum exhibere sentimus in presenti ac exhibiturum pro firmo credimus in futurum, in aliqualem suorum serviciorum recompensacionem et satisfaccionem gratuitam eidem Thome voivode . . contulimus iure perpetuo . . possidendas . . totum ius totamque proprietatem et dominium earumdem possessionum in ipsum Thomam voivodam et suos posteros ex nunc perenniter transferentes; sane quia imperfectum staret largicionis beneficium nisi provide circumspeccionis remedio stabiliretur quod semel datum est perpetuo possidendum, ne predicti Leustachius Mikus et Jakou ac filii fratrum eorum infidelium memorati processu temporum remedium rehabendi et reacquirendi prefatas possessiones vel aliquam ex eisdem sibi vel suis posteris valeant invenire sed pocius perpetua laborent egestate et regia indignacione quam promeruere in filios filiorum puniantur, universa instrumenta et litteras privilegiales seu patentes sive eedem nostre sive predecessorum nostrorum capitulorum vel conventuum aut aliorum quocunque honoris titulo et dignitate prefulgencium existant et quacunque arte ingenio sive dolo per nos sint confirmate per sepedictos infideles nostros super prescriptis possessionibus usque modo obtentas et eciam eas quas ipsi eorum-

que heredes consvete dolositatis astucia in futurum essent obtenturi vel possent obtinere, cassamus irritamus mortificamus et auctoritate regia per presentes decernimus non valere ita ut quodcunque et quocienscunque amodo in posterum in iudicio vel extra iudicium exhiberentur casse et irrite habeantur et viribus prorsus careant firmitatis . . Datum per manus discreti viri magistri Andree Albensis ecclesie prepositi aule nostre vicecancellarii, anno domini M° CCC° XX° octavo, decimo kalendas Augusti, regni autem nostri anno similiter XX° octavo. Venerabilibus . . . stb.*)

Kettős függő pecséttel; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 669. 18. dipl. ltár: 2506. Közli: Vincze Gábor.

331.

1328. Visegrád, jul. 31. Erzsébet királyné az udvari apródjának Gyulafi Miklósnak Wsud nevű birtokán elkövetett tolvajlás kinyomozása tárgyában az ország összes közhatóságaihoz körrendeletet bocsát ki.

Elisabeth . . regina . . universis castellanis comitibus iudicibus nobilibus villicis et aliis quibuslibet cuiuscunque status vel honoris existant per regnum suum constitutis ad quos presentes pervenerint salutem et graciam. Nicolaus filius comitis Jule aule nostre parvulus fidelis sua nobis conquescione patefecit quod feria sexta proxima post festum beati Jacobi apostoli proxime preterita in noctis silencio quidam fures seu malefactores quorum nomina nondum exprimere posset super ecclesiam suam parochialem in villa Wsud in honore sanctorum Simonis et Iude apostolorum constructam venientes omnia bona et deposita ipsius et Gregorii fratris sui, vestimenta scilicet preciosa argenteos balteos

---

*) Az egyház- és országnagyokat lásd föntebb 317. sz. a. azzal a különbséggel, hogy itt Bobanyk fia János a királyné tárnokmestere nem fordúl elé, hanem a helyett »Johanne filio Logreti bano de Machou comite de Syrimia de Wolkou et de Budrug« említtetik.

arma militaria et alia omnia que in eadem ecclesia habebant per modum furti auferendo penitus asportassent, quamobrem fidelitati vestre precipientes damus firmiter in mandatis quatenus quandocunque et ubicunque in villis sive in civitatibus seu in campis aut locis silvestribus iidem fures seu malefactores ac res et bona ablata per eosdem reperti et deprehensi fuerint ipsas res presente Dionisio parvulo nostro latore presencium quem ad requirendas et investigandas ipsas res amissas transmisimus eidem Nicolao restituatis plene et integre eosdemque malefactores captos unacum eodem Dionisio parvulo nostro ad nostrum iudicium transmittatis, secus facere non audentes ullo modo sicut nostram graciam offendere formidatis. Datum in Vysegrad, dominica proxima ante festum ad vincula Sancti Petri, anno domini M° CCC° XX° octavo.

Hátlapján pecsét maradványaival; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 1698. 12. dipl. lt. 2507. Közli: Vincze Gábor.

332.

1328. Pozsony, sept. 7. I. Károly király elött Márk fia Lóránt egy részről, másrészről Simon bán fiai, Tisza-Szalók és Eger-Szalók Heves vármegyei birtokaikat két felé osztván, az erre vonatkozó okirat eredetije később egy perben a föntnevezett felek utódai által felmutattatván, kivonata így hangzik:

»quasdam litteras patentes domini Karoli pridem regis Hungarie clare memorie domini nostri in anno domini Millesimo CCC° vigesimo octavo, feria quarta proxima ante festum Nativitatis Virginis gloriose Posonii emanatas presentarant continentes quod Lorando filio Mark ab una Thoma, Georgio et Nicolao filiis Symonis bani suo et Jacobi ac Demetrii fratrum suorum uterinorum nomine necnon Jacobo filio Mychaelis filii eiusdem Symonis bani sua et dicti patris sui vice et nomine parte ex altera coram eodem domino rege constitutis idem Lorandus dixisset quod in dimidietatibus possessionum Tyzazalouk et Egerzalouk vocatarum in

comitatu de Heweswyuar existencium quas dimidietates ipse teneret et haberet quantam ipse tantam ipsi filii Symonis bani (singulariter) haberent porciones equaliter inter eosdem iure hereditario participantes; qua confessione per dictum Lorandum facta iidem filii Symonis bani pro se et pro dictis Jacobo et Demetrio fratribus suis pariterque idem Jacobus filius Mychaelis pro se et dicto patre suo porciones in dictis possessionariis dimidietatibus eos contingentes reliquissent eidem Lorando sub ipsorum nomine possidendas et habendas donec ipsorum placeret voluntati.«

Miklós nádornak 1344. jul. 19-ikén kelt, a Kaba Miklós és Szabóki Lóránt fia András között lefolyt perben hozott itéletleveléből, melynek eredetije megvan az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 1536. 88. dipl. lt. 3655. Közli: Vincze Gábor.

333.

1328. sept. 15. A pozsonyi káptalan előtt Nagyszombati Reuche Rutger neje a nagy-szombati clarissáknak a récsei hegyen egy szőlőt ajándékoz.

Nos capitulum ecclesie Posoniensis significamus . . quod constituta personaliter coram nobis Elyzabeth consors Rutgery dicti Reuche civis Tyrnensis est confessa . . quod ipsa quandam dimidiam vineam suam in monte Benedicti specialiter dicto generaliter vero in monte ville Reche nuncupato existentem Katherine carissime filie sue in habitu dominarum velatarum in claustro beate Clare de Posonio devote deo famulanti et eciam eidem claustro beate Clare propter tenerrimam ac specialem dileccionem eiusdem filie sue et maxime pro remedio animarum parentum et predecessorum suorum ac eciam ob remissionem peccatorum suorum, quam quidem vineam de scitu et consensu et bona voluntate dicti mariti sui sicut ipsa coram nobis publice fatebatur hactenus pro eadem filia sua et domina matre sua que videlicet mater sua in eodem claustro beate Clare extitit inibi deo famulando defuncta et eciam cumulata titulo comparaverat emcionis, dedisset . . coram nobis

iure perpetuo possidendam .. tali tamen pacto mediante quod quamdiu domino opitulante vivere poterit ipsam vineam possidebit ipsa vero defuncta in usus et proprietates dicte filie sue et claustri memorati devolvetur pleno iure; assumsit eciam eadem domina Elysabeth se obligando eidem filie sue singulis annis usque finem vite sue de fructu dicte vinee in suis necessariis providere. Datum in octavis Nativitatis beate Virginis gloriose, anno domini M^{o} CCC^{o} vigesimo octavo.

Függő pecséttel s fölül cyrographummal; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. Mon. Pos. 40. 4. dipl. lt. 2509. Közli: Vincze Gábor.

334.

1328. Visegrád, sept. 22. I. Károly király a székesfehérvári káptalant a veszprém-völgyi apáczák szár-berényi birtoka iránt teljesítendő vizsgálatra kiküldi.

Karolus .. rex .. capitulo ecclesie Albensis .. noveritis quod nos simulcum prelatis et regni nostri baronibus visis et examinatis instrumentis religiosarum dominarum abbatisse et sanctimonialium monasterii beate Virginis de valle Vesprimiensi, quia ipse domine sanctimoniales ex donacione beatissimi regis Stephani per vigorem continencie instrumentorum suorum quinquaginta quatuor mansiones cum totidem vineis et terram arabilem ac silvam cum aliis simul eisdem mansionibus iobagionum competentem item silvam coquine ipsarum metis undique ut in eisdem instrumentis continetur circumdatam in possessione Zarbheren vocata habuisse et debere habere reperiebantur; et similiter capitulum ecclesie Vesprimiensis per eius legitimos procuratores mediantibus efficacissimis instrumentis beati regis Ladizlai in eadem Zarbherem terram ad tria aratra, duas vineas, silvam bonam, piscaturas in Bhalatun, condicionarios et ancillas walde plures, item domini Endere quondam similiter regis Hungarie felicium recordacionum meorum piorum progenitorum in eadem villa seu possessione duas mansiones condicionariorum se et ipsam ecclesiam

habere declarabat et demonstrabat, quibus premissis ipse sanctimoniales non inmodica parte se ipsas fore de eisdem exclusas et ab ipsis occupatas asserebant, viam litigancium pro eisdem dominabus precludere volentes placuit nobis et unacum prelatis et baronibus nostris visum extitit et decernentes commisimus ut tota illa possessio Zarbherin sub suis antiquis veris metis per magistrum Nicolaum filium Peteuz et discretum virum magistrum Paulum archidiaconum de ecclesia Varadiensi nostrum capellanum specialem quos pro nostris hominibus regis de aula nostra ad hoc deputantes transmisimus debeat reambulari; quare fidelitati vestre firmiter precipientes mandamus quatenus unacum eisdem hominibus nostris vestrum idoneum hominem et unum ex vobis pro testimonio transmittatis qui ad faciem dicte possessionis Zarberen accedendo vicinis et commetaneis eiusdem possessionis universis convocatis et presentibus et ipsam sub suis veris metis quibus a circumiacentibus possessionibus et villis undique disiungitur reambulando totaliter seu ipsam possessionem ex toto iuxta eorum fidem et conscienciam non obstante aliquorum contradiccione considerent et mensura regali mensurando discernant de universis et quibuslibet utilitatibus dicte possessionis et de numeris earumdem utilitatum et ad quot aratra ipsa tota terra Zarberen sufficiat seu quot iugera terrarum arabilium et quot campestrium quantaque loca sessionalia et quantas vineas in se contineat et in quot iugeribus terrarum silve rubeta nemora excepta solum predicta silva coquine dominarum predictarum metis ut dicitur circumdata item quanta fenilia et pascua ac quante piscaciones et aque ibi existant iaceant simul et persistant ipsas dominas sub nomine predictarum iurium earumdem non curando contradictorias inhibiciones aliquorum introducendo possessionem in eandem et auctoritate regie potestatis committant in dominium eiusdem possessionis salvis saltim iuribus capituli ecclesie Vesprimiensis easdem pacifice permanere donec de qualitate quantitate utilitatibus et iuribus ipsius totalis possessionis Zarberen et quantum pro eisdem dominabus pro ipsis quinquaginta quatuor mansionibus dari possit et sufficiat de eadem quantumque tandem exceptis et extradatis predictis trium aratrorum terris duabus mansionum locis

ac aliis pretactis iuribus capituli Vesprimiensis que videlicet ecclesia mediante efficacia instrumentorum eorum in ipsa possessione primi et principialiores fore et fuisse noscuntur aliis si qui ibi aliquod ius se habere cognoscunt possit superflue remanere pro eisdem, nos certitudinaliter informati unacum regni nostri prelatis et baronibus ipsam totam possessionem Zarberen dictis dominabus secundum earum iura et capituli ecclesie Vesprimiensis similiter iuxta qualitatem et quantitatem iurium ipsorum unicuique earumdem ecclesiarum suas porciones iuxta nostram et baronum nostrorum discussionem quin pocius divisionem cedentes perpetuando et confirmando partiri et dividere valeamus et eciam de hoc discutere possimus si quid et quantum aliis in eadem possessione aliquas proprietates seu iura se habere sperantibus remaneat de eadem, et tandem seriem omnium premissorum et tocius facti iuxta assercionem eorumdem hominum nostrorum et vestri testimonii nobis fideliter et seriatim rescribatis. Datum in Vissagrad, feria quinta proxima post octavas festi Nativitatis virginis gloriose, anno domini M° CCC° XX° octavo.

A székesfehérvári káptalannak 1328. sept. 29-iki átiratából; l. alább.

335.

1328. sept. 29. A székesfehérvári káptalan I. Károly királynak föntebb 334. sz. a. közölt rendeletét átirván, a veszprémvölgyi apáczák szárberényi birtoka mennyiségének megvizsgálásáról és a határjárásról jelentését így folytatja:

Nos igitur .. unacum predicto magistro Nicolao homine celsitudinis vestre discretum virum magistrum Stephanum socium et concanonicum nostrum ad premissa exsequenda duximus pro testimonio destinandum, qui quidem homo vestre magnitudinis et noster ad nos postmodum reversi concorditer et pari voto nobis retulerunt, quod feria sexta proxima post et sabbato subsequenti ante festum beati Michaelis archangeli ad faciem predicte possessionis Zarberen accedentes vicinorum et commetaneorum eiusdem legitimis convocacionibus factis totam

ipsam possessionem Zarberen per veras et antiquas metas reambulassent reambulutamque iuxta preceptum vestre magnitudinis secundum fidem et conscienciam eorumdem visis et consideratis eiusdem utilitatibus mensura regali iuxta regni consvetudinem mensurassent et in tota eadem possessione Zarberen in terris arabilibus et campestribus pascuis fenilibus et piscaturis cum mensura regali septingenta iugera terrarum contineri reperissent et triginta septem loca sessionalia in se contineri et nemora in sexaginta tribus iugeribus terrarum adiacencia que predicte abbatissa et sanctimoniales loca vinearum olim fuisse asseruissent que nunc minime apparerent, et aquam Balatun ad longitudinem septuaginta iugerium terrarum intra metas tocius possessionis Zarberen existere et iacere dixerunt se reperisse, rubeta vero et numerum silvarum que propter earum longitudinem et latitudinem mensurari minime valebant scire et cunputare nequissent, iuribus et possessionibus capituli Vesprimiensis ecclesie scilicet terris ad tria aratra sufficientibus locis sessionalibus vineis silvis condicionariis et aliis utilitatibus ipso capitulo Vesprimiensi iuxta vigorem suorum instrumentorum pertinentibus in quibus ipsum capitulum Vesprimiense secundum edictum vestre magnitudinis pacifice et quiete commisissent et easdem ipsi capitulo statuissent, supradictas dominas in possessionem preallegatam Zarberen salvis iuribus ut prediximus capituli Vesprimiensis introduxissent et in eisdem commisissent auctoritate vestra pacifice permanere donec de qualitate et quantitate et utilitatibus ac iuribus ipsius possessionis Zarberen vestra discuciat magnitudo. Cursus vero metarum sepedicte possessionis Zarberen hoc ordine distingvuntur secundum assercionem predictarum dominarum intra quibus (így) possessiones et iura prescripta ipsius capituli Vesprimiensis ecclesie et dominarum supradictarum iacent et persistunt, prima videlicet meta a parte Balatun incipit in valle Scekchert, deinde tendit ad partem meridionalem et pervenitur ad secundam metam Fiecheufa vocatam et abhinc per eandem plagam meridionalem girando pervenit ad metam Seguagas nuncupatam que ad partem orientalem separat dictam possessionem Zarberen et ad partem meridionalem separat posses-

sionem Hurs vocatam, abhinc vero protenditur ad plagam septentrionalem et pervenit ad metam Likasku vocatam, deinde flectitur versus aquilonem et pervenit ad metam Rumluthighaz vocatam que ad aquilonem separant villam Zabadie et ad orientem separant predictam possessionem Zarberen, deinde tendit versus eandem plagam et pervenitur ad unam arborem Abranfaia dictam iuxta magnam viam ubi sunt tres mete terree quarum una ad partem meridionalem separat possessionem Zarberen, abhinc progreditur directe versus eandem plagam et pervenitur ad unum fontem Ghelenkutfey dictum, deinde vero per eandem plagam tendit ad quendam rivum Kiralsuli dictum qui separat ad meridiem dictam possessionem Zarberen et ad aquilonem separat villas Pochuasara et Mama nuncupatas et inde descendit ad aquam Balatun et ibi mete predicte possessionis Zarberen terminantur. Datum in festo beati Michaelis archangeli, anno supradicto.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. Jes. Jaur. 3. 16. dipl. ltár: 2511. Közli: Vincze Gábor.

336.

1328. Visegrád, dec. 6. Demeter tárnokmester Jobbágy és Fayzad nevü Heves vármegyei birtokok tulajdonjogát nejére Katalinra Garai István leányára ruházza át.

.. magister Demetrius filius comitis Alexandri de genere Aba magister thavarnicorum domini regis comes Trinchiniensis castellanus de Keruszeg et iudex cumanorum de genere Olaas .. quoniam decora lucet mansvetudo levitatis in matrimonio pulcraque iusticia rutilat in legalitate quarum profecto alterutram sic decet esse sodales ut viri et mulieris confederacio feliciter gubernetur et equaliter capescere valeat spiritualium antidotum premiorum, proinde ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod nos ex speciali gracia et consensu benivolo serenissimi principis domini nostri Karoli incliti regis Hungarie tam pro fidelitatibus et fide-

lium serviciorum nostrorum meritis, regie maiestati impensis quam pro annunciacione gaudii nativitatis ducis Ladislai karissimi filii eiusdem domini nostri filiale solacium desideranter expectantis sibi per nos prolata prout in litteris privilegialibus ipsius domini nostri super ipsa annunciacione emanatis plenius continetur et lucidius explanatur hunc regie gracie dileccionis et collacionis titulum observentes et obtinentes maritalis provisionis animum erga nobilem dominam consortem nostram karissimam Katherinam nuncupatam filiam magistri Stephani de Gara advertentes quasdam possessiones nostras unam videlicet possessionem Iobagh vocatam per mortem Nicolai Zaz dicti sine herede decedentis tam ex collacione et donacione eiusdem domini nostri regis quia collacioni sue de iure pertinebat nobis perpetuatam quam eciam pro iudiciis quibus idem Nicolaus dictus Zaaz super indebita occupacione possessionis nostre Patha vocate nobis hereditarie pertinentis ac vulneracione interfeccione et captivacione famulorum ac iobagionum nostrorum utriusque sexus per eundem potencialiter factis ordine iudicario nobis devolutam preterea aliam villam seu possessionem nostram Fayzad vocatam a Stephano Nicolao Michaele et Ladizlao filiis Johannis filii Jakou pro eisdem vulneracionibus captivacionibus interfeccionibus et denudacionibus serviencium et utriusque sexus iobagionum nostrorum per ipsos et eorum complices illatis similiter ordine iudiciario devolutam in comitatu Heweswyuar existentes cum ipsarum utilitatibus spectantibus ad easdem eidem domine consorti nostre dedimus iure perpetuo possidendas, tali moderamine mediante ex ipsius domini nostri regis gracia donatu . . ut quandocunque vel cuicunque ipsa domina consors nostra predictas possessiones per nos sibi collatas . . Iobagh et Fayzad vocatas dare legare vendere aut pignori obligare voluerit, vendendi legandi et impignorandi plenam et liberam habebit facultatem . . Datum in Wysegrad, in festo beati Nicolai confessoris, anno domini M° CCC° vicesimo octavo.

A székesfehérvári káptalannak 1329-ki átiratából; ennek eredetije a Bánffy cs. levéltárában Kolozsvárt.

337.

1328. Visegrád, dec. 20. I. Károly király hivét, Hektor fiát Miklóst, Veszprém és Győr vármegyék tisztviselőinek hatósága alól fölmenti.

Karolus . . rex . . comitibus, vicecomitibus et iudicibus nobilium de comitatibus Wesprimiensi et Jauriensi nunc et pro tempore constitutis . . cum nos magistrum Nicolaum filium Hectoris fidelem aule nostre iuvenem consideratis suis fidelitatibus et fidelium serviciorum multimodis meritis precipue in recompensacionem effusionis sangvinis sui in exercitu nostro anno in presenti contra Australes expedito sub civitate Marhayk perpetrate a iurisdiccione vestra et iudicatu in omnibus causis et earum articulis per quospiam motis contra eum et movendis perpetuo exemerimus nostro iudicio reservantes, fidelitati vestre firmiter et districte precipimus per presentes quatenus predictum magistrum Nicolaum in quibuslibet causis contra quoscunque iudicare sive iudicio vestro astare compellere nullo unquam tempore debeatis secus quidem quicunque ex vobis temerarie facere attentans regiam indignacionem se noverit graviter incursurum, nichilominus tamen deinceps nos cassum vanum irritum inane fore decernimus si quid per quempiam contra formam dicte gracie nostre quoquomodo fuerit attentatum. Datum in Alto Castro, in vigilia beati Thome apostoli, anno domini M° CCC° vigesimo octavo.

Hátlapján a nagy felségi pecsét maradványaival ; eredetije Szalay Ágoston gyűjteményében.

338.

1328. Pál országbiró előtt a Bogát-Radván nemzetségből való Rákóczi Balázs az ugyanazon nemzetségből való Izsépi Mátéval, Rákócz Körtvélyes, Arács, Morva és Synk nevü Zemplén vármegyei birtokok iránt egyezségre lép. Az oklevelet a nevezett Balázs egy perben mutatta föl ugyancsak Pál országbiró előtt, ki azt ítéletében a következő kivonat szerint foglalta bele:

.. litteras nostras privilegiales anno domini M° CCC° XX° octavo confectas nobis demonstravit sua nos serie edocentes quod cum in presencia nobilis viri comitis Nicolai de Peren viceiudicis Philippi condam palatini .. lis inter Matheum filium Johannis de Isyp actorem ab una parte et Blasium filium Michaelis de Rakolch ex altera .. diutissima ventilata in iudiciariam presenciam magnifici viri comitis Alexandri olim iudicis curie regie .. devenisset, tandem idem Matheus .. in quindenis residencie exercitus regalis coram eodem comite Alexandro comparendo contra predictum Blasium .. proposuisset ut ipse et predictus Blasius filius Michaelis de stirpe et generacione Bogathrodowan ortum et procreacionem habuissent et ex eo possessiones Pauli filii Gyopol de proxima linea generacionis ipsorum existentis .. heredum solacio destituti et nece corrupti Rakolch, Kurthuelus, Arach, Morva et Synk vocate in comitatu Zemliniensi existentes sibi et predicto Blasio communiter pertinerent, de quibus ipse nullam porcionem sed predictus Blasius penitus et in toto in sui iuris .. derogamen possideret, et cum huiusmodi proposicionibus perceptis Johannes filius Morkolphi in persona eiusdem Blasii .. exsurgendo eandem possessionem Rakolch titulo iuris hereditarii prememoratas vero alias possessiones Kurthuelyus Arach Morua et Synk nuncupatas evidentissimorum instrumentorum robore predicto Blasio pertinere et prescriptam possessionem Rakolch in nullo sepedicto Paulo filio Gyopol attinere et attinuisse allegasset idemque comes Alexander tamquam debitus observator iusticie ad testimonialem comprobacionem huius ut ipsa possessio Rakolch ipsius Pauli filii

Gyopol fuerit et predictus Paulus .. prout .. Blasio .. sic et sibi in proxima linea generacionis attinuerit in capitulo Agriensi octavas beati Georgii martiris pro termino assignasset et seriem ipsius testimonialis producciouis .. octavo die .. sibi reportari precepisset et super predictis aliis possessionibus .. predicto Blasio .. sua instrumenta exhibere .. commisisset, demum termino occurrente quia idem comes Alexander vocante deo celi litis intermedio debitum exsolvisset omnis carnis salvatorisque clemencia sui honoris culmine nostram personam sublimasset utreque partes ad nostram propriis in personis accedendo presenciam litteras ipsius capituli Agriensis presentassent in quarum tenoribus ipsa testimonialis produccio iuxta adiudicacionem ipsius comitis Alexandri per vicinos et commetaneos dicte possessionis Rakolch et alios comprovinciales nobiles evidenter comprobata fuisse per nos reperta extiterat .. et licet ipsarum litterarum exhibicionibus factis idem Blasius filius Michaelis ad exhibicionem suorum instrumentorum super dictis possessionibus Kurthuelus Arach Morua et Synk vocatis confectorum .. se promptum nobis reddidisset tamen quia in dicte possessionis Rakolch facto duelli sortilegio et pugilum certamini per nostram ternariam requisicionem partes uniformiter et pari voluntate se submittere voluissent ipsam instrumentalem exhibicionem postergantes et fine debito post ipsum duellum in eodem die sine ulteriori dilacione terminare volentes tale iudicium in facto dicte possessionis Rakolch duxissemus imponendum inter partes supradictas, ut prenominatus Matheus filius Johannis de Isyp super eo quod prenominata possessio Rakolch Pauli filii Gyopol fuerit et dictus Paulus prout ipsi Blasio sic et sibi in proxima linea generacionis attinuerit *pugilem congressum* sepedictus vero Blasius filius Mychaelis in eo ut memorata possessio Rakolch nominata titulo iuris hereditarii sibi attinuerit et predicto Paulo filio Gyopol in nullo pertinuerit *pugilem incongressum* quos meliores et agiliores invenire et adducere possent feria tercia proxima post festum beate Margarethe virginis in area certaminis super equis et in armis militaribus contra se se pugnaturos statuere deberent in presencia regie maiestatis, cuius duelli dimicacionis die adveniente cum pugiles

parcium nobis et quibusdam regni baronibus ac satis multis aliis probis et nobilibus viris partes in formam concordialis unionis consultivis conaminibus inducere nequeuntibus arreptis lanceis se mutua vicissitudine hostiliter imposuissent et lancealibus preliis derelictis *ictus fortissimos per clavas bulgaricales* super se recepissent neutraque parcium visis virilibus et militaribus dimicacionibus dictorum pugilum fortunam sibi dextrari agnovissent ne novercante fortuna uni parcium in gravamen succubitus duelli incidere contingeret predicti Matheus filius Johannis et Blasius filius Michaelis sanissimo instructi consilio ex nostra iudiciaria permissiva licencia . . et composicionibus baronum et nobilium virorum intervenientibus . . in talem pacis et concordie unionem coram nobis (devenissent), quod predictus Blasius filius Michaelis predictam possessionem (. . . . . . .) *) iamdicto Matheo filio Johannis et Lukachyo fratri suo uterino ac . . eorum heredibus . . remisisset . . e converso autem predicti Matheus et Lukachyus filii Johannis de Isyp memoratas possessiones Rakolch Kurthuelus Morva et Synk nominatas iamdicto Blasio filio Michaelis . . remisissent perpetuo possidendas . .

Pál országbírónak 1348. aug. 12. kelt s a főntnevezett Rákóczi Balázs által megújított perben hozott ítéletleveléből; melynek eredetije megvan az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 766. 1. dipl. ltár: 3972. Közli: Nagy Gyula.

239.

1329. jan. 14. A szepesi káptalan előtt Rikolph comes fia János mester és fiai, Szepes vármegyei Kolcsva nevü birtokukat a látóköi karthausi kolostornak Heimborch nevü birtokáért elcserélik.

Capitulum ecclesie beati Martini de Scepus . . ad universorum noticiam . . volumus pervenire, quod nobilis vir et honestus magister Johannes filius condam comitis Ricolphi

*) A pontok helyén *Arach*-nak kellene állni, de az ki van vakarva s helyére e név írva: *Alsych* (?) vagy: *Alsynk*.

una cum filiis suis Michaele videlicet Ricolpho Johanne Ladizlao et Jacobo ex una parte et religiosi viri Johannes prior et Beke fratres ordinis cartusiensium lapidis refugii de Letou cum literis procuratoriis sui conventus ex altera coram nobis personaliter constituti tale inter se concambium fecisse confessi sunt oraculo vive vocis perpetuo duraturum, quod predictus magister Johannes cum eisdem filiis suis quamdam possessionem ipsorum Kolchwan vocatam in districtu sitam Scepusiensi .. per veteres metas et antiquas prout in eorum continetur instrumentis..dedissent..predicto conventui de lapide refugii perpetuo iure possidendam, prefatus vero conventus lapidis refugii de Letou in concambium eiusdem possessionis Koluan dedisset .. eidem magistro Johanni filio comitis Ricolphi possessionem ipsorum Heymborch vocatam in districtu sitam Thartensi quam ex collacione nobilis viri quondam magistri Kokos possidebant .. cuius quidem possessionis Kolchwan collacionem per eundem magistrum Johannem et filios suos in concambium memorate possessionis Heymborch eidem conventui factam et eandem possessionem Heymborch per eundem conventum eidem magistro Johanni collatam magister Ricolphus frater magistri Johannis memorati cum filiis suis Johanne Ladizlao Clemente Laurencio Nicolao et Stephano pro se et ceteris filiis suis coram nobis personaliter comparendo sub metis et terminis infrascriptis consenserunt et permiserunt; cuius quidem possessionis Heymborch mete prout idem magister Ricolphus cum eisdem filiis suis recitaverunt tali ordine situantur, quod prima eius meta incipit a plaga occidentali ubi aqua Spanpataka vocata cadit in aquam Slauk nuncupatam et in eadem aqua Spanpataka pergit supra usque ad caput eiusdem aque, deinde directe ascendendo vergit usque ad metas comitis Joseph de Quoak ubi sunt site due mete terree, deinde flectitur versus meridiem et in dorso eiusdem montis transit ad duas terreas metas in fine eiusdem montis sitas a quibus descendit ad siccam vallem et cadit in unum rivulum per villam Wysaka vocatam transeuntem et eundem rivulum directe transeundo cadit iterum in alium rivulum et in eodem rivulo ascendendo per longum spacium pervenit ad duas terreas metas circa eundem rivulum a parte dextra sitas a quibus ascendendo

pervenit ad unum fontem ubi sunt due terree mete, deinde ascendit ad verticem cuiusdam montis ubi sunt terree mete a quibus descendit ad profundam vallem et cadit in aquam Slauk et in eadem aqua descendendo pervenit ad unam viam de Tharcha eandem aquam versus Scepus transeuntem ubi sunt due terree mete, deinde ascendendo versus occidentem pervenit directe transeundo ad verticem cuiusdam montis a qua quidem vertice montis transit directe versus occidentem per longitudinem unius lanei ubi est meta terrea, deinde procedit ascendendo circa aquam Slauk in latitudine longitudinis unius lanei et vadit usque ad antiquas metas et per easdem antiquas metas vadit per montes et valles usque ad caput aque Tarcha nuncupate, deinde descendit versus orientem per montes et valles et silvas circa metas Brezwicha usque ad puteum qui fluit sub monte castri descendendo usque ad aquam Slauk nuncupatam et ibi mete dicte possessionis terminantur, quarum quidem metarum assignacionem seu cursum aut situacionem Philippus filius Abram consensit coram nobis personaliter comparendo . . Datum sabato proximo post octavas Epiphanie domini, anno eiusdem. M° CCC° XX° nono.

Az ép pecsét piroszöld sodraton függ; eredetije a m. tud. Akademia könyvtárában őriztetik. Megvan ezen oklevél I. Károly királynak 1329-ben mart. 8-án kelt átiratában is, melynek eredetije az orsz. ltár kincst. osztban: Jes. Leuch. 5. 4. dipl. ltár. 2517. jelzet alatt őriztetik; ismét Károly kir. átirata a szepesi káptalannak 1329-ben, aug. 22-én kelt átiratában is megvan, u. o. Jes. Leuch. 5. 3. dipl. lt. 2518. Közli: Kovács Nándor.

340.

1329. Kálló, jan. 14. Szabolcs vármegye alispánja és birótársai Lengyel Jánosnak Chepan fia Lőrincz ellen egy leány miatt folyamatban volt ügyében végzést hoznak.

Nos magister Jacobus filius Petri vice comes de Zoboch et quatuor iudices nobilium de eodem damus pro memoria, quod sabato proximo post octavas Epiphaniarum domini coram nobis in Kallo Johannes dictus Lengel cum litte-

ris procuratoriis licite causam quam habuit contra Laurencium filium Chepan super causa unius puelle nomine Cece propter illam causam ad predictum magistrum Johannem antedictus Laurencius filius Cepan assumsit tres domos patris sui quos habet in possessione Jaco ante purificacionem dare eidem magistro Johanni tali obligacione quod si in termino obmiserit tunc cum sex marcis tenebitur dare absque birsagio iudicis. Datum in Kallo, in die prenotato, anno domini M° CCC° XXIX°.

Zárlatán két pecsét nyomaival; eredetije a N. Muzeumban, a Kállay cs. lban. Közli: Tagányi K.

341.

1329. Visegrád, jan. 16. I. Károly király Fónyi Balázs és Zonk János Korina és Dobina nevü Sáros vármegyei birtokainak határjárására az egri káptalant kiküldi.

Karolus rex . . capitulo ecclesie Agriensis . . precipimus . . quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum coram quo Georgius de Woswar dictus vel Thompus filius Dionisii . . homo noster accedat ad faciem possessionum magistri Blasii de Fony et Johannis dicti Zonk fratris sui Korina et Dobina vocatarum in comitatu de Sarus existencium et easdem . . reambulet per veteres metas et antiquas novas metas iuxta veteres ubi necesse fuerit erigendo relinquat eisdem Blasio et Johanni perpetuo possidendas . . Datum in Wysegrad, feria secunda proxima post octavas Epiphanie domini, anno eiusdem Millesimo CCC° XX° nono.

Az egri káptalannak 1329. február 16-iki átiratából; l. alább.

342.

1329. Visegrád, jan. 25. I. Károly király a Nyitra vármegyei kolosi monostor vásár-jogát Kolosfaluban visszaállítja.

Nos Karolus .. rex .. significamus .. quod accedens ad nostram presenciam religiosus vir frater Ladislaus abbas monasterii beate virginis de Clus nobis dixit maiestati nostre humiliter supplicando quod quia forum monasterii sui predicti Clus nuncupati in comitatu Nitriensi existentis quod ab antiquo celebratur in eadem propter temporis impacati qualitatem anullatum destructum et penitus exinanitum esset, ipsum forum in pristinum statum revocare et restaurare de benignitate regia dignaremur, et quia nobis de dicto foro utrum tempore predecessorum nostrorum fuerit in dicta villa monasterii sui sicut dicebat celebratum nec ne, nobis veritas non constabat, fidelibus nostris capitulo Nitriensi ut scirent seu inquirerent si dictum forum in ipsa villa Clus tempore nostrorum predecessorum fuerit celebratum omnimode veritatem per litteras nostras mandavimus; quod capitulum nobis rescripserunt in hunc modum, quod sicut a nobilibus et conprovincialibus ipsius ville scire et inquirere potuissent universi universaliter et singulariter singuli retulissent quod in villa Clus predicta semper et ab antiquo forum liberum fuisset celebratum sed propter temporis impacati maliciam ad presens annullatum extitisset; unde cum nos predictum capitulum fideles nostros plenius informati recognoverimus ipsum forum tempore nostrorum predecessorum celebratum et tempore impacato dispersum et in statum pristinum restaurare velimus et intendamus, universos mercatores et alios cuiuscunque comdicionis et status homines assecuramus tenore presencium quod ad ipsum forum in predictam villam Clus feria quarta cuiuslibet septimane secure conveniant et suas commutaciones emciones vendiciones seu negociaciones libere exerceant in eodem sub nostra proteccione speciali et vice nostri sub defensione honorabilis viri magistri Endre Albensis ecclesie prepositi aule nostre vicecancellarii sine ulla tributi exaccione

nullum damnum vel molestiam aliquatenus perpessuri, item precipimus universis fidelibus nostris quod nullus sit qui hominibus ad predictum forum convenientibus tam in veniendo quam in redeundo vel in ipso foro stando damnum nocumentum vel molestiam in personis aut rebus inferre presumat, si quis autem secus facere presumserit regiam indignacionem se noverit graviter incursurum, et hec volumus ubique publice proclamari. Datum in Vissegrad, in festo conversionis beati Pauli apostoli, anno domini Millesimo CCC° XX° nono.

A nyitrai káptalannak 1430. jun. 3-ikán kiállított átiratából, melynek eredetije megvan az orsz. ltár kincst. oszt. Mon. Pos. 37. 3. dipl. lt. 2552. Közli : Vincze Gábor.

343.

1329. febr. 14. A szepesi káptalan kiküldöttje előtt Gurkfi Miklós végrendeletet teszen.

Nos capitulum ecclesie beati Martini de Scepus .. significamus .. quod Nicolaus filius Gurk nobilis de Scepus homine suo destinato humili precum instancia nos rogavit ut unum ex nobis virum idoneum ad ipsum mitteremus coram quo suam explicaret voluntatem, nos vero eius peticionibus inclinati Johannem presbiterum ecclesie nostre vicarium ad eundem duximus destinandum qui nobis dixit ad nos demum redeundo quod coram ipso idem Nicolaus filius Gurk in lecto graviter decumbens egritudinis tale condidisset testamentum: quod dimidiam partem sue porcionis possessionarie quam in possessionibus patris sui memorati habere dinoscitur hereditarie .. pro anime sue remedio .. legasset religiosis viris et discretis fratribus ordinis Cartusiensis monasterii beati Johannis Baptiste lapidis refugii de Letou .. Datum in festo beati Valentini martiris, anno domini M° CCC° XX° nono.

Hátlapján pecsét töredékeivel; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. Jes. Leucsov. 4. 64. dipl. ltár: 2563. Közli: Vincze Gábor.

344.

1329. febr. 16. Az egri káptalan I. Károly királynak 1329 jan. 16-án kelt, föntebb 341. sz. a. közölt rendeletét átírván, Fónyi Balázs és társa Korina és Dobina nevü birtokainak határjárásáról jelentését így folytatja:

Nos igitur . . misimus . . magistrum Nicolaum lectorem nostrum ad premissa exsequenda qui unacum dicto Thompus homine vestro ad nos reversi . . retulerunt quod in octavis Purificacionis virginis gloriose proxime preteritis accessissent ad faciem possessionum ipsorum Blasii et Johannis magistrorum Korina et Dobyna predictarum et easdem convocatis vicinis et commetaneis earumdem universis videlicet Petro dicto Abayduch, Galus fratre suo, Irka, Thoma, Thyuadorio, Georgio et Petro de Throchan item comite Nicolao de Perim cum filiis suis nullo contradictore existente sub metis omnino inferius declarandis reliquissent ipsis Blasio et Johanni magistris perpetuo possidendas, mete vero ipsarum possessionum prout iidem homo vester et noster nobis recitarunt hoc ordine protenduntur, quod prima meta incipit a parte orientali in vertice cuiusdam montis ubi sunt due arbores fagus que vulgo byk dicuntur duabus metis terreis circumfuse de quibus directe eundo versus occidentem cadit in magnum fluvium Kwchyn et in eodem fluvio descendendo venit ad quendam monticulum super quo sunt arbores pomi et ibi de eodem fluvio exeundo et transeundo versus eandem plagam transit quendam fluvium Topl vocatum et iungit quendam lutosum lacum, que videlicet mete iam dicte per prata et terras arabiles transeundo distingvunt inter possessionem Kuchyn et Kuchyn vocatas et possessiones Karina et Dobyna supradictas, et de ipso lacu exeundo versus eandem plagam ascendit ad quendam montem Drabno nominatum et in vertice eiusdem montis versus eandem plagam pergendo cadit in quendam meatum aque quinque fluentis Zaraztharnusynafev vocatum de quo exeundo tendit versus aquilonem et venit ad quasdam arbores abietis kerekfeneu vocatas pro metis signatas de quibus directe ad ean-

dem plagam descendendo cadit in predictum fluvium Topl in ea parte ubi fluvius Felgarbolch cadit in eundem fluvium Topl et contra meatum ipsius fluvii Garbolch parum ascendendo exit de eodem et iungit quendam montem qui vulgo Noghyg vocatur et in vertice ipsius montis versus eandem partem vergendo venit ad caput cuiusdam fluvii Nogkurima vocati de quo descendendo versus orientem cadit in fluvium Budrug, et in meatu eiusdem descendendo venit ad locum ubi quidam rivulus Fekethepatak vocatus cadit in ipsum fluvium Bodrug et de ipso fluvio Budrug exeundo vergit iterato versus occidentem et venit ad caput cuiusdam fluvii Radamapathakafey vocati de quo directe eundo versus eandem plagam annectit caput alterius fluvii Kenespathakafey vocati et inde directe eundo ad eandem plagam venit ad quendam montem Kabalafey nominatum de quo directe transeundo versus eundem occidentem pervenit iterato ad predictas duas arbores in monte positas ubi inceperant et ibi terminantur. Datum in quindenis Purificacionis ipsius festi beate virginis, anno domini M^{o} CCC^{o} XX° nono.

I. Károly királynak 1329. nov. 6-iki jeles alakban kiállított megerősítő okleveléből, melynek eredetije megvan az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 558. 3. dipl. ltár: 2519. Közli: Vincze Gábor.

345.

1329. mart. 8. A pozsonyi káptalan előtt Wodosfi Sándor leánya Liliom, Kápolna nevű birtokának felét örökjoggal második férjére Gursas Tamásra ruházza át.

.. capitulum ecclesie Posoniensis .. ad universorum .. noticiam .. volumus pervenire quod accedentes ad nostri presenciam ab una parte nobilis domina Lilium filia comitis Alexandri filii Wodos ab altera vero Thomas dictus Gursas maritus eiusdem domine et Johannes filius ipsius Thome ab eadem domina genitus ac Georgius filius eiusdem domine a Georgio suo primitivo marito procreatus ipsa domina Lilium .. fassa extitit .. quod ipsa medietatem possessionis sue Ca-

pulna vocate que medietas possessionis Capulna vocate comiti Blasio quondam marito suo et sibi .. per comitem Alexandrum filium Wodos patrem suum memoratum ac per Alexandrum filium eiusdem Alexandri sicut in litteris privilegialibus capituli ecclesie Nitriensis plenius vidimus contineri data fuit et donata de consensu et bona voluntate Blasii Michaelis et Petri filiorum Blasii mariti sui .. Thome dicto Gursas ac Johanni filio ipsorum memoratis necnon quibuslibet suis heredibus sicut Blasio Michaeli et Petro heredibus Blasii sui quondam mariti prefati eo quod idem Thomas maritus eius sepedictus sibi et ipsis Blasio Michaeli ac Petro heredibus Blasii sepedicti in suis necessitatibus viginti marcarum subsidium prebuit et iuvamen pro eo eciam quod ipse Thomas ipsorum caput gubernatorque foret et protector cum .. curiis super eandem existentibus donavit .. iure perpetuo possidendam .. que quidem medietas possessionis supradicte Capulna vocate ante ecclesiam beate Elizabeth est sita et locata .. Datum feria quarta proxima ante festum beati Gregorii pape, anno domini M° CCC° XX° nono.

Függő pecséttel s fölül cyrographummal; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 406. 37. dipl. lt. 2567. Közli: Vincze Gábor.

346.

1329. Kassa, mart. 16. Dezső alországbíró és társa Rozgonyi Lászlót bizonyos bírság megfizetéséről nyugtatja.

Nos magistri Dessew viceiudex curie regie et Jacobus filius Iwanka de Wgal exactor iudiciorum de Wyuar per comitem Paulum iudicem curie domini regis deputatus damus pro memoria quod Ladislaus filius Johannis de Rozgon pro iudiciis suis in quibus contra Nicolaum filium Egidii in octavis beati Georgii martiris convictus fore dignoscebatur excepta porcione partis adverse nobis plenam impendit satisfaccionem scilicet quatuor marcas persolvit ac decimam partem de porcione iudicii partis adverse homini domini regis satisfecit ad plenum .. Datum in Kossa, feria quinta proxima post dominicam Invocavit, anno domini M° CCC° XX° nono.

Zárlatán két pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 1698. 13. dipl. ltár: 2530. Közli: Vincze Gábor.

347.

1329. Visegrád, apr. 8. Pál országbíró az Elefánti Dezső és Eősy Mátyás között fönforgott hatalompert elintézi.

Nos comes Paulus iudex curie domini regis .. significamus .. universis quod cum vir magnificus magister Deseu de Elefanth castellanus de Sebeswar in eo ut Mathias filius Andree de Ewsy in dominica Esto mihi anno dominice incarnacionis M° CCC° XX° octavo preterita ad descensum Peteu de Kwblus Laurencii de Ahton et Dominici de Zalazygh serviencium suorum potencialiter manibus armatis veniret ac centum marcas promtorum denariorum suorum ipsis servientibus suis interfectis ab eisdem abstulerit quorum homicidium et mortem se acquirere non velle tempore sue proposicionis allegarat nisi damnum et iniuriam sibi irrogatam se acquisiturum affirmarat prout in serie litterarum nostrarum adiudicacionem testimonialis produccionis super ipsis damnis iniuriis confectarum continencium lucidius et expressius habetur, pugilem congressum, prefatus autem Mathias filius Andre de Ewsy in eo ut in potenciali ablacione dictarum centum marcarum ac super iniuriis sibi irrogatis innocens existat et immunis, pugilem incongressum quos meliores et agiliores invenire potuissent feria quinta proxima post dominicam Letare in conspectu regie maiestatis super equis et in armis militaribus pugnaturos statuere debuissent, tandem utrisque partibus eorum pugilibus armis bellicis muniendo et bellorum necessariis vestiendo in area certaminis ut debebant statutis antequam pugiles parcium hostiliter contra invicem se dimicaturos opposuissent predicte partes corda volentes conciliare conturbata pacisque zelatrices fieri cupientes ut omnis rancoris et invidie fomes usquemodo inter se habita radicibus evulsis sopiatur et eterno pacis favore veluti pacis calumni valeant gratulari super predictis damnis centum marcarum promtorum denario-

rum et aliis iniuriis ac specialiter super morte seu interemcione dictorum Peteu de Kwblus Laurencii de Ahton et Dominici de Zalazegh serviencium ipsius magistri Deseu licet tempore sue composicionis acquisicionem mortis et occisionis iam dictorum serviencium suorum idem magister Deseu omnino excluserit tamen amicabilibus composicionibus et inducciombus baronum et regni nobilium intervenientibus de nostro iudiciario beneplacito in talem pacis et concordie unionem se dixerunt devenisse .. ut predictus Mathias filius Andree unacum discreto viro magistro Stephano preposito ecclesie Waradiensis fratre suo uterino quandam possessionem Mykola vocatam in comitatu Bihoriensi existentem impignoracionis titulo evidentissimorum instrumentorum robore a Gwren filio Johannis sibi devolutam ut dicebant in predicta pecunie quantitate nec maiori nec minori in qua eosdem Mathiam filium Andree et dominum Stephanum prepositum fratrem suum racione pignoris vel aliqua alia caucione attinere dignoscitur iam nominato magistro Deseu coram Symone homine domini regis et testimonio capituli ecclesie Waradiensis sine illacione alicuius destruccionis et absque aliquali impedimenti intermedio in octavis beati Georgii martiris nunc venturis statuere assumserunt, tali vinculo obligaminis interiecto quod si ipsam possessionariam statucionem eo iure quo ad ipsos modo premisso pertinere dignoscitur contumaciter facere non curarent vel non possent extunc secundo die octavarum Ascensionis domini duas possessiones similes et equales utilitates habentes in manus eiusdem magistri Deseu omni occasione postposito presentibus ipsis homine domini regis et testimonio dicti capituli Waradiensis ut sponte se obligarunt dare et assignare perpetuo tenebuntur, universa autem instrumenta in facto dicte possessionis Mykola confecta in octavis Penthecostes nunc venturis eidem magistro Deseu penitus et in toto dare et assignare se obligarunt ea condicione ut si qua de eisdem tacita calliditate in fraudem ipsius magistri Deseu reservarent reservataque contra ipsum et suos heredes ipsi et eorum successores temporis in curriculo in lite vel extra litem exhiberent vel exhiberi facerent, calumniancium eo facto perciperent porcionem ac tanquam impliciti calumniatores ulcione debita pu-

nirentur, insuper autem in additamentum ipsius possessionis septuaginta marcas in grossis boemicalibus vel latis vienensibus aut banalibus regalibus nunc currentibus ad numerum Budensem iidem Mathias filius Andree et dominus Stephanus prepositus in tribus terminis infrascriptis coram nobis pro omnibus prȩmissis et singulis premissorum prenominato magistro Deseu solvere assumserunt, videlicet viginti quatuor marcas in dictis octavis Penthecostes iterum viginti tres marcas in octavis nativitatis beati Johannis Baptiste residuas vero viginti tres marcas in octavis beati Jacobi apostoli consequenter nunc venturis talium obligaminum condicionibus intersertis quod si primarie solucionis terminum in solvendo omitterent iudicio subiacerent si vero secunde solucionis terminum preterirent dupli pena gravarentur et si ultime et finalis solucionis terminum solvere non curantes aut non valentes negligerent idem Mathias filius Andree in succubitu duelli tanquam potenciarum illator convictus remaneret, nec hoc volumus silencio preterire quod idem magister Deseu pro Nicolao filio eiusdem Peteu de Kwblus et Stephano fratre eiusdem item pro Adriano filio Ladislai de Ahton fratre eiusdem Laurencii cum procuratoriis litteris conventus monasterii de Koloz in partibus Transsilvanis in honore Virginis gloriose fundati coram nobis comparendo super morte seu homicidio dictorum Peteu de Kwblus et Laurencii de Ahton ac Dominici de Zalazegh ex sua et dictorum Nicolai filii eiusdem Peteu de Kwblus et Stephani fratris eiusdem ac Adriani fratris predicti Laurencii partibus, eosdem Mathiam filium Andree et Stephanum prepositum fratrem suum item Ladislaum et Johannem filios Nicolai filii Iwanka, Nicolaum Petrum Barrabam et Ladislaum filios Emerici ac Nicolaum filium Sexee reddidit expeditos . . Datum in Alto Castro, tercio die termini prenotati, anno domini M° CCC° XX° nono.

Hátlapján pecsét nyomaival ; eredetije megvan az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 33. 1. dipl. lt. 2536. Közli : Vincze Gábor.

348.

1329. apr. 10. Az erdélyi káptalan az I. Károly király által Pogány Istvánnak Trencsén vármegyei birtokaiért cserébe adott Kolozs- és Doboka vármegyei birtokok határait megjáratván, a beiktatásról bizonyságlevelet ad.

Capitulum ecclesie Transsilvanie universis . . salutem . . magistro Lachk comite siculorum vice et nomine domini nostri Karoli . . regis . . cum procuratorio ad infrascripta plenum et speciale mandatum continente in medio nostri ab una parte et magistro Stephano dicto Pugan filio Francisci filii Bechend ab altera in nostri presencia constitutis idem magister Lachk tanquam procurator ipsius domini regis ex mandato eius perorans proposuit et voce vicaria domini regis fassus extitit in hunc modum, quod ipse dominus noster rex quasdam possessiones suas in partibus Transsilvanis constitutas videlicet Zylwas cum terra Nogakazto vocata, item Septeer item Ewrmenus vocatas in comitatu de Clus existentes . . que possessiones quondam fuerunt Ladizlai woyuode et filiorum suorum hereditarie quas in concambium quarundam possessionum filii ipsius Ladislai woyuode cuidam Myke nomine filio Nicolai contulerant qui demum sine herede decessit propter nefariam notam infidelitatis et sedicionem in quam idem Ladizlaus woiuoda adhuc vivens conversus fuerat et filii sui sibi in vicio infidelitatis succedentes se semper regie maiestati opposuerunt et usque nunc aliis infidelibus et emulis regis sociati et applicati eadem sedicione infidelitatis laborant et sepe eruentes in regalia vastus et incendia committunt et tantas strages et depopulaciones que vix loquela promi possent committere non expavent, tum propter infidelitates ipsorum super breviter tactas tum propter quia idem Myke sine herede decessit tamquam ex utraque causa ipsas possessiones ad manus domine regis et ad collacionem ipsius iuste devolutas item quandam aliam possessionem suam Gekekuta vocatam in comitatu de Doboka existentem . . quam idem Ladizlaus woyuoda indebite occupaverat et detinuit occupatam propter eandem causam infidelitatis et suorum filiorum et iceam quia fuerat possessio hominis sine herede decedentis

et sine herede decedencium quorum memoria non extat et eciam per ipsum indebite occupata et detenta fuerat et ob hoc similiter ex utraque causa pretactis ad regiam collacionem pertinere, item quasdam alias possessiones domini regis videlicet Bwza item Nuzal item Laak vocatas in comitatu de Doboka existentes item possessionem Budateleke vocatam in comitatu de Clus existentem que possessiones .. (alias fuerunt) Elleus et Moyus filiorum Moyus hereditarie tamen propter obprobria infidelitatis et sedicionis in quam iidem filii Moyus quasi contra stimulum calcitrando eidem domino regi suo domino naturali se opposuerunt et in suis opposicionibus et infidelibus processibus male perierunt et de medio interierunt et residui posteri ipsorum in exilium acti fuerunt et bona ipsorum ac possessiones tam ista quam alia universaliter extitunt fisco regio applicata et deuoluta, et ob hoc predicte possessiones tamquam infidelium et hominum pestilenciosorum qui ut de aliis propter prolixitatem taceamus crimen lese maiestatis committere non sunt veriti, quam ob rem predicte possessiones ad manus regias et suam collacionem extitunt devolute .. item quandam possessionem suam Gulateleke vocatam in vicinitate Zeekakna adiacentem in comitatu de Doboka existentem cuiusdam nobilis nomine Gula hereditariam qui sine herede decessit et ob hoc ad collacionem domini regis iuste devolutam cum terris arabilibus pratis nemoribus silvis et piscinis .. predictarum possessionum .. nihil sibi vel suis posteris heredibusque iuris de eisdem reservando quocunque titulo vel ex quacunque causa hoc est sive propter notoriam infidelitatem sive propter defectum successionis heredum predicte possessiones universe ad dominum regem et eius collacionem fuissent devolute sub eisdem metis et terminis antiquis quibus per antiquos possessores fuerant possesse et innovatis metis ut inferius apparebit ipse dominus rex dedisset tradidisset et contulisset in concambium et permutacionem possessionum infrascriptarum, assignasset eidem magistro Stephano Pugon dicto .. et per ipsum magistrum Lachk procuratorem suum specialiter ad hoc hominem suum destinatum coram testimonio nostro videlicet magistro Petro dicto Tatar socio et concanonico nostro quem ad hoc per

ipsum dominum regem per suas litteras nobis transmissas petiti et eciam ex mandato eiusdem transmiseramus sicut idem magister Lachk et idem magister Petrus socius noster . . retulerunt ad faciem predictarum possessionum accedendo eidem magistro Stephano assignassent et in corporalem possessionem introducendo eidem statuissent . . et ut huiusmodi contractu permutacionis predicte possessiones tradite in concambium irrevocabiliter perseverent et per ipsum magistrum Stephanum in filios filiorum pacifice et quiete possidentur iure firmiori ipse dominus rex prehabita et premissa pragmatica super hoc cognicione decrevisset et decrevit revocanda universa privilegia et instrumenta tam novi sui sigilli quam veteris quocunque nomine censerentur super predictis possessionibus omnibus vel ipsorum singulis quibuscunque vel cuicunque priscis temporibus ex quacunque causa dedisse . . ipsa privilegia et instrumenta et donaciones et collaciones ut pretactum est quoscunque fecisset revocasse et tunc revocavit et nunc . . in quarum quidem possessionum permutacionem et concambium idem magister Stephanus ut pretactum est personaliter coram nobis comparens quasdam possessiones suas in comitatu videlicet Trinchiniensi existentes Garadna in qua est ecclesia lapidea item superiorem Garadna ibidemque locum castri similiter Garadna vocati hereditarias, item in comitatu Nitriensi possessiones suas hereditarias sive porciones possessionum scilicet in possessionibus Sys Reduk et in utraque Libaha ipsum hereditarie concernentes, item terram Vysnew vocatam, item possessionem Vendegy vocatam cum aurifodina, item Pobohaan nominatam . . item possessiones Kohnad item Ruzk item Delech et Steche vocatas in eodem comitatu Trinchyensi existentes suas ab avo et attavo emticias ipsum in premissis possessionibus iure hereditario et emticio contingentes et non alios attingentes . . dicto domino regi . . idem magister Stephanus e converso dedit . . in concambium possessionum ut pretactum est predictarum ; retulerunt eciam eedem partes quod eedem predicte possessiones fuissent reambulate et in concambium eidem domino regi tradite et assignate per ipsum magistrum Stephanum coram eodem magistro Lachk homine domini regis et coram testimonio capituli ecclesie

Nitriensis videlicet magistro Stephano cantore eiusdem ecclesie Nitriensis ad hoc assumpto pro testimonio et transmisso prout plenius in litteris eiusdem capituli Nitriensis quas dixerunt se habere asserunt contineri; verum quia exhibente nobis eodem magistro Lachk procuratore et homine domini regis ad hoc specialiter destinato litteras ipsius domini regis nobis super hoc transmissas recepimus in quibus specialiter nobis mandabat ut hominem nostrum transmittere deberemus .. nos vero .. hominem nostrum .. magistrum Petrum dictum tartarum concanonicum et socium nostrum ad predicta exequenda cum eodem magistro Lachk homine domini regis duximus transmittendum, qui quidem .. coram nobis in pleno capitulo constituti concorditer narrantes rei seriem retulerunt in hunc modum, quod ipsi in dominica Reminiscere et per totam ebdomada ibidem commorantes anno domini M° CCC° vigesimo nono accedentes ad faciem predictarum possessionum per dominum regem eidem magistro Stephano in concambium traditarum convocatis vicinis et commetaneis et convenire sufficientes expectatis coram ipsis predictas possessiones universas et singillatim ac passim unamquamque per veteres et antiquas metas reambulassent et facta reambulacione predictas possessiones universaliter et singulariter eidem magistro Stephano qui personaliter ibi aderat sine contradiccione .. assignassent et ipsum magistrum Stephanum in corporalem possessionem predictarum possessionum introduxissent libere nemine contradicente, et ibidem reambulando distincciones et cursus metarum visus certitudine pernotando rescribi fecerunt et fecissent et repositas in registro facta plena relacione nobis presentarunt, quarum quidem metarum et distinccionum cursus et tenor talis est: prima meta terrarum Zylwas item Septeer et Ewrmenus supradictarum incipit a parte meridionali in beerch ubi sunt tres mete terree quarum una distingit a terra Zylwas alia a terra Ozdscenpetur tercia a terra Zengurgy vocata iuxta quam erexerunt novam metam terream, inde descendit circa villam Tumb ad fluvium Ludas et transeundo ipsum fluvium Ludas tendit inter duas terras Nogakazto et Kysakazto in latere unius beerch Kysakazto beerch vocato et pervenit ad duas metas terreas in beerch, quarum

una dividit a terra nobilium de Suuk Sarmas vocata et alia a terra Akazto maiore, abhinc currit et descendit ad locum Zenasay vocatum ad vallem usque ad fluvium Ludas et transeundo ipsum . . versus occasum solis, abhinc vadit ad partem septemtrionalem in eadem valle in fluvio Ludas et pervenit ad monticulum Oor vocatum ubi sunt tres mete terree antique quarum una dividit a terra Akazto maiore secunda a villa Kamaros possessione magistri Simonis tercia a terra Ceeg, item in eadem valle Ludas tenendo versus septemtrionem et pervenit ad unum montem in cuius latere montis erexerunt novam metam que dividit a septemtrione magistro Thome minor Ceeg et a parte meridionali magistro Stephano a maiori Ceeg, inde ascendit ad unum montem ad beerc et ibi erexerunt novam metam terream, in eodem . . pervenit ad duas metas antiquas quarum una dividit a terra Zylwas a parte orientis secunda dividit a parte occidentis a terra Ceeg, inde circumeundo super eodem Beerc pervenit ad metas terre capituli quarum una dividit a terra Wyzulya alia a terra Zylwas, inde descendendo circa silvam Wyzulya de beerc pervenit iterato ad duas metas terreas quarum una dividit a terra Wyzulya et alia a terra Zylwas, inde descendit ad fluvium Ludas et transeundo ipsum . . inter monticulos circa viam est una meta terrea que dividit inter terram Wylak et terram Zylwas, abhinc descendit ad unum rivulum et in eodem rivulo ascendit ad montem Kapus ubi ex utraque parte vie in beerc sunt due mete quarum una dividit a terra Wylak et alia a terra Septeer, inde currit per beerc per singulas metas terreas, post hec descendit . . versus piscinam et in fine ipsius beerc ubi duo rivuli concurrunt de Septeer et de Wylos fluentes ibi est una meta terrea que dividit a parte meridionali a terra Septeer a parte vero septemtrionali a terra Wylak et cadit ad fluvium et in medio ipsius fluvii currit usque ad fluvium Lekencee et in ipso . . currit supra per idem fluvium . . usque nunc cadit rivulus Wlwespatak vocatus ad fluvium Lekencee et a parte meridionali idem fluvius Vlwespatak dividit a terra Zenmartom vocata a parte vero septemtrionali a terra Ewrmenus et sic mete ipsarum terrarum Zilwas Septeer et Ewrmenus per metas sunt reambulate, item mete terre Budateleke

vocate incipiunt a loco Kapus vocato in quo loco separat a terra capituli et a terra Zentiwan et Budateleke, inde descendit ad fluvium Ludas et transeundo Ludaspataka vadit ad collem Rakatyasholm vocatum qui . . separat a parte occidentis a terra Kathana a parte vero orientali a terra Budateleke, inde in uno beerc currit inter terras Kopur et Budateleke vocatas, abhinc a Rakatyasholm vadit ad alium collem Hegesholm qui . . separat ab occidente a terra Kopur ab oriente a terra Budateleke, deinde in eodem beerc currit ad collem Kereztushege vocatum, abhinc ad Lumpeyrtholma nominatum, hinc in eodem beerc vergit quod . . a parte occidentis attinet ad terram Budateleke a parte vero orientali ad terram Zentmihalfolwa vocatam, inde currit in eodem beerc ad locum Hegesholm vocatum qui (. . . . .) septemtrionali a terris Kychyd et Wyzuliateleke vocatis, abhinc tendit et currit in eodem beerc usque ad priorem locum Kapus vocatum et sic mete ipsius terre Budateleke terminantur, item mete terrarum Bwza Geke Lauk et Nuzal vocatarum incipiunt in hunc modum, videlicet in uno beerc Akazto beerc vocato qui . . dividit in terra Geke et Zumbatteleke tali modo, pars septemtrionalis attinet ad terram Geke pars vero meridionalis ad terram Zumbatteleke, inde descendit ad Byzustou, abhinc ascendit ad duas arbores ilicis circa quas arbores est una meta terrea lykashatar vocata, hinc de ipso beerc currit usque arborem silicis chunkafa vocatam que separat inter terram Mooch et Geka, deinde transit per fluvium Zarwastou et tendit usque silvam Azunerdeye vocatam, descendit autem usque ad finem Legenfark vocatam, inde ascendit et currit per beerc ad silvam Kereztuserdeu vocatam, inde veniet per idem ad Akaztofabeerchy quod dividit inter terras Zentguthart et Laak vocatas, inde descendit ad fluvium Zarwastou et per ipsum fluvium Zarwastou usque Kwrew et ibi est una meta lykashatar vocata, abhinc ascendit ad beerc Niresbeerc vocatum per crebras metas que distingunt inter terras Geuch et Nuzal nuncupatas, inde vadit per beerc ad metam iterato lykushatar vocatam circa quam est arbor quondam nyrfa vocata que meta dividit inter terras Nuzal et Zentmiclos nominatos, abhinc descendit versus orientem per Lu-

wazbeerc in cuius beerc in fine est una meta terrea priori modo lykashator vocata que distingit a parte Keykes ad terram Nuzal, inde descendit per Munurospataka ad Melyespataka et per Melyespataka currit ad Genokuta que dividit a parte terre Manik ad terram Buza, inde a Genokuta supra Melyespataka tendendo et a Melyespataka ascendit ad beerc Dubrahegese nominatum et per idem beerc vadit usque ad magnum Kapus quod separat a parte terre Sumbur ad terram Buza et per idem beerc vadit ad montem Lumpeyrthegese vocatum qui . . dividit a terris Zentmihalteleke et Fyzkut ad terram Buza et sic mete earumdem per circuitum terminantur, item mete terre Gulateleke nominate incipiunt sic, quod prima meta est lapidea a parte terre Markhaza (cum) terra arabili iuxta viam, inde transit per rivulum versus meridiem ad finem loci Almakereke vocatum; abhinc currit ad duas arbores ilices, hinc tendit supra montem et currit per beerc ad unam metam terream que est supra Buzyas que meta dividit a terra Baree a terra Gulateleke, inde ab ipsa meta descendit ad magnam viam que vadit versus Bonchhyda que via dividit a parte terre Suuk ad terram Gulateleke et per eandem magnam viam vadit ad rivulum Woryupataka nominatum, inde de ipso rivulo ascendit ad unum beerc in quo . . est una meta terrea que meta separat a terra Gunk ad terram Gulateleke a qua meta currit ad locum Abelharazta nominatum et ibi est una meta terrea que distingit a terra Bonchhyda ad terram Gulateleke abhinc descendit ad stagnum Rekettou quod . . dividit a terra Zeek ad terram Gulateleke, inde in rivulo Reketpataka vocato infra ubi cadit Reketpataka in Zelechpataka, inde in fluvio Zelechpataka tendit supra a quo . . ascendit ad unum beerc quod est inter duas silvas Zelech et Taba nominatas quod . . dividit a terra Zeek ad terram Gulateleke, abhinc ascendit ad maius beerc quod est in capite Vyliafeu et inde descendit ad priorem metam lapideam a principio notatam et sic mete terre Gulateleke terminantur. Et quia sicut parum valet iura condere nisi sit qui ea observet sic eciam frustra contractus et eorum stipulaciones iniuntur nisi per partes inita firmiter observentur et observari per pactaciones compellant, talem formam obligacionum idem magister Lachk

ex parte domini regis asseruit et assumsit ipsum dominum regem firmiter observaturum, et idem magister Stephanus personaliter assumsit per se et per suos successores similem et eandem formam e converso servaturum et sic firmaverunt statuerunt et sollemni stipulacione repromiserunt.. *) Datum secunda feria proxima post dominicam Judica, anno domini Millesimo trecentesimo vigesimo (nono) supradicto. Nicolao preposito, San .... et Salomone archidiacono de Torda decano ecclesie nostre existentibus.

Függő pecsétje leszakadt; eredetije a b. Vesselényi cs. Kolozsvárt őrzött lban; az oklevél csonka töredékét l. Fejér i. m. VIII. 3. 377. l. Közli: Pesty Frigyes.

349.

1329. Ó-Buda, apr. 12. Druget János nádor a buda-felhévízi convent által Ványai János fiait Kartali Etele ellen megidézteti.

. . conventui monasterii sancte Trinitatis de Calidis Aquis Johannes Druget palatinus et iudex cumanorum .. amiciciam vestram petimus quatenus vestrum detis hominem pro testimonio fidedignum coram quo Demetrius filius Jacobi de Cheche vel Petrus filius Thymothei de Bykohey altero absente homo noster Andream Ladislaum et Thomam filios Johannis de Waniancy contra Ethele de Corthol dictum ad nostram citet presenciam ad terminum competentem. Datum in Veteri Buda, feria quarta proxima post dominicam Iudica, anno domini M° CCC° XX° nono.

A buda-felhévízi conventnek 1329. april 18-iki átiratából, mely szerint Péter nádori ember a convent emberével János pappal együtt az idézést »in villa Vanianchy« apr. 13-án teljesítette; a convent jelentésének eredetije megvan az orsz. ltár kincst. oszt. Mon. V. Bud. 33. 16. dipl. ltár: 2537. Közli: Vincze Gábor.

---

*) **Következik a kölcsönös szavatosság elvállalása, melyet úgy is csak hiányosan közölhetnénk, mert az oklevél vége tele van vizfolttal.**

350.

1329. Sáros vára, apr. 14. Vyllermes szepesi és újvári főispán Csetneki Jánost Bálint fia János ellen esküre kötelezi.

Nos magister Vyllermus comes de Scepus et de Wyuar damus pro memoria, quod iuxta formam nostri iudicii Johannes filius Benedicti de Chythnuk cum quinquaginta personis nobilium se in numero incluso contra Johannem filium Valentini coram honorabili capitulo ecclesie Agriensis in octava festi sancti Georgii martiris nunc proxime ventura tenebitur prestare sacramentum super eo quod Johannes magnus homicida Laurencii fratris predicti Johannis filii Valentini interfecto eodem Laurencio erga ipsum nec in aliqua villa sua manserit neque sibi aliquam impenderit hospitalitatem. Datum in castro Sarus, feria sexta proxima ante dominicam Ramispalmarum, anno domini M° CCC° XX^{mo} nono.

Zárlatán pecsét maradványaival; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 1535. 28. dipl. ltár: 2538. Közli: Vincze Gábor.

351.

1329. Kálló, apr. 15. Szabolcs vármegye alispánja és bírótársai Bebati Lőrinczet Lengyel János részére bírságban marasztalják.

Nos magister Jacobus filius Petri vicecomes magistri Jacobi filii quondam Dause palatini comitis de Zobolchc et quatuor iudices de eodem damus pro memoria, quod cum secundum continenciam priorum literarum nostrarum Laurencius filius Chepani de Bebat solvere*) sex marcas cum possessione sua secunda feria proxima post dominicam Iudica me magistro Johanni dicto Lengen coram magistro Dominico de Seneni ipso termino adveniente antedictus Laurencius non solvit ut debebat; unde sabato proximo ante dominicam Ramispalmarum idem dictus comes Dominicus ad nos rediens

*) *debebat* kimaradt.

nobis fideliter affirmavit non solvisse, unde nos iudices decrevimus ipsum Laurencium contra magistrum Johannem in tribus marcis in iudicio remansisse, unde eundem Laurencium destulimus quod sabato proximo post Penthecosten contra eundem magistrum Johannem de omnibus predictis debet se expedire. Datum in Kallo, sabato proximo ante dominicam Ramispalmarum, anno domini M° CCC° XX° IX°.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije a N. Muzeumban, a Kállay cs. ltban. Közli: Tagányi K.

352.

1329. máj. 1. A pozsonyi káptalan előtt Kenéz comes özvegye és fiai Dudvágszeg és Anya nevű birtokaikat Orros Péter pozsonyi várnagynak elörökítik.

. . Capitulum ecclesie Posoniensis . . ad universorum . . noticiam . . volumus pervenire, quod accedentes ad nostri presenciam personaliter nobilis domina relicta comitis Kenez Philippus et Petrus filii eiusdem comitis Kenez ac Simon gener ipsius Kenez ab una, parte ab altera vero magister Petrus dictus Orrus castellanus Posoniensis, eadem domina ac Philippus et Petrus filii eius necnon Symon gener ipsius Kenez antedictus . . fatebantur in hunc modum, quod ipsi causa necessitatis sibi racione homicidii magistri Bude per ipsum comitem Kenez perpetrati ingruentis possessiones suas Duduagzeg et Anya vocatas, quam quidem possessionem Duduagzeg videns ipse comes Kenez Nicolai filii Jacobi fuisse hominis sine herede decedentis et ex eo iure unacum aliis possessionibus eiusdem Nicolai ad collacionem regiam pertinentes ipseque comes Kenez sue fidelitatis servicia regie maiestati impensa proponens et declarans sibi dari postularat qui quidem dominus Karolus rex Hungarie considerans obsequia meritoria fidelitatis ipsius comitis Kenez videlicet ea que ipse comes Kenez renuens familiaritatem Mathei filii Petri de Trinchen ipsique domino Karolo regi fideliter adherens universas suas possessiones et bona ob spem regii nominis devastandas et dissipandas per-

mittere minime formidavit demum in conflictu quem Dousa quondam palatinus cum Kopaz et Beke filiis Thome, Moius filio Moyus, Paulo filio Lothardi et Aydud cumano sancte corone infidelibus apud villam Debrecen habebat ipse comes Kenez per ipsum dominum regem in opitulamen ipsius Dousa deputatus ardore fidelitatis accensus tunc tam ipsum Dousam quam alios sancte corone fideles nunc precibus inducens nunc svasionibus pro bello committendo animans et confortans prius in acies adverse partis irruit ibique sic victoriose triumphavit quod infidelium innumerabilis exercitus et fere omnis eorum societas tunc in prelio corruerunt, preterea cum ipse comes Kenez tunc castellanus de Volko conflictu peracto per infideles supradictos caperetur ipsi dictum comitem Kenez ad tradendum eis nominatum castrum Volko coarctantes ipsum equi caude alligarunt et sic eum per circuitum dicti castri miserabiliter trahi et laniari facientes aliisque gravium penarum generibus immisericorditer cruciantes pedes eius cutibus suis ceu carnifices scoriarunt, ac eciam alia sue fidelitatis merita censens et estimans diligenter quemadmodum in litteris eiusdem domini nostri regis super ipsa donacione confectis vidimus contineri ipsi Kenez dederat iure perpetuo et donarat, — cum locis sessionalibus . . ad dictas possessiones Duduagzeg videlicet et Anya spectantibus ipsi magistro Petro dicto Orrus pro centum marcis argenti plene ab ipso habitis et receptis vendidissent . . iure perpetuo . . Datum in festo beatorum Philippi et Jacobi apostolorum, anno domini M° CCC° vigesimo nono.

Függő pecséttel; eredetije megvan két példányban az orsz. ltár kincst. oszt. Mon. Pos. 17. 1. dipl. ltár: 3449. Közli: Vincze Gábor.

353.

1329. máj. 6. A győri káptalan előtt Rédei Fejes Mihály fia János, Pázmánd nevű Győr vármegyei birtokát Deythilin comes pannonhalmi várnagynak elörökíti.

Capitulum Jauriensis ecclesie . . ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod Johannes filius

Michaelis dictus Feyes nobilis de possessione Rede comitatus Wesprimiensis pro se et pro Jacobo filio suo ab una parte, nobilis vir comes Deythylinus castellanus montis sancti Martini de sacro monte Pannonie ex altera ad nostram presenciam accesserunt et idem Johannes quandam possessionem suam Pazman vocatam sub comitatu Jauriensi existentem per nobiles viros magistros Petrum et Stephanum filios quondam magistri Stephani filii Marci de genera Chaak racione concambii porcionis eiusdem Johannis possessionarie porcionis in castro Cheznyk et in municionibus seu turribus in monte eiusdem Cheznyk mediantibus privilegialibus literis discretorum virorum capituli Albensis ecclesie traditam et donatam et per eundem Johannem pacifice possessam et conservatam usquemodo cum omnibus utilitatibus suis et pertinenciis universis videlicet cum ecclesia in honore beati Emerici confessoris in eadem constituta ac omnibus vineis in territorio eiusdem possessionis plantatis et existentibus . . de consensu et beneplacito fratrum et proximorum suorum scilicet Nicolai filii Jacobi et alterius Nicolai filii Zwmur nobilium de eadem Rede necnon religiosorum et deo amabilium virorum domini Nicolai abbatis montis sancti Martini de dicto monte sacro Pannonie et conuentus loci eiusdem dedit vendidit et tradidit antedicto comiti Deythylino castellano et per eum suis heredibus heredumque successoribus pro centum marcis denariorum viennensium pro tempore currencium in Jaurino decem pensas pro qualibet computatis perpetuo pacifice ac irrevocabiliter possidendam, ad maioris cautele eciam evidenciam rei easdem literas privilegiales capituli Albensis ecclesie et future cautele remedium in manus sepedicti comitis Deythylini prefatus Johannes nostri in presencia assignavit. Datum die sabbati proximo post octavas beati Georgii martiris, anno domini Millesimo trecentesimo vicesimo nono, magistris Mathia lectore, Georgio cantore et Jacobo custode ceterisque fratribus et dominis ecclesie nostre existentibus.

Fölül cyrographummal és fehér-zöld selyem szalagon függő ép pecséttel; eredetije a pannonhalmi főapátság ltban. Capsa 9. B. Közli: Stachovics Remig.

354.

1329. máj. 8. A szent-ernői káptalan előtt Mochorfi Pál szerémi nemes Nadica és Sauli nevü birtokait Tamás fiainak Eliásnak és Tonknak elörökíti.

Capitulum ecclesie beati Irinei martiris .. ad universorum noticiam .. volumus pervenire, quod anno domini Millesimo trecentesimo vigesimo nono in quindenis beati Georgii martiris nunc preteriti comes Paulus filius Mochor nobilis de Syrmia coram nobis .. constitutus per eundem .. extitit propositum, quod quia possessiones suas Nadica et Sauli vocatas mediam partem de eisdem a parte orientali contingentem .. Elie et Tonk magistris filiis Thome nobilibus de Syrimia pro quinquaginta marcis cum duplo se cum nostris literis obligando et in tribus terminis videlicet revolucionibus trium octavarum beati Georgii martiris redimere non potuisset et in quolibet termino .. in quinquaginta marcis Elie et Tonk remansisset .. tandem pro eisdem quinquaginta marcis et pro tribus vicibus quinquaginta marcarum in tribus iam predictis terminis eisdem pro duplo consequentibus et insuper pro centum marcis eisdem Elie et Tonk vendidisset et alienasset inrevocabiliter iure perpetuo possidendas .. astiterunt eciam vicini et commetanei dictarum possessionum videlicet Jacobus filius Tyborcy de Bath filius Valentini de Bath et Dominicus filius Petres de eadem qui dicte vendicioni et emcioni consensum prebuerunt et assensum asseruit eciam idem Paulus quod predictam pecuniam ab eisdem Elia et Tonk magistris plene et integre recepisset .. Datum die et anno prenotatis.

Függő pecséttel és fölül cyrographummal; eredetije a b. Révay cs. lban., »Révay« fasc. 1. 20.

355.

1329. Visegrád, máj. 9. Pál országbiró a pilisi apátot, azért hogy Szántó nevü Hont vármegyei birtokához Benkfi János magyarádi birtokából egy részt elfoglalt, birságban marasztalja.

Nos comes Paulus iudex curie .. damus pro memoria quod secundum continenciam priorum litterarum nostrarum series reambulacionis quantitatis qualitatis et estimacionis cuiusdam particule terre quam abbas Plysiensis ut actor ad possessionem ecclesie sue Plysiensis Zantou vocatam pertinere asserebat Johannes vero filius Benk ad possessionem suam Magarad vocatam attinere allegabat in litteris capituli Budensis in octavis beati Georgii martiris per utrasque partes nobis reportari debuisset, tandem ipsis octavis advenientibus prefatus Johannes filius Benk comite Petro officiale eiusdem domini abbatis pro eodem domino abbate Plysiensis .. ibidem astante .. litteras dicti capituli Budensis nobis presentauit, in quarum tenore vidimus contineri quod Stephanus filius Ibur homo regie maiestatis presente Thoma presbitero canonico capelle beate virginis testimonio dicti capituli Budensis sabbato proximo ante octavas Passce domini nunc preteritas ad faciem dictarum possessionum Zantou et Magarad vocatarum vicinorum et commetaneorum earundem universorum convocacionibus factis accessissent et eandem iuxta cursus metarum secundum privilegium domini regis Bele ad distinccionem et separacionem dictarum possessionum olim erectarum et nunc renovatarum reambulassent ac quandam particulam terre de predicta possessione ipsius Johannis filii Benk Magarad vocata ad usum unius aratri sufficientem .. cum duabus metis per eundem abbatem Plysiensem de novo erectis super qua ipsa litis contencio mota fuerat ad predictam terram Zanthou vocatam occupatam .. invenisset eandemque particulam terre .. pro tribus marcis estimasset, idemque abbas ad reambulacionem et estimacionem memorate particule terre vocatus venire noluisset .. et cum ad .. deliberacionem huius ut idem abbas pre-

dictas duas novas metas non de iuris equitate sed omnino extra regni consvetudinem iuxta suam voluntatem erexerat et ipsarum duarum novarum metarum ereccionibus factis predictam particulam terre usui unius aratri sufficientem de possessione ipsius Johannis filii Benk Magarad vocata ad suam possessionem Zanthow nuncupatam . . occuparat, sedissemus, matura deliberacione unacum baronibus et regni nobilibus nobiscum in iudicio in dictis octavis consedentibus habita duximus decernentes ut predicte due nove mete per ipsum dominum abbatem Plysiensem racione occupacionis predicte particule terre indebite erecte destrui et adnihilari debeant et predictus abbas pro ipsarum duarum novarum metarum ereccionibus sex marcis pro adnihilacione et destruccione earundem iterum sex marcas simul cum estimacione predicte particule terre tres marcas facienti contra predictum Johannem filium Benk dum per eundem legitime in causam attractus fuerit solvere teneatur coram nobis. Datum in Wisegrad, nono die reportacionis seriei supradicte, anno domini M° CCC° XX° nono.

Zárlatán két pecsét nyomaival; eredetije a N. Muzeumban.

356.

1329. Visegrád, máj. 20. Pál országbíró Várang nevü Tolna vármegyei birtokban a Zák nemzetségből való Corrardfi János fiait ítéletileg megerősíti.

Nos comes Paulus iudex curie . . significamus . . quod cum iuxta continenciam priorum litterarum nostrarum . . Dominicus et Johannes filii Johannis filii Corrardi de genere Zak in quindenis beati Georgii martiris super facto possessionis Gyalan ac medietatis ville Warangh a parte orientali adiacentis per discretum virum magistrum Stephanum prepositum Quinqueecclesiensem ad requirendum universa iura regalia et reginalia ab eodem domino nostro Karolo inclito rege Hungarie intra terminos sui regni delegatum nomine condicionariarum possessionum reginalium recaptivatarum instrumenta sua quorum vigore ipsas a se recaptivatas litigiona-

rias possessiones sibi pertinere approbarent exhibere debuissent iudiciario moderamini coram nobis, tandem iam dictis quindenis advenientibus iidem Dominicus et Johannes personaliter ad nostram accedentes presenciam magistro Stephano executore causarum huiusmodi litigiosarum notario aule regie speciali ad hoc deputato presencialiter adherente privilegium ipsius domini nostri regis tenorem et continencias privilegii excelsi principis domini Bele quondam incliti regis Hungarie recolende memorie de verbo ad verbum in se continens et regia approbans facultate demonstrarunt, quarum series de ipsarum possessionum quidditatibus nos eo modo dilucide edocebat quod cum Herrando filio Nicolai filii Borch eo temporis intervallo quo regnum Hungarie omni tranquillitatis et pacis pulcritudine sub ipsius domini Bele regis tanquam boni rectoris presidentis gubernaculo efflorebat et quisque suo iure indemnis congaudebat, nutu divine pietatis cui humane imbecillitatis fragilitas resistere non novit debitum exsolvendo omnis carnis possessiones sue Tyrien in Komariniensi et Gyalan ac Warangh in Tolnensi comitatibus existentes tanquam superstiti propaginis seu heredis solacio destituto regie proprietati omni iuris et iusticie tramite fuissent devolute, regia benignitas sue solite liberalitatis exuberancia que perspicue contemplacionis oculis singulorum merita contuens confert et condonat antidota premiorum, fidelitates et laude digna fidelitatum obsequia magistri Corrardi filii Albey digne retribucionis bravio cupiens refovere pretactas possessiones ut sue regie collacioni de iure devolutas de consensu et benivolencia serenissime principisse domine Marie tunc regine Hungarie clare recordacionis cui dicte possessionis Warangh partem orientalem priori donativo contulerat revocando prefato Corrardo heredum suorum per heredes contulisset perpetuo possidendas, sicque per multorum temporum curricula premisso regali donativo ipse Corrardus et eo decesso Johannes filius eius ipsas possessiones pacifice possedissent; ipsius nunc Johannis filii Corrardi propagines et heredes solite suorum parentum fidelitatis eximia summi ardoris flagrancia regie exhibere celsitudini non immemores ipsarum possessionum donaciones regali approbacioni apponentes ipsa posses-

sionaria donativa per domini nostri regis benignitatem roborando fuissent approbata et privilegii sui ratificacione confirmata non obstante eo quod quidam iobagiones exercituales reginales demonstracione quarumdam patencium litterarum domine Elysabeth regine quondam Hungarie consortis regis Ladislai clare recordacionis eandem dominam reginam dictam possessionem Warangh ab ipsis Corrardo et Johanne auferendo sue reginali iurisdiccioni simpliciter comprobabant subiecisse; verum quia priorum regum donaciones et perpetuaciones rite processe per posterorum regum aut reginarum privaciones non conveniunt aboleri aut penitus in irritum revocari nisi demerita succrescere dignoscantur nos cui ex speciali regie commissionis munificencia super talibus condicionariis possessionibus iudicium facere incumbebat premissorum instrumentorum vigore edocti eas agnoscentes rite et racionabiliter ipsis filiis Johannis filii Corrardi pertinere tam ex precepto domini regis quam baronum et nobilium inducti consilio prememoratas possessiones ipsis filiis Johannis filii Corrardi iudiciaria auctoritate heredum suorum in heredes adiudicavimus perpetuo possidendas .. Datum in Visegrad, tredecimo die quindenarum beati Georgii supradictarum, anno domini Millesimo CCC° XX° nono.

Függő pecsétje hiányzik; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. Paul. Tolna, 1. 2. dipl. ltár; 2541. Közli: Vincze Gábor.

357.

1329. máj. 24. A győri káptalan előtt Batthyányi Domokos Durug nevü Győr vármegyei birtokát Dechylin pannon hegyi várnagynak elörökíti.

Capitulum Jauriensis ecclesie .. ad universorum noticiam .. volumus pervenire, quod Dominicus filius Johannis filii Primus de possessione Bathyan pro se et pro Ivanka fratre suo uterino ab una parte, nobilis vir comes Dechylinus castellanus montis sancti Martini de sacro monte Pannonie ex altera; ad nostram presenciam accedendo antedictus Domi-

nicus suo et eiusdem Ivanka fratris sui vice et nomine quandam terram seu possessionem suam Durug vocatam in comitatu Jauriensi existentem per Lanch filium Pauli quondam nobilem de Gewd prefato Johanni patri suo datam et donatam . . de consensu . . vicinorum et commetaneorum prefate terre Durug prout referebant . . vendidit . . eidem comiti Dechylino . . pro tribus marcis viennensibus pro tempore currentibus in Jaurino eidem plene persolutis perpetuo pacifice . . possidendam . . que quidem terra circumdatur et vallatur possessionibus personarum inferius nominatarum videlicet a plaga orientis alia possessio Durug vocata domine regine separat et distingit, a parte meridionali iobagionum castri Musuniensis, a plaga vero occidentis possessio abbatis sancti Martini de sacro monte Pannonie distingit, ab aquilone autem separat et distingit possessio Peer nuncupata domini episcopi Jauriensis et sic inclusive prefata terra Durug per ipsum comitem Dechylinum remanet possidenda, ad maioris eciam cautele remedium litteras nostras privilegiales olim super ipsa terra confectas sepedictus Dominicus nostri in presencia in manus ipsius comitis Dechylini assignavit . . Datum feria quarta proxima post dominicam Cantate, anno Domini Millesimo trecentesimo vicesimo nono, magistris Mathia lectore, Georgio cantore, Jacobo custode, ceterisque fratribus et dominis ecclesie nostre existentibus.

Piros-zöld selyem szalagon függő hiányos pecséttel s fölül cyrographummal; eredetije a pannonh. főapátság ltban. Capsa 9. H. Közli: Stachovics Remig.

358.

1329. jun. 2. A sági convent előtt Ábrahámfi Péter fia András unokatestvérét Sumugfi Andrást Egegh nevü Hont vármegyei birtokból való illetőségére nézve kielégíti.

Nos Stephanus prepositus et conventus fratrum ordinis premonstratensis monasterii beate Virginis de Saagh . . significamus universis, quod Andreas filius Petri filii Abram

nobilis de familia regis penes villam Egeg existens ab una parte Andreas vero filius Sumug scilicet filius sororis ipsius Petri filii Abram existentes in villa et possessione ecclesie nostre Egeg vocata ad altera ad nostram personaliter accedendo presenciam nobis concorditer retulerunt, quod causa que inter ipsos tam super quarta parte puellari que de possessione ipsius Andree filii Petri ipsum de iure contingentem ipsi Andree filio Sumug scilicet racione quarte partis domine matris ipsius attinere et pertinere debuisset quam eciam super facto duorum vulnerum scilicet unius gladii et alterius biccelli per dictum Andream filium Petri super Andream filium Sumug fuisse et perpetrasse affirmassent, super quo et super quibus causis . . taliter dixerunt concordasse necnon concordarunt quod predictus Andreas filius Petri dimidiam partem tocius possessionis ipsius ipsum de iure contingentem scilicet partem ipsius dimidie partis pro dicta quarta puellari matris ipsius Andree filii Sumug et partem pro predictis duobus vulneribus super ipsum Andream filium Sumug perpetratis necnon pro duobus marcis quas Andreas filius Sumug predicto Andree filio Petri persolvit coram nobis cum omnibus utilitatibus et pertinenciis universis scilicet cum terris arabilibus pratis nemoribus silvis universis utilitatibus cum eadem et super eandem nobilitatem in qua idem Andreas filius Petri unacum proximis suis ipsam possessionem usque huc conservasset et possedisset propria sua voluntate dedit vendidit contulit et donavit iure hereditario et irrevocabiliter possidendam . . tali autem obligamine se ipsos obligando quod si qualibet pars sine herede decedere vel mori contingerit vel eciam vendere voluerit an obligare extunc una pars vel sui successores vendere dare et obligare alteri non possit nisi inter ipsas partes predictas possessio ipsorum et ipsorum successorum permanere et diucius teneatur et quacunque particula de possessione sepius nominata alienata fuerit et fuisset et quacunque pars ipsam reinvenerit eandem simul sicut una pars vel sui successores ita alia pars vel ipsorum successores possidebunt, assumsitque Andreas filius Petri et se ipsum obligavit ut si processu temporis ipsum Andream filium Sumug vel ipsius successores racione terre et possessionis predicte dimidie partis

molestare an turbare aliqui voluerint extunc ipsum Andream filium Sumug et ipsius successores propriis laboribus et expensis teneretur defensare . . dicentes eciam partes quod si unum quemlibet ipsorum interficere an vulnerare contingeret extunc unus ipsorum ius alterius sicut frater fratris prosequi teneretur hoc non pretermittendo quod Andreas filius Sumug ipsum Andream filium Petri et suos posteros racione quarte partis puellaris et non alios reddidit expeditum sed super quos alios acquirere voluerit quartam domine matris sue liberam haberet facultatem acquirendi . . Datum feria sexta proxima post festum Ascensionis domini, anno eiusdem M° CCC° XX° nono.

A sági konventnek 1370. april 16-ikán kelt és »Leukus filius Andree iobagio ecclesie de Eged« kérésére kiállított átiratából, melynek eredetije megvan az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 688. 62. dipl. lt. 2543. Közli: Vincze Gábor.

359.

1329. Visegrád, jun. 9. I. Károly király a váczi káptalant kiküldi, hogy Marczel és István comeseket két halászhely birtokába, melyben a földvári apát által jogtalanúl megháboríttattak, iktassa be.

Karolus . . rex . . capitulo ecclesie Wachiensis . . quia vir religiosus abbas de Felduuar quasdam piscinas Holtkerus et dimidietatem aque Derekkerus vocate a comite Marcello et Stephano ac aliis proximis suis et fratribus ordine iuris prohibuit et ipsos in eadem in instanti ad nostram presenciam citavit et ad prosecucionem sue citacionis tamen minime venire curavit propter quod contra ipsos Marcellum et Stephanum in gravaminibus iudiciorum actor existendo est convictus et adhuc ipsas piscinas nititur possidere sine iure, fidelitati vestre precipimus per presentes quatenus vestrum mittatis hominem idoneum pro testimonio coram quo Petrus filius Mathie vel Thomas filius Petri de Vylok altero absente homo noster accedat ad faciem predictarum, si prout ipsorum fuisse dignoscuntur restituant et statuant eisdem Marcellino et Ste-

phano ac aliis suis perpetuo possidendas si non fuerit contradictum contradictores vero si qui fuerint contra ipsos ad nostram specialem citet presenciam . . si (autem) ipse abbas contradixerit ipsum citet contra predictos Marcellum et Stephanum ut premisimus ad nostram specialem presenciam, nihilominus dictos Marcellum et Stephanum in possessionem dictarum piscinarum statuentes relinquatis. Datum in Vissegrad, feria sexta proxima ante festum Penthecostes, anno domini M° CCC° XX° nono.

A váczi káptalannak 1329. jul. 20-iki átiratából ; l. alább.

360.

1329. Visegrád, jun. 29. Pál országbíró Bö és Jád nevü Somogy vármegyei birtokokat Trepk fiai ellenében Zoltán fiának Lászlónak itéli oda.

Nos comes Paulus iudex curie . . significamus . . universis, quod cum Ladizlaus filius Zoltani Johannem Petrum Stephanum et Nicolaum filios Trepk . . mediantibus litteris religiosi conventus Simigiensis ad octavas beati Georgii martiris anno domini Millesimo CCC° XX° octavo preteritas contra se in presenciam regie maiestatis in causam attraxisset et ipsa causa diversis prorogacionum cautelis . . ad octavas Penthecostes proxime preteritas prorogata extitisset, ipsis octavis advenientibus prefatus Ladislaus filius Zoltani ad nostram . . accedens presenciam demonstracione quarumdam litterarum patencium conventus monasterii sancte crucis de Bew per Michaelem filium Cosme equalem dimidietatem possessionariarum porcionum suarum in possessionibus Bew et Jaad vocatis in comitatu Simigiensi existentibus . . cum domina sorore sua uterina filia (. . . . . .) ipsius Cosme tempore contractus matrimonii sibi collatam fuisse et demum tempore procedente ipso Michaele filio Cosme proximo suo nutu divine pietatis . . sine herede virilis sexus solacio decedente easdem possessionarias porciones in Bew et Jaad ipsum Michaelem filium Cosme contingentes per regiam maiestatem . . in recompensa-

cionem fidelissimorum serviciorum suorum sibi collatas fore comprobans proposuit eo modo, quod licet omnes proximi et cognati ipsius Michaelis filii Cosme dictas possessionarias porciones in Bew et Jaad ipsum Michaelem filium Cosme contingentes sibi pacifice et quiete iuxta premisse donacionis et regalis collacionis titulum relinquerint possidendas tamen iidem Johannes Petrus Stephanus et Nicolaus filii Trepk ipsum ab occupacione earumdem possessionariarum porcionum niterentur prohibere, cuius prohibicionis scire vellet racionem ab eisdem, quo audito Johannes de Acha et Petrus pro eisdem Johanne Petro Stephano et Nicolao filiis Trepk cum procuratoriis litteris regalibus et dicti conventus Simigiensis exsurgendo prefatas possessionarias porciones in possessionibus Bew et Jaad vocatis memoratum Michaelem filium Cosme olim contingentes eisdem filiis Trepk racione linee generacionis attinere et pro eo ipsam prohibicionem per eosdem filios Trepk in facto earumdem possessionariarum porcionum facere velle allegarunt, cum autem eosdem Johannem et Petrum procuratores dictorum filiorum Trepk de eo utrum dicte possessionarie porciones ipsius Michaelis filii Cosme a possessionibus dictorum filiorum Trepk per metas sint divise aut ne, trinario numero diligentissime quesivissemus, iidem procuratores filiorum Trepk memoratas possessionarias porciones ipsius Michaelis filii Cosme in possessionibus Bew et Jaad vocatis existentes a possessionibus eorumdem filiorum Trepk ab olim per metas divisas fuisse affirmarunt, verum quia dicti procuratores eorumdem filiorum Trepk memoratas possessionarias porciones prelibati Michaelis filii Cosme in possessionibus Bew et Jaad vocatis adiacentes a possessionibus eorumdem filiorum Trepk per metas et metarum distincciones ab olim divisas fore affirmabant et ex eo ipsa collacio et donacio tam per ipsum Michaelem filium Cosme quam eciam per ipsum dominum nostrum regem eidem Ladislao filio Zoltani rite et legitime facta fuisse videbatur pro eo unacum baronibus et nobilibus regni nobiscum in iudicio consedentibus prefatas possessionarias porciones prememorati Michaelis filii Cosme in possessionibus Bew et Jaad existentes eidem Ladizlao filio Zoltani iuxta premisse collacionis titulum adiu-

dicavimus perpetuo possidendas tenendas et habendas salvo tamen iure alieno de eisdem remanente. Datum in Wyssegrad, duodecimo die octavarum Penthecostes predictarum, anno domini M° CCC° XX° nono.

Függő pecséttel; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 649. 7. dipl. ltár: 2547. Közli: Vincze Gábor.

361.

1329. jul. 1. A nagyváradi convent előtt Ivánosi István Ecseden Szatmár vármegyében lévő birtokrészét Bátori Bereczk fiainak elzálogosítja.

Nos Petrus prepositus et conventus monasterii sancti Stephani prothomartiris de promontorio Waradiensi .. significamus .. quod Stephanus filius Thome de Iwanusi pro se et pro Ladislao fratre suo ab una parte et magistri Johannes Leukus ac Nicolaus filii Bricchii de Bathur ab altera coram nobis personaliter constituti idem Stephanus .. est confessus, quod quia omnes possessiones ipsorum quovis nomine nuncupate in acquisicionibus quarte puellaris et rebus parapharnalibus nimia necessitate essent ponderate et oppresse et de propriis facultatibus non possent deliberare aliter nisi aliquam ex predictis possessionibus ipsorum pignori obligare oporteret, quandam particulam seu porcionem eorum in possessione Eched vocata in comitatu Zathmariensi existentem scilicet medietatem ipsos iure hereditario contingentem cuius possessionis medietas eosdem filios Bricchii attingit cum omnibus utilitatibus et pertinenciis universis a data presencium per spacium quatuor annorum pro octo marcis grossorum bohemicalium plene et integre coram nobis quamlibet marcam cum quinquaginta grossis per ipsum Stephanum plene habitis et receptis et per eosdem filios Bricchii persolutis pignori .. obligavit coram nobis tali modo quod si in quarto anno videlicet in octavis Nativitatis beati Johannis Baptiste predictam porcionem eorum redimere poterint bene quidem alioquin postea cum pena quatuor marcarum quandocunque redimere poterunt

redimere tenentur . . Datum in octavis Nativitatis beati Johannis Baptiste, anno domini M° CCC° XX° nono.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 777. 5. dipl. ltár: 2548. Közli: Vincze Gábor.

362.

1329. jul. 18. A vasvári káptalan előtt Kalmer fia János (az Egerváry család őse) Gösfi Istvánnal és testvéreivel, Gösfi Miklós halála dolgában kibékül.

Nos capitulum ecclesie sancti Michaelis de Castroferreo damus pro memoria, quod Johannes filius Kalmerii ab una parte, Stephanus Michael et Johannes filii Geus ex altera coram nobis personaliter constituti super causis que contra ipsum Johannem filium Kalmerii racione mortis Nicolai filii Geus mote fuerant in quibus eciam causis supradicti filii Geus secundum formam priorum litterarum nostrarum iuramentum deposuerant, propter bonum pacis per composicionem et arbitrium proborum virorum taliter se retulerunt concordatos, quod idem Johannes filius Kalmerii pro morte dicti Nicolai et aliis omnibus causis inter ipsos motis usquemodo in octavis beati Jacobi apostoli nunc venturis Stephano Michaeli et Johanni filiis Geus prescriptis coram nobis solvet sine crastinacione decem et sex marcas partim in denariis promtis partim in estimacione condigna secundum regni consvetudinem tali pena interserta quod si in ipso die nón solveret in quinquaginta marcis contra ipsos filios Geus remanebit ad quod se obligavit Johannes filius Kalmerii antedictus, et sic universas causas motas et exortas inter ipsos usquemodo inanes reddiderunt et cassatas, preterea idem Johannes filius Kalmerii obligavit se ut contra ipsos filios Geus prenotatos duobus fratribus suis Michaeli et Stephano filiis dicti Kalmerii nec in iudicio nec extra iudicium astare possit auxilium vel iuvamen prebere nec in possessione Gerege eis possit hospitari donec causa inter ipsos filios Geus Michaelem et Stephanum filios Kalmerii fratres ipsius Johannis super morte Nicolai

filii Geus mota debito fine decidatur, qui si secus faceret in premissis contra ipsos filios Geus decem marcis convincetur, ceterum comes Andreas filius Chepani de Molnar Thomas et Andreas filii sui pro se et pro Peteu ac Nicolao aliis filiis eiusdem comitis Andree coram nobis constituti obligarunt se ut dictis Michaeli et Stephano filiis Kalmerii nec auxilium nec hospitalitatem contra filios Geus donec ipsa causa decidatur ut premissum est facere possint vel prebere, qui si secus facerent in dictis decem marcis convincentur, preterea filii Geus superius nominati obligarunt se ut eosdem Michaelem et Stephanum filios Kalmerii in possessione Gerege citare non possint nec in execucione cause propter eosdem Michaelem et Stephanum dictam possessionem Gerege in aliquo possint aggravare. Datum tercia feria proxima ante festum beate Marie Magdalene, anno domini M° CCC° XX° nono.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 18. 55. dipl. ltár: 2552. Közli: Vincze Gábor.

363.

1329. jul. 20. A csanádi káptalan előtt az Ohtun nemzetségből való Albert fiai Szőlős nevü Csanád vármegyei birtokukat sógoruknak Mihálynak kezéhez bocsátják.

Capitulum ecclesie Chanadiensis .. ad universorum noticiam .. volumus pervenire, quod constitutis coram nobis Mykaele filio Stephani filii Gregorii ex parte una item Gregorio et Thoma filiis Alberti de genere Ohtun personaliter item pro Beke Thoma Anthonio et Petro filiis Demetrii proximis suis ex altera, idem Gregorius et Thomas .. retulerunt quod ex consensu omnium proximorum suorum prout eciam Johannes frater ipsorum fieri dimiserat et testaverat quamdam possessionem eorumdem hereditariam superiorem Zevleus vocatam in comitatu Chanadiensi existentem in qua est ecclesia in honore beati Petri constituta dicto Mykaeli filio Stephani racione proximitatis cum sorore ipsorum pro quarta parte filiali eiusdem cum omnibus utilitatibus et pertinenciis

suis universis heredum per heredes donassent . . perpetuo possidendam, hoc tamen adiecto quod si predicta eorum soror ipsi Michaeli tradita heredum destituatur solacio tunc predicta possessio iuxta regni consvetudinem ad manus predictorum pleno iure devolvatur . . Datum per manus Petri lectoris, tercio die quindenarum beati Johannis Baptiste, anno domini M° CCC° XX° nono, presentibus venerabilibus et discretis viris Matheo preposito Sancti Salvatoris, Henrico cantore, Emerico custode, Stephano Tymisiensi, Nicolao Orodiensi, Ladislao Ultramorosiensi, Petro de Torontal archidiaconis ceterisque canonicis in ecclesia dei iugiter famulantibus regi sempiterno.

Megrongált függő pecséttel alúl cyrographummal; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 587. 19. dipl. ltár: 2550. Közli: Vincze Gábor.

364.

1329. Kálló, jul. 20. Dezső alországbíró és bírótársa Nagy-Semjéni Jánost bizonyos bírság megfizetéséről nyugtatják.

Nos comes Desew viceiudex comitis Pauli iudicis curie domini regis et magister Jacobus filius Ivanka de Ugal exactor iudiciorum in comitatu de Zoboch per eundem deputatus damus pro memoria, quod magister Johannes filius Stephani filii Michaelis de Nogsemien pro iudiciis sex marcarum in quibus idem Stephanus filius Michaelis pater suus contra Johannem filium Johannis filii Gabrielis actor existens convictus extiterat mediante solucione pecuniaria nobis et comiti parochiali ac predicto Johanni parti adverse plenariam impendit satisfaccionem, super quibus eundem tam ex parte iudicis quam ex parte partis adverse commisimus expeditum. Datum in Kallo, in octavis beate Margarete virginis, anno domini M° CCC° XX° nono.

Zárlatán két pecsét nyomaival; eredetije a N. Muzeumban, a Kállay cs. lban. Közli: Tagányi K.

365.

1329. jul. 20. A váczi káptalan I. Károly királynak 1329. jun. 9-én kelt, föntebb 359. sz. a. közölt meghagyását átírván, a földvári apátnak két halászó helyben való beiktatásáról jelentését így folytatja:

Nos igitur . . cum Petro filio Mathie predicto homine vestro Johannem sacerdotem nunc nostre subcustodem ecclesie ad premissa exsequenda pro testimonio duximus destinandum, qui demum ad nos reversi nobis concorditer retulerunt quod feria tercia proxima ante festum beate Margarete virginis in villam Foldwar videlicet in possessionem eiusdem domini abbatis accessissent inibidemque scire et sciscitari fecissent utrum aliquis eosdem a statucione piscinarum Holtkeres et dimidietatis aque Direkkerus vocate pro dictis nobilibus prohiberet nec ne, quos neque ipse dominus abbas nec eciam aliqui alii prohibuissent, penitus nullo contradictore existente ipsas piscinas prenotatas statuissent . . ipsis nobilibus antedictis. Datum in octavis festi prenotati et anno preallegato.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 1535. 29. dipl. ltár: 2544. Közli: Vincze Gábor.

366.

1329. jul. 23. A nyitrai káptalan előtt Kuspagi János az esztergomi székesegyház nemes jobbágya, Fejér Tamás vicsapi tisztnek egy malmot elörökít.

Nos capitulum ecclesie Nitriensis . . significamus . . quod Johannes filius Iwan de Kuspag nobilis iobagio ecclesie Strigoniensis pro se et vice ac nomine filiorum suorum videlicet Blasii et Dominici . . retulit . . quod locum molendini sui in eadem possessione sua Kuspag super fluvium Peleupataka existentem dedisset Thome albo officiali de Vychap proximo

suo .. ita videlicet quod dictus Thomas albus ipsum molendinum reparari facere procurabit propriis laboribus .. post reparacionem autem .. ipsius molendini prefati Johannes filius Iwan et Thomas albus fructus et utilitates eiusdem molendini percipiunt communi usu tali modo quod medie partes dictarum utilitatum ipsius molendini perpetue deserviunt Thome memorato .. alie vero partes predicto Johanni filio Iwan .. Datum in dominica proxima ante festum beati Jacobi apostoli, anno domini M° CCC° vicesimo nono.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 390. 9. dipl. ltár: 2553. Közli: Vincze Gábor.

367.

1329. jul. 27. Az erdélyi káptalan elött Bakai Eliás fia András wingarthkerti birtokrészét Kelnuki Cheelfi Dániel fiainak örökbirtokúl átadja.

Capitulum ecclesie Transsilvane .. ad universorum noticiam .. volumus pervenire, quod constitutis personaliter coram nobis Andrea filio Elye de Bakay ab una parte et Nicolao ac Michaele filiis quondam comitis Danielis filii Cheel de Kelnuk ex altera prefatus Andreas confessus est .. quod terram seu possessionem nunc Wyngarthkeerh vocatam in Zekes existentem quam Elyas pater suus prenominatus et magnus Elyas avus eius et Wz Zereth et Both filii sui olim ipsi comiti Danieli de Kelnuk patri ipsorum Nicolai et Michaelis pro quinquaginta marcis fini argenti vendidissent et tradidissent perpetuo possidendam, ipse Andreas .. dicte vendicioni ipsius terre .. Wyngarthkeerh per Elyam patrem suum et magnum Elyam avum eius et Wz Zereth et Both filios eiusdem antiquitus facte consensum preberet .. et ipsam terram .. Wyngarthkerh cum omnibus utilitatibus suis eo modo prout ipsa terra seu possessio Wyngarthkerh per sepefatos .. vendita et tradita extitisset ipsi comiti Danieli, dedisset .. eisdem Nicolao et Michaeli filiis ipsius comitis Danielis .. iure perpetuo .. possidendam .. Datum feria quinta proxima post

festum beati Jacobi apostoli, anno domini M° CCC° vigesimo nono. Nicolao preposito, Santo cantore, Thoma custode et Paulo archidiacono de Karazna decano ecclesie nostre existentibus.

Függő pecséttel; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. Trans. 12. 23. dipl. ltár: 2554. Közli: Vincze Gábor.

368.

1329. Diósgyőr, jul. 27. Villermes Szepes- Abaúj- és Borsod vármegyék főispánja Ponith fiát Jakabot Jakab borköi várnagy ellen bizonyos Keresztúr nevü birtokhoz tartozó földtér határa iránt esküre kötelezi.

Nos magister Wyllermus comes de Scepus et de Wyuar damus pro memoria, quod magister Jacobus filius Ponith ab una parte et Jacobus noster castellanus de Borkw ab altera coram nobis constituti dictum nobis extitit per eosdem, quod in causa super quadam particula terre inter ipsos habita et ventilata per intermedium et reformacionem proborum virorum taliter concordassent, quod in quindenis datarum presencium predictus magister Jacobus accedendo ad faciem terre predicte quam idem terram ad Kerestwr pertinentem fore asseruit, coram testimonio capituli Agriensis et coram magistro Nicolao vicecomite nostro et quatuor iudicibus nobilium de Borsod ponendo terram super caput ipsius prout mos est iurare super terram prestando sacramentum, teneretur metas ostendere et erigere inter possessionem Kerestwr et possessionem predicti Jacobi Echeg dictam. Datum in Gewr, feria quinta proxima post festum beati Jacobi apostoli, anno domini M° CCC° XX° nono.

Borsod vármegye törvényhatóságának 1329. augusztus 10-iki átiratából; l. alább.

369.

1329. aug. 1. A szepesi káptalan előtt Eliás fia István és Gyula comes fiai gargói nemesek, három Szepes vármegyei birtokot mint Lubló vár tartozmányait Druget Vilmosnak birtokába visszabocsátanak.

Nos capitulum ecclesie sancti Martini de Scepus .. significamus .. universis, quod cum secundum continenciam literarum memorialium magnifici viri comitis Pauli iudicis curie domini regis comes Stephanus filius Elye, Hanck Thomas Petrus et Paulus filii comitis Gyule nobiles de Gargo contra magnificum virum magistrum Vylermum comitem de Scepus et de Wivar in octava festi beati Jacobi apostoli coram nobis testes producere debuissent super eo quod possessiones Nogturch, Kusthoperich, Noglumnicha, Sentgurg, Sonvald, Ryguald, Sentmargita, Kuslumnicha et Beles vocate in comitatu de Scepus existentes eorum essent et fuissent hereditarie, adveniente ipso die produccionis testimonii predictus comes Stephanus, Andreas et Thomas filii eiusdem, Hanck Thomas, Petrus et Paulus filii comitis Gyule presentibus Hanck et Jacobo filiis Arnoldi fratribus ipsorum ab una parte et comes Nicolaus nobilis de Pirin ac magister Mathias notarius predicti magistri Vylermi cum litteris procuratoriis eiusdem pro eodem ab altera coram nobis personaliter constituti per intermedium et reformacionem proborum virorum super causa prenotata taliter se retulerunt concordasse, quod predicti comes Stephanus et filii sui iam dicti, Hanck Thomas Petrus et Paulus filii Gyule, Hanck et Jacobo filiis Arnoldi supradictis permittentibus et consencientibus quasdam possessiones Kusthoporch Kuslumnicha et Beles superius nominatas cognoscentes predicti magistri Vylermi iusto titulo fore aquisitas ad castrum Lublov vocatum pertinentes .. eidem magistro Vylermo resignassent .. predictus vero magister Vylermus prenotatas possessiones Nogthoporica, Noglumnicha, Sentgurgh, Sonvald, Rigvald et Sentmargita per ipsum . recaptiuatas .. resignasset nobilibus prenotatis .. tali modo

quod in octava festi sancti Michaelis archangeli nunc ventura supradicti nobiles coram homine domini regis ad hoc deputato presente nostro testimonio universas metas et limitaciones predictarum possessionum cum iuramento eorumdem prout mos est iurare super terram, teneantur ostendere renovare et restaurare . . Datum in octava prenotata, anno Domini M° CCC° XX° nono.

Hátlapján kerek pecsét nyomaival ; eredetije a Görgey cs. lban. 2. 25. Közli : Kammerer Ernő.

370.

1329. aug. 10. Borsod vármegye alispánja és bírótársai bizonyítják, hogy Ponithfi Jakab és Ecsegi Fülöp fia Jakab a Keresztúr helységhez tartozó birtokrész mesgyéit meghatározták.

Nos magister Nicolaus vicecomes magistri Wyllermi de Borsod et quatuor iudices nobilium de eodem . . significamus universis . . quod magister Jacobus filius Ponith ex una parte ab altera vero Jacobus filius Philippi de Echeg in causis inter eos motis vel movendis super quadam particula terre ventilata fuisse dinoscebatur (így), magister Jacobus filius Ponith exhibuit nobis litteras magistri Wyllermi hunc tenorem continentes (L. föntebb 368. sz. a.). Nos igitur receptis litteris magistri Willermi domini nostri prenotati unacum homine venerabilis capituli Agriensis Beke sacerdote de Finka ac vicearchidiacono de Borsod magistro Nicolao vicecomiti de Borsod et quatuor iudicibus nobilium de eodem termino adveniente cum magistro Jacobo filio Ponith et Jacobo filio Philippi prenotati accedendo ad faciem predicte terre magister Jacobus filius Ponith metas ab antiquo formatas coram nobis ostendendo et cum iuramentum suum secundum regni consvetudinem approbatam deponere seu iurare voluisset Jacobus filius Philippi antedicti scita et cognita rei veritate de premissis per ipsum Jacobum filium Ponith existentem ac eciam per reformacionem nobilium virorum qui nobiscum aderant in facie predicte

terre iuramentum eiusdem Jacobi filii Ponith deponere seu iurare non permisit, unde nos partibus perpetuum silencium ipsis et per eos ipsorum heredibus heredumque suorum successoribus conmisimus, quiquidem partes cursus metarum prout nobis recitarunt hoc ordine distingvuntur, prima meta incipit in inferiori parte ville Echeg ubi exit meatus aque ipsius Seo versus partem ville Babun ubi prope est meta terrea et circa eandem amicabili composicione novam metam erexerunt, deinde adhuc directe versus Babun prope unum quod vulgo Tow vocatur ubi antiquam invenerunt metam novam construxerunt, adhuc versus Babun prope quod vulgo fyzbukwr vocatur 'antiquam invenerunt metam novam composuerunt, adhuc versus eandem plagam circa unam antiquam metam novam edificaverunt, adhuc versus eandem ubi invenerunt duas antiquas metas terciam novam erexerunt, deinde pervenit ad viam que vadit de villa Kerestwr ad villam sancti Petri in inferiori parte eiusdem vie de parte ville Echeg, ubi sunt tres mete antique quartam novam elevaverunt et ibi terminatur. Datum in die beati Laurencii martiris, anno domini ut supra.

Az egri káptalannak 1447. deczember 31-kén kelt, Keresztúri Tamás kérésére kiállított átiratából, melynek eredetije megvan az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 870. 24. dipl. ltár: 2555. Közli: Vincze Gábor.

371.

1329. Visegrád, aug. 13. I. Károly király a margit-szigeti apáczák és a Pozsony vármegyei petényi nemesek között fönforgott ügyben a győri káptalant az alább körülírt eljárásra kiküldi.

Karolus .. rex .. capitulo ecclesie Jauriensis .. fidelitati vestre mandantes precipimus per presentes quatenus ad videndum arbitrium pacem et concordiam inter religiosas dominas sanctimoniales de Insula Leporum ab una parte et nobiles de Pethen ex altera in superficie eiusdem terre Pethen in octavis Omnium Sanctorum proxime venturis fiendam vestrum detis

hominem pro testimonio cum quo et coram quo Andreas filius Penchul vel Nicolaus de Zazy si alterum abesse contingat homo noster videat et audiat dictum arbitrium et composicionem memoratam et prout vobis de eodem arbitrio et composicione inter easdem partes veritas constiterit nobis fideliter rescribatis. Datum in Alto Lapide, die dominico proximo post festum beati Laurencii, anno domini M° CCC° vicesimo nono.

A győri káptalannak 1329. november 23-diki átiratából ; l. alább.

372.

1329. aug. 19. Druget János nádor Chutnuki Benedek fiát Miklóst Berzéthe és Krasznahorka várak és tartozmányaik birtokába az egri káptalan által beiktattatja.

. . capitulo ecclesie Agriensis Johannes Drugett palatinus et iudex comanorum . . dicit nobis Nicolaus filius Benedicti de Chutnuk quod duo castra Berzethe et Craznahorka vocata in comitatu de Gumur cum quibusdam possessionibus videlicet Zolouchhaza, Keurus, Rudna, Scenegetew, Berzethe et Craznahorka vocatis essent sui iuris et per alienas manus indebite ab eodem ab antiquo occupata, quare vestram amiciciam requirimus diligenter quatenus mittatis hominem vestrum pro testimonio coram quo Nicolaus filius Johannis de Malahy vel Gabrianus filius Donath de Melethe alio absente homo noster dicta castra et possessiones prenominatas recaptivet per veteres metas et antiquas convocatis vicinis et commetaneis dictorum castrorum et possessionum prefatarum reambulando et eidem Nicolao filio Benedicti resignet et relinquat pacifice et quiete si non fuerit contradictum. Datum sabbato proximo post festum Assumcionis beate virginis, anno domini M° CCC° XX° nono

Az egri káptalannak 1329. szept. 17-iki átiratából ; l. alább.

373.

1329. aug. 23. A turóczi convent előtt János fia Gergely egy részről, más részről Péter és testvérei a Vág folyó mellett örökölt birtokrészeiket egymás között fölosztják.

.. Jacobus miseracione divina prepositus monasterii beate virginis de Turch et conventus loci eiusdem .. ad universorum .. noticiam .. volumus pervenire, quod Gregorius filius Johannis ex una parte Petrus vero cum fratribus suis videlicet Iwahun et Joan ex altera .. confessi sunt .. quod hereditates ipsorum circa fluvium Wag existentes in duas partes equa lance divisissent ita quod a parte orientali mittendo sortem cessit Petro antedicto cum fratribus suis .. de parte vero occidentali sive de parte libule similiter cessit prefato Gregorio filio Johannis .. quarum quidem divisionum mete hoc ordine distinguntur in predicta possessione: prima enim meta incipit circa fluvium Wag, ubi sub una salice est una meta terrea et inde tendit versus meridiem per quosdam agros, prope viam publicam est eciam una meta terrea et sic pertranseundo viam per bonum spacium pervenit ad unum berch in cuius cacumine est eciam una meta terrea, deinde per ipsum berch transeundo magnum spacium pervenit ad planiciem ubi eciam est una meta terrea, et sic de illa planicie transeundo pervenit ad unam vallem et in illa valle modicum recurvando se pervenit ad unam viam quam transeundo tendit ad quosdam agros ubi eciam est una meta terrea, deinde transit ad caput unius rivuli et per ipsum transeundo pervenit iterum ad unum berch per bonum spacium in cuius cacumine est eciam una meta terrea, postea de illo berch descendit ad Hlynnykpotoca et ipsum transeundo in ripa eius est eciam una meta terrea, deinde transeundo per magnum spacium in quadam planicie est eciam una meta terrea, et post hec per planiciem predictam transeundo per bonum spacium totum versus meridiem pervenit tandem ad metas terre de sibule ubi nostre mete cum ipsorum metis coniunguntur ubi eciam est una meta terrea et ibidem mete terminantur, et preterea quamdam insulam et virgultum quam circa fluvium Wag insimul habere dinoscebantur similiter in duas partes diviserunt quarum prima a parte orien-

tali videlicet iterum cessit Petro prefato et fratribus suis antedictis et per ipsos suis posteris in perpetuum, secunda vero pars a parte occidentali que multo maior est relicta propter sui utilitatem cessit Gregorio filio Johannis sepedicto et per eum suis heredibus heredumque suorum successoribus in perpetuum, mete autem divisionis predicte insule hoc ordine distinguntur: prima meta incipit a parte fluvii Wag ubi est una meta terrea, deinde tendit versus meridiem et pertranseundo insulam predictam pervenit tandem ad unam aquam in cuius littore sub una salice iterum est una meta terrea et ibi mete terminantur . . Datum in vigilia beati Bartolomei apostoli, anno domini Millesimo CCC° vicesimo nono.

Kivül régi írással: Metales, Nagolasy.

A pecsét töredéke zöld-lila selyemsodraton függ; eredetije Kubinyi Ödön ajándékából a Tud. Akadémia könyvtárában őriztetik. Közli: Kovács Nándor.

374.

1329. aug. 28. A nagy-váradi káptalan kiküldöttje előtt Sexe comes özvegye végrendeletet csinál.

Nos capitulum ecclesie Waradiensis . . significamus . . quod Johannes filius Nicolai pro se Ladizlao fratre suo et domina Katherina matre sua . . necnon Nicolao filio Lukasii ad nostram accedens presenciam nos rogavit ut unum ex nobis mitteremus coram quo et coram aliis testibus domina Katherina relicta comitis Sexe agens in extremis suum conderet testamentum; nos igitur . . discretum virum magistrum Ladizlaum Petri Cyne socium et concanonicum nostrum ad hoc misimus vice nostra qui ad nos reversus . . retulit . . quod coram ipso et coram aliis testibus ad hoc rogatis ac vocatis videlicet magistro Zouuard, Ladizlao filio Vida, Petro sacerdote de Sancto Andrea confessore eiusdem domine, Paulo filio Andree. Petro filio Endes et aliis quampluribus domina Katherina relicta magistri Sexe egra corpore mente tamen sana tale condidisset et condidit testamentum, quod in primis viginti quatuor iugera satorum, sex boves, tres scrofas et duos lardos relicte magistri Nicolai filii Ivanka similiter Katherina vocate legasset

iure testamenti, item primam dotem suam et res parafarnales a Nicolao et Johanne filiis Elekus secundam vero dotem cum rebus suis parafarnalibus a Nicolao filio Sexe de consvetudine regni sibi debitas reliquisset ac iure testamenti legasset ac donasset requirendas habendas ac tenendas vel quoquo iure vendicandas Johanni et Ladizlao filiis magistri Nicolai filii Ivanka prenotatis, quartam vero filialem in possessione Bors vocata iure nature similiter sibi debitam Nicolao filio Lucasii reliquisset iure testamenti legasset ac donasset requirendam et habendam, item retulit idem magister Ladizlaus quod coram eo et coram testibus prenotatis predicta domina Katherina relicta comitis Sexe viva voce sanaque mente dixisset ac protestata fuisset quod primum testamentum quod fecerat nullius deberet esse firmitatis quia quando fecit non erat conpos sue mentis et sicut non erat sana corpore sic nec mente. Datum in festo beati Augustini confessoris, anno domini M° CCC° XX° nono.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 1535. 30. dipl. ltár: 2559. Közli: Vincze Gábor.

375.

1329. Vizsoly, sept. 1. Druget Vilmos Szepes és Abaúj vármegyék főispánja Casan Jánost Choltói Detre fia Mihály részére bírságolja.

Nos magister Wyllermus comes de Scepus et de Wyuar, quod secundum continenciam litterarum memorialium comitis Nicolai vice iudicis nostri, Chundurlou procurator Johannis dicti Casan pro eodem cum litteris procuratoriis capituli Scipisiensis ecclesie contra Michaelem filium Detricii de Cholthou a quindenis sancti Laurencii martiris septem diebus continuis coram nobis stetit in termino, qui quidem Michael non venit neque aliquem pro se misit, unde in iudicio eundem remansisse decrevimus si se racionabiliter nequiverit excusare. Datum in Wysul, nono die termini antedicti, anno domini M° CCC° XX° nono.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije a Máriássy cs. lban. 14. sz. a.

376.

1329. sept. 17. Az egri káptalan I. Károly királynak 1329. aug. 19-én kelt s föntebb 372. sz. a. közölt oklevelét átírván, Chutnuki Miklósnak Berzéthe és Krasznahorka várakba való beiktatásáról jelentését így folytatja:

Nos igitur peticionibus vestris legitimis acquiescentes cum predicto Nicolao filio Johannis homine vestro nostrum misimus hominem virum idoneum videlicet Thomam sacerdotem de choro nostro ad premissa exequenda, qui demum ad nos reversi nobis concorditer retulerunt, quod feria sexta proxima scilicet in octavis Nativitatis Virginis gloriose proxime preteritis memorata castra Berzethe et Craznahurka vocata ac possessiones supradictas per veteres metas et antiquas vicinis et commetaneis earumdem presentibus reambulando recaptivassent et cum predicto magistro Nicolao filio Benedicti resignare et relinquere sicut sua iura voluissent Paulus filius Hunth officialis nobilis domine relicte Nicolai fratris Batiz ipsos in facie earumdem possessionum vice et verbo eiusdem nobilis domine prohibuisset quam quidem nobilem dominam eodem die et loco contra prefatum Nicolaum filium Benedicti ad vestram presenciam ad octavas beati Michaelis archangeli iam venturas evocassent, et cum omnia premissa per modum prehabitum per eosdem hominem vestrum et nostrum coram nobis recitarentur in instanti Cikw serviens magistri Nicolai filii Batiz pro eodem domino suo coram nobis comparendo eosdem hominem vestrum et nostrum similiter a statucione et resignacione dictorum castrorum et possessionum prelibatarum vice et nomine ipsius domini sui coram nobis contradixit, quem quidem Nicolaum filium Batiz similiter ad easdem octavas beati Michaelis archangeli contra dictum Nicolaum filium Benedicti iidem homo vester et noster coram nobis evocarunt. Datum in dominica proxima post octavas Nativitatis Virginis gloriose, anno supradicto.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 1547. 75. dipl. ltár: 2558. Közli: Vincze Gábor.

377.

1329. sept. 18. A boszniai káptalan elött Terpenyei Milota fia Beriszló és Palagári Tamás fiai egymás közt kibékülnek és birtokviszonyaikat rendezik.

Capitulum ecclesie Boznensis .. ad universorum noticiam .. volumus pervenire, quod Berizlaus filius Mylota de Terpune ab una parte, Johannes filius Thome de Palagar pro se et pro Emerico ac Martino fratribus suis ex altera coram nobis personaliter constituti confessi sunt .. quod super universis causis .. radices discordie de medio ipsorum exstirpando ad .. pacis unionem devenissent tali modo, quod predicti Johannes Emericus et Martinus de possessione Palagar vocata quoddam nemus vulgariter beruk vocatum in quo sunt due magne arbores tul videlicet iuxta terram dicti Berizlai Terpune vocatam immediate adiacens et existens dedissent .. eidem Berizlao .. e converso autem idem Berizlaus quandam particulam silve quam dictus Johannes et Martinus filii Thome eidem pro tribus marcis minus duabus pensis impignoraverant eisdem reddidisset .. terram vero planiciem que est iuxta silvam Johannis Emerici et Martini predictorum prout eiusdem Berizlai fore dinoscitur eidem Berizlao dimisissent .. Datum feria secunda proxima ante quindenas Nativitatis (beate) virginis, anno domini M° CCC° vigesimo nono.

A pecsét vörös selyemről függött ; eredetije a bődi Balog cs. lban.

378.

1329. sept. 19. Péter somboni föesperes és az egri püspök helyettese Balkani István leányai leánynegyedi illetményének megállapítása tárgyában intézkedik.

Nos magister Petrus archidiaconus de Sombon vicarius Chanadini episcopi Agriensis damus pro memoria, quod iuxta formam priorum litterarum nostrarum in octavis Nativitatis

beatissime virginis Marie Johanne filio Pauli cum procuratoriis litteris prepositi et conventus sancti Stephani de promontorio Waradiensi pro nobilibus dominabus et filiabus Stephani quondam de Balkan Scolastica et Chala vocatis ab una parte, item pro filiis Johannis similiter quondam de eadem Balkan Fabiano scilicet et Ladislao, Cosma filio Kelyeni ab altera, similiter cum litteris procuratoriis eiusdem prepositi et conventus coram nobis constitutis prefatus Johannes procurator contra eosdem filios Johannis de Balkan proposuit in hunc modum, quod in omnibus possessionibus ipsorum Stephani et Johannis in diocesi Agriensi existentibus de porcione prefati Stephani patris ipsarum dominarum eedem domine quartam requirerent de consvetudine regni approbata, insuper de equacia ipsorum Stephani et Johannis numero triginta in porcione prefati Stephani que post mortem eiusdem ipsis filiis Johannis fuisset devoluta similiter quartam requirebat et eciam quindecim domitos equos triginta marcas valentes quos eisdem filiabus Stephani propinquis suis Dausa quondam palatinus tradidisset restitui repetebat, ad que omnia prefato Cosma respondente quod in ipsa quarta filiali ipsis dominabus iidem filii Johannis premisso modo tenerentur sed equaciam nullam simul cum ipso Stephano fratre suo idem Johannes pater predictorum Fabiani et Ladislai habuisse nec ipsos quindecim equos triginta marcas valentes per ipsum Dausa quondam palatinum eisdem dominabus datos habuisse, nos igitur proposicionibus parcium auditis unacum discretis viris de capitulo ecclesie Agriensis et nobilibus viris in iudicio nobiscum assidentibus iudicantes decrevimus quod in quindenis festi beati Michaelis archangeli proxime futuris per partes hinc inde quatuor nobilibus viris ad faciem possessionum predictorum Stephani et Johannis de Balkan in dioecesi Agriensi ubique adductis in presencia Johannis sacerdotis de Semjen quem predicti filii Johannis ducent ac in presencia Stephani sacerdotis de Warada quem prefate domine similiter adducere tenebuntur hominum domini nostri episcopi secundum quod predicte possessiones per ipsos nobiles per partes adductos cum universis utilitatibus suis fuerint estimate in porcione ipsius Stephani quartam ipsarum dominarum filiarum eiusdem iidem homines domini

nostri episcopi eisdem in facie ipsarum possessionum assignabunt et in octavis ipsarum quindenarum sancti Michaelis partibus in nostri presencia constitutis ad redimendum vel si redimere non competit seu noluerint ad perpetuandum terminum vel terminos assignabimus prout fuerint estimate in presencia hominum domini episcopi predictorum, preterea iidem filii Johannis super eo quod equaciam ipsi Stephanus et Johannes nobiles de Balkan numero triginta vel minus non habuerint de qua quartam ipse domine habere debuissent contra easdem se quinto coram nobis prestabunt sacramentum eodem die scilicet in octavis quindenarum sancti Michaelis et cum quindecim personis nobilium uno ipsorum incluso super eo quod ipsos quindecim equos per prefatum Dausa palatinum traditos ipsi Ladislaus et Fabianus non habuissent nec haberent. Datum Agrie, quinto die termini prenotati, anno domini M° CCC° XX° nono.

Záró pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 1535. 32. dipl. ltár: 2560. Közli: Vincze Gábor.

379.

1329. sept. 20. János Nógrád vármegyei alispán és birótársai előtt Korrard fia Tamás Verebi János fiait Vereb nevü birtokának használatától tilalmazza.

Nos comes Johannes viceiudex magistri Petri comitis Neugradiensis et quatuor iudices nobilium eiusdem comitatus damus pro memoria, quod Thomas filius Corrardi coram nobis personaliter astando Thomam et Heuche filios Johannis de ecclesiastica villa Vereb personaliter inventos in nostri presencia facie ad faciem ipsos et omnes ad ipsos pertinentes a percepcione ususfructuum et utilitatum possessionis sue similiter Vereb vocate inhibuit contradicendo et contradixit inhibendo coram nobis. Datum feria quarta proxima post octavas Nativitatis Virginis gloriose, anno domini M° CCC° XX° nono.

Kivül: XV-ik századi írással: *Werebeljrjul waljo tjljaljom.*

Papíron, három záró pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 259. 38. dipl. ltár: 2561. Közli: Vincze Gábor.

380.

1329. Kálló. sept. 21. Drugeth János nádor a Szabolcs vármegyei közgyülésen Semjéni Lászlónak Lideri Sinke fia László elleni ügyében intézkedik.

Nos Johannes Drugeth palatinus et iudex comanorum damus pro memoria, quod in congregacione nostra generali feria secunda proxima ante festum beati Mathei apostoli universitati comitatus de Zobolch apud villam Kallo celebrata Ladislaus filius Michaelis de Semien .. proposuit tali modo quod Ladislaus filius Synke de Lider feria sexta proxima ante festum Nativitatis virginis gloriose cuius sexta revolucio preterisset annualis duos boves ipsius duas marcas valentes nocturno tempore super possessione sua Ker vocata subtraxisset, quiquidem Ladizlaus filius Synke in ipsa congregacione nostra non comparuit nec aliquem pro se misit responsalem per predictum Ladislaum de Semien tribus diebus continuis coram nobis legitime expectatus. Datum quarto die congregacionis nostre predicte, loco prenominato, anno domini Millesimo CCC° XX° nono.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije a N. Muzeumban, a Kállay cs. lban. Közli: Tagányi K.

381.

1329. sept. 29. Az egri káptalan előtt Pál bán fiának Istvánnak fia Fábián Hugyaj nevü Szabolcs vármegyei birtokát a nevezett Pál bán fiának Vidnek és társának átengedi.

Nos capitulum ecclesie Agriensis damus pro memoria quod Fabiano filio magistri Stephani filii Pauli quondam bani ab una parte et Wyd filio eiusdem Pauli bani ac Paulo filio

Nicolai ex altera coram nobis personaliter constitutis per eundem Fabianum filium Stephani propositum extitit .. quod quia iidem Wyd et Nicolaus unacum ipso quasdam possessiones ipsorum Feeleghaz et Pagankuth vocatas in comitatu de Zobouch existentes Iwan et Simoni filiis Egidii pro ipso et dicto patre suo pro decem marcis impignorassent pro eo totam porcionem suam et dicti patris sui in possessione Hugey vocata habitam usque ad terminum redemcionis possessionum predictarum per ipsum redimendarum eisdem Wyd et Paulo cum suis utilitatibus et proventibus reliquissent. Datum in festo beati Michaelis archangeli, anno domini M⁰ CCC⁰ XX⁰ nono.

Zárlatán pecséttel; eredetije a N. Muzeumban, a Kállay cs. ltárában. Közli: Tagányi K.

382.

1329. Vácz, oct. 4. A váczi káptalan előtt Thombi Miklós fiai, Gerébi Pethő és Dávid, Kürth és Pestyén nevű birtokaiknak és ezek tartozandóságainak megosztására nézve egyezséget kötnek és a határokat kijelölik.

Nos capitulum ecclesie Waciensis .. ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod nobiles viri et honesti videlicet Petheu de Gyryp et David frater eiusdem filii Nicolai Thombi coram nobis personaliter constituti considerantes quod nihil esset cercius morte et nihil incercius hora mortis nobis concorditer voçe viventi affirmarunt et dixerunt quod usque hodiernum diem quecunque materia iurgionis et conturbacionis inter eos fuisset exorta et diuturnata hec totaliter esset sedata propter communem voluntariam et consensum, racione cuius mutuo se unionis possessiones ipsorum sic partiverunt quod possessio Kyurth vocata cessit ipsi Petheu de Gyrip cum omnibus suis utilitatibus circulares (így) alia vero villa Pessyan nominata dicto David similiter cessit cum utilitatibus, et molendinum quod habent super aquam Ypol si reedificaverint extunc duas porciones tollet Petheu terciariam David iam tactus propter porcionem molendinatoris, sed quia

ipsa possessio Kyurth appellata paucissimam habens silvam et pro refeccione molendini silva omnino sit nihil de silva ideo ex pari voluntate ad ipsius reparacionem hoc modo dimiserunt quendam angulum Sulmoscheg vocatum abhinc itur sursum ad sabulum quod vocatur magnum et inde tendit secus sabulum versus partem meridionalem et pervenit ad viam que flectit se ad locum molendini Nicolai filii Thombi et illam particularem silvam que est a parte aquillonis miserunt dicto molendino ipsorum tali modo quod si ipsum reedificare non possent tunc duas partes lucri ipsius silve sustinebit Petheu terciam autem David tollet, hoc itaque facto super ipsam viam directam ad locum molendini Nicolai oportet assignare silvam possessioni Kyurth vocate que meta transit super eundem sabulum quod vulgariter dicitur homok inde orsum ad partem meridionalem cadit ad tramitem que vadit ad molendinum wayuade ubi est una arbor pomi et deinde tendit ad pirum *bokbyz* nominatum et deinde tendit infra simetrem (így) cuiusdam profunditatis hurim vocate inibidem sunt due mete que distingunt de possessione woyuade Scechian vocate eomodo quod silva que est ex parte Kyurth illam assignaverunt ipsimet possessioni prememorato Petheu et per eum suis heredibus heredumque suorum successoribus perpetuo possidendam illa vero particularis silva que est ex parte Pessian dimissa est eidem prenotato David per eum suis heredibus heredumque suorum successoribus possidendam tali modo quod si aliqua parcium medio tempore sive successivorum temporum mutacione hanc divisionem et concordanciam resiliret et non susceptaret pro bono quinquaginta marcas denariorum vienensium deponet sine parte iudicis ante litis ingressum. Datum Vacie, feria quarta proxima post festum sancti Michaelis archangeli, anno domini M° CCC° vigesimo nono.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije a Tud. Akademia könyvtárában, Darvas Lajos úr ajándékából. Közli: Kovács Nándor.

383.

1329. Arad, oct. 6. Drugeth János nádor az egri káptalan által Batizfi Miklóst Csetneki Miklós részére megidézteti.

.. capitulo ecclesie Agriensis .. Johannes Drugeth palatinus et iudex comanorum. . vestre discrecionis amiciciam requirimus . . quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum coram quo Gabrian de Mellethe vel Donch filius Laurencii de Malah altero absente homo noster citet magistrum Nicolaum filium Batyz contra magistrum Nicolaum filium Benedicti de Chythnuk ad nostram presenciam ad terminum conpetentem, et post hec diem et locum citacionis nomina citatorum et terminum assignatum nobis vestri gracia rescribatis. Datum in Orod, in octava festi sancti Michaelis archangeli, anno domini M° CCC° XX° nono.

Az egri káptalannak 1329. october 25-iki átiratából, mely szerint a káptalan embere Miklós kanonok Mellétei Gábrián nádori ember közbenjöttével oct. 23-án Batyzfi Miklóst »Zalouchaza« nevű birtokán dec. 7-re a nádor elé megidézte. A váczi káptalan jelentése megvan eredetiben az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 1535. 31. dipl. ltár: 2562. Közli Vincze Gábor.

384.

1329. oct. 6. A nagyváradi káptalan előtt Nagy-Semjéni Mihály négy unokája — a Kállay család ősei — birtokaikon megosztoznak.

Nos capitulum ecclesie Waradiensis .. significamus .. quod accedentes ad nostram presenciam Johannes Petrus sacerdos et Stephanus pro se et pro Nicolao fratre suo seminore (így) filii Stephani filii Michaelis nobiles de Nogsemyen viva voce libera ac spontanea voluntate per composicionem et ordinacionem comitis Ywan filii Egydii et magistri Ladizlai filii Michaelis proximorum suorum talem divisionem in universis bonis ipsorum se fecisse sunt confessi, quod universa

bona ipsorum tam in aliabus quam aliis rebus in quatuor partes equales divisissent, una pars Johanni secunda pars Petro sacerdoti tercia Stephano quarta vero Nicolao cessisset, in possessionibus vero paternis similiter talem divisionem se fecisse sunt confessi, primo in villa Semyen fundus Michaelis avi ipsorum cum duobus vicis uno qui protenditur ab illo fundo versus partem orientalem alio qui similiter protenditur ab eodem fundo versus partem septemtrionalem et tres curie in fine eiusdem ville a parte orientali in ius et proprietatem ipsius Johannis cessissent alii vero vici in eadem cum omnibus sessionibus seu curiis in ius et proprietatem predictorum Petri sacerdoti Stephani et Nicolai cessissent communiter possidendi, item in possessione Nopokur vocata talem divisionem se dixerunt fecisse, quod quarta pars a parte ecclesie ipsius possessionis in ius et proprietatem ipsius Johannis cessisset alie vero tres partes eiusdem possessionis prenotatis Petro sacerdoti Stephano et Nicolao cessissent, utilitates vero et omnem usum fructuum aliarum possessionum ipsos contingencium singulis annis in quatuor partes equales asseruerunt se debere dividere quarum utilitatum quarta pars predicto Johanni tres vero partes sepedictis Petro sacerdoti Stephano et Nicolao debentur pleno iure, predictam vero divisionem in possessionibus ipsorum sepedicti Johannes Petrus sacerdos Stephanus et Nicolaus a die datarum presencium usque ad complecionem decimi anni observabunt propter teneram etatem Nicolai fratris ipsorum memorati preter fundum avi ipsorum quem Johanni prenotato dederunt communiter et assignaverunt perpetuo possidendum ita videlicet quod si in ipso decimo anno ipsos possessiones eorum aliter dividere contingat tunc idem Johannes ipsis fratribus suis tres fundos equales ubi ipsi volunt in eadem Semyen tenetur dare et assignare. Datum in octavis beati Michaelis archangeli, anno domini M° CCC° XX° nono.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije a N. Muzeumban, a Kállay cs. lban. Közli: Tagányi K.

385.

1329. Visegrád, oct. 9. Pál országbíró a Boron nevü helységben lévő jobbágyokat a pilisi apátnak járó csöböradó alól itéletileg fölmenti.

Nos comes Paulus iudex curie .. significamus .. quod cum iuxta continenciam priorum litterarum nostrarum composicionalium religiosus vir frater Heem abbas Pilisiensis contra magistrum Paulum carpentarium domini regis in octavis beati Jacobi apostoli .. instrumenta sua quorum vigore chybriones de vineis iobagionum ipsius magistri Pauli in possessione monasterii sui Pilisiensis Boron vocata existentibus pro eodem domino abbate et suo monasterio exigi teneantur coram nobis exhibere debuisset ipsorumque instrumentorum exhibicio volentibus partibus .. ad diem Nativitatis Virginis gloriose prorogata extitisset quo termino adveniente Pernel officialis ipsius domini abbatis Pilisiensis cum procuratoriis litteris eiusdem pro ipso domino abbate Nicolao carpentario pro ipso magistro Paulo carpentario .. astante et ipsa instrumenta exhiberi postulante .. quoddam privilegium Johannis olim palatini annum sue emanacionis non continens nobis demonstrarat in cuius tenore continebatur quod quilibet de suis vineis in terra dicti monasterii Pilisiensis existentibus chybriones vini dare tenerentur, cum autem viso et perlecto tenore dicti privilegii per ipsum Nicolaum carpentarium procuratorem ipsius magistri Pauli carpentarii domini regis de eo utrum de ipsis vineis in dicta possessione Boron vocata habitis chibriones vini pro eodem domino abbate et suo monasterio aliquo tempore exacti fuerint nec ne, nobis dari responsivam diligentissime postulassemus, idem Nicolaus procurator dicti magistri Pauli carpentarii prefatos chybriones vini pro eodem domino abbate Pilisiensi et suo monasterio de prememorata possessione Boron vocata nunquam exactos fuisse allegarat prefatus autem Pernel officialis et procurator memorati domini abbatis ipsos chibriones vini de dicta possessione Boron nominata semper pro ipso domino abbate et suo monasterio

Pilisiensi exactos fore affirmarat, *unde quia in dicto privilegio Johannis quondam palatini annus sue emanacionis non continebatur et ex eo ipsum privilegium ad premissa nobis et regni baronibus insufficiens fore videbatur,* et pro eo utrum dicti chibriones vini de vineis in predicta possessione Boron vocata adiacentibus pro eodem domino abbate et suo monasterio Pilisiensi exacti fuerint vel ne nobis non aliqualis veritas constabat . . capitulo ecclesie Budensis amicabiliter scribentes eorum amiciciam postulavimus eo modo ut hominem eorum . . transmittant quo presente Laurencius dictus Zakalus vel Matheus dictus Farkaswerew . . homo regalis pietatis feria quarta proxima ante festum beati Michaelis archangeli ad faciem prescripte possessionis Boron vocate in qua vinee iobagionum dicti magistri Pauli carpentarii forent situate . . accederet et a vicinis . . de eo utrum de vineis in dicta possessione Boron nominata existentibus chibriones vini pro eodem domino abbate et monasterio eiusdem Pilisiensi exacti fuerint usque modo nec ne, sciret et inquireret omnimodam veritatem et secundum quod veritas eisdem constaret per eosdem de premissis ad sabbatum proximum post festum beati Michaelis archangeli fideliter rescriberent regie maiestati, et cum nos in predicto sabbato post festum beati Michaelis archangeli causas quorumlibet litigancium unacum baronibus et nobilibus regni in statera equitatis iusto deliberacionis moderamine pensaremus prefatus Nicolaus carpentarius pro eodem magistro Paulo carpentario domini regis . . ipso domino Heem abbate Pilisiensi . . astante ad nostram accedens presenciam litteras prelibati capituli Budensis nobis demonstravit in quarum tenoribus vidimus contineri ut cum idem capitulum Budense unacum predicto Matheo dicto Farkaswerev homine regalis pietatis Petrum decanum concanonicum eorum pro testimonio destinasset idem homo regie maiestatis et testimonium dicti capituli Budensis demum . . redeuntes taliter retulissent ut ipsi . . ad faciem predicte possessionis Boron vocate accedendo presentibus dicto domino abbate Pilisiensi et Nicolao procuratore ipsius magistri Pauli a comprovincialibus et vicinis . . talem super premissis scivissent veritatem quod ullo unquam tempore de vineis in dicta possessione Boron vocata habitis fuissent ex-

acti chybriones vini pro domino abbate Pilisiensi vel monasterio eiusdem antedicto . . cum autem ipsum dominum abbatem de eo utrum in contrarium dictarum litterarum capituli Budensis verborum suorum propugnaculo contraire intendat aut ne, ternis vicibus ut nostro de iure congruit officio quesivissemus idem dominus Heem abbas in nullo in contrarium dictarum litterarum se obiecturum fore affirmavit, nos igitur quia prefati chibriones vini de dictis vineis in prelibata possessione Boron vocata habitis pro eodem domino abbate et suo monasterio ex tenore dictarum litterarum inquisicionalium nunquam exacti fuisse reperiebantur idemque dominus abbas eosdem chibriones vini de predictis vineis in possessione Boron vocata situatis pro se et suo monasterio Pilisiensi aliquo tempore exactos fore nec demonstracione efficacissimorum instrumentorum nec aliqua alia evidenti racione potuit comprobare, pro eo unacum baronibus et nobilibus regni nobiscum tribunal iudiciale consedentibus universos iobagiones ipsius magistri Pauli carpentarii domini regis ab exaccione chibriorum vini de vineis in prememorata possessione Boron vocate existentibus pro eodem domino abbate et suo monasterio Pilisiensi facienda auctoritate iudiciaria duximus eximendos . . Datum in Wyssegrad, decimo die sabbati proximi post festum beati Michaelis archangeli prenotatum, anno domini Millesimo CCC° XX° nono.

Függő pecséttel; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. Mon. Pos. 46. 13. dipl. ltár: 2879. Közli: Vincze Gábor·

386.

1329. oct. 18. Hont vármegye ispánja és bírótársai elött Bori Helmes Miklós Bori Pethöt bizonyos birtok zálogbavétele iránt kérdöre vonja.

Nos magister Nicolaus comes Hontensis et quatuor iudices nobilium eiusdem comitatus damus pro memoria, quod cum feria quarta proxima post quindenas beati Michaelis archangeli causam quam Nicolaus dictus Helmes de Bori contra

Petheu de Bori coram nobis habebat, super qua idem Nicolaus respondit contra Petheu quod vellet scire pro quanto frater suus Petrus possessionem ipsorum eidem obligasset, qui quidem litteras conventus se habere super eo affirmavit .. in quibus vidimus contineri quod idem Nicolaus et Petrus terram unius aratri a parte Zamthov tribus marcis usque ad revolucionem unius anni pignori obligasset si redimere non possent cum duplo, econverso idem Nicolaus respondit quod obligacionem per fratrem suum non contradiceret sed ipse solus ipso die in conventu non fuisset, sed secundam que in eodem die fuisset emanata ad presentandam terminum sibi dari postulavit quod ipse ipso die in conventu non fuisset, commisimus ut in quindenis litteram suam cum iudicio coram nobis presentaret, litteram autem (. . . .) petheu sigillando. Datum termino predicto, anno domini M° CCC° XX° nono.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije a Bory cs. lban. Közli: Kovács N.

387.

1329. Visegrád, oct. 20. Pál országbíró bizonyítja, hogy Gyula fia Gergely az iránt, hogy Bugud fiát Bugudot az elött 13 évvel Trencséni Csák Máténál be nem vádolta, az esküt letette.

Nos comes Paulus iudex curie domini regis damus pro memoria, quod cum iuxta continenciam priorum litterarum nostrarum modum et formam iudicii nostri exprimencium magister Gregorius filius Iule vicesimo quinto se nobilibus in octavis beati Michaelis archangeli in conventu cruciferorum domus hospitalis sancti regis Stephani de Strigonio contra Bugud filium Bugud super eo quod feria quarta proxima ante festum beati Andree apostoli cuius tredecima revolucio annualis iam preteriisset prefatus Iula pater suus ipsum Bugud filium Bugud in observacione fidelitatis sacre corone et regie maiestati debite ad dominum regem venire volentem Matheo filio Petri de Trinchinio infideli domini regis et regni tunc

domino suo non accussaverit nec per suam accusacionem idem Matheus ipsum captivari et ex. ecari fecerit, sacramentum prestare seriemque ipsius iuramenti octavo die in litteris eiusdem partes nobis reportare debuissent, ipso termino adveniente Milech serviens ipsius magistri Gregorii in persona eiusdem Gregorii domini sui cum procuratoriis litteris conventus monasterii sancti Benedicti de iuxta Groon ad nostram accedendo presenciam litteras dicti conventus sancti regis Stephani de Strigonio nobis demonstravit in quarum tenoribus ipsum iuramentum per eundem Gregorium filium Iule cum suis coniuratoribus super premissis suo modo depositum comperimus extitisse, racione quorum omnium eundem reddidimus expeditum. Datum in Wyssegrad, octavo die reportacionis seriei prenotate, anno domini Millesimo CCC° XX° nono.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 1746. 50. dipl. ltár: 2569. Közli: Vincze Gábor.

388.

1329. oct. 25. A szepesi káptalan I. Károly királynak a Sáros-Újvár megyei Haság birtokról szóló 1322. jan. 23-án kelt oklevelét Synkafi Pethő kérésére hiteles átiratban kiadja.

Nos capitulum ecclesie beati Martini de Scepus .. significamus .. quod Pethev filius quondam Synka .. exhibuit nobis litteras patentes Karuli . . regis . . nos petens . . ut easdem . . rescribi faceremus . . quarum quidem litterarum tenor talis est: Nos Karolus rex . . significamus .. quod Petrus dictus Churba filius magistri Synka coram nobis personaliter constitutus quandam terram suam seu possessionem Hasaagh vocatam *in comitatu Sarosuywar* existentem propter consangvinitatem et fideli fraternitate Petheu filii Synka proximi sui prout pater ipsius Petri magister Synka antedictus mediantibus litteris capituli ecclesie Scepusiensis eidem Petheu contulerat dedit et contulit ac donavit ipsi Petheu .. iure perpetuo possidendam .. sub antiquis metis et terminis ex nostra permissione. Datum in Themeswar sabbato

proximo post quindenas Epiphanie domini, anno eiusdem M° CCC° XX° secundo. Nos itaque easdem litteras presentibus inseri fecimus. Datum feria quarta proxima ante festum beati Demetrii martiris, anno domini M° CCC° XX° nono.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije a N. Muzeumban. Közli: Tagányi K.

389.

1329. nov. 8. Az egri káptalan Pál országbíró parancsára Izsépi János fiait Mátét és Lukácsot, Arács nevü birtokba beiktatja.

Nos capitulum ecclesie Agriensis . . declaramus . . quod cum iuxta tenorem litterarum comitis Pauli iudicis curie . . cum Nicolao filio Johannis de Banouch pro homine . . domini regis . . deputato . . Thomam sacerdotem de villa Paris, in quorum presencia Blasius filius Michaelis de Rakolch cum Johanne filio Markalphi et Donch filio Blasii suis coniuratoribus ad faciem possessionis Araach vocate . . in octavis diei Strennarum accedere et cum suo iuramento secundum regni consvetudinem terminos et distincciones graminales ac signa . . ostendere et novarum metarum ereccione . . Matheo et Lukachio filiis Johannis de Iseeph deum pre oculis habendo perpetuo statuere debuisset, pro testimonio transmisissemus, demum idem Nicolaus de Banouch cum eodem Thoma sacerdote homine nostro . . retulerunt quod prefatus Blasius filius Michaelis cum dictis suis coniuratoribus coram ipsis in predictis octavis Strennarum ad faciem memorate possessionis Araach vocate accedendo convocatis vicinis undique et presentibus ipsam possessionem cum deposicione sui iuramenti et suorum coniuratorum sub metis et signis infra declarandis sub quibus eadem per ipsum et per suos predecessores possessa extitisset ab aliis possessionibus vicinariis novarum eciam ereccione metarum separando eisdem Matheo et Lukachio filiis Johannis statuisset perpetuo possidendam . . cursus vero metarum . . est talis, quod primo egre-

ditur a parte occidentali a medio cuiusdam fluvii Lyka vocati ab uno rubeto egur vocato et eundo versus orientem iuxta portum eiusdem fluvii venit ad unam metam terream de novo erectam, et abhinc eundo versus eandem partem venit ad unam arborem populeam sub qua est similiter meta terrea, et contra eandem partem vadit et cadit in quendam rivulum Kurthweluspathak vocatum in quo adhuc contra orientem transit ad duas metas terreas iuxta eundem rivulum a parte superiori ville Kurthwelus vocate positas et erectas a quibus versus eandem plagam iuxta fossatum et meatum cuiusdam rivuli vadit ad caput eiusdem rivuli ubi sunt due mete terree, deinde contra eandem partem transit quoddam berch et venit ad caput cuiusdam rivuli Bykpathak vocati ubi sunt due mete terree de quibus adhuc contra orientem transit unum berch et iungit quandam magnam viam que ducit in castrum Barkou vocatum et in eadem via reflectitur versus meridiem et venit ad unam arborem ilicis iuxta eandem viam existentem meta terrea circumfusam et abhinc regirat contra occidentem et venit ad caput cuiusdam rivuli Araachpataka vocati ubi sunt due mete terree de novo erecte et in eodem rivulo satis per largum spacium eundo venit ad duas metas terreas a quibus versus eandem plagam occidentalem transcurrendo venit ad unam silvam iuxta quam sub quadam arbore zylfa vocata est una meta terrea, et deinde transeundo eandem silvam adhuc contra occidentem venit ad predictum fluvium Lyka iuxta quam sub quadam arbore ilicis sunt due mete terree et in medio eiusdem fluvii ascendit et redit ad primum locum ubi inceperat et ibi terminatur. Datum in octavis festi Omnium Sanctorum, anno domini Millesimo trecentesimo vicesimo nono.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 939. 3. dipl. ltár: 2564. Közli: Nagy Gyula.

390.

1329. nov. 14. Fehérvár város bírája és esküdt társai a Hectorfi Miklós fia Mokch és Nekkel comes özvegye között egy telek iránt fönforgott ügyben határoznak.

Nos comes Markus iudex castri Albensis duodecim iurati et universi cives eiusdem castri significamus, quod Mokch filius Nicolai filii Hectoris concivis noster una cum Nicolao filio Johannis filio fratris sui ab una parte, domina relicta comitis Nekkel cum Konya filio suo ex altera coram nobis personaliter constituti idem Mokch cum Nicolao fratre suo in figura iudicii contra dominam relictam comitis Nekkel proposuerunt in hunc modum, quod post redemcionem fundi curie ipsorum qui apud ipsam dominam et filios suos pignori fuerat obligata quem fundum cum omnibus suis utilitatibus idem Nicolaus filius Johannis cum ceteris fratribus suis comiti Mokch fratri ipsorum communiter vendiderant, eadem domina relicta comitis Nekkel ipsi Mokch et homini suo prout in iudicio sibi commissum fuerat reddere et restituere non curasset in sui iniuriam atque damnum, ex qua quidem dilacione et non restitucione possessionis sue predicte damnum decem marcarum in expensis ex facto eiusdem domine idem Mokch habuisset et haberet, ex adverso eadem domina relicta comitis Nekkel nullum damnum nullumque impedimentum ex parte sui eidem Mokch evenisse respondit pro eo quod nec ipsum Mokch neque hominem ipsius ab ipsa domo ipsius nec prohibuisset neque exclusisset sed ipsa domina sicut tunc ita et nunc in ipsa possessione manere tam sue persone proprie quam aliis quibuscunque vellet dandi et conferendi ex parte sui liberam concessisset facultatem; unde nos cum tota universitate nostra adiudicantes decrevimus ut ipse Mokch sive personaliter si manere voluerit sive aliis conferre et impignorare ipsam possessionem liberam habeat facultatem. Datum quarto die post festum beati Martini confessoris, anno domini M° CCC° vicesimo nono.

Hátlapján három pecsét nyomaival; eredetije a N. Muzeumban. Közli: Tagányi K.

391.

1329. nov. 18. A boszniai káptalan I. Károly királynak jelenti, hogy Izsépi János fia István részére Márton bán fiát Miklóst Bogdánfalván megidéztette.

Karolo . . regi . . capitulum ecclesie Boznensis . . receptis litteris comitis Pauli iudicis curie vestre . . cum Ladislao filio Demetrii homine vestro . . Fabianum sacerdotem chori nostri ad citandum Nicolaum filium Martini bani transmisimus qui . . concorditer retulerunt quod ipsi feria quarta proxima ante festum beati Martini confessoris . . eundem Nicolaum filium Martini bani in villa sua Bogdanfalva vocata contra Stephanum filium Johannis filii Isyp citassent . . Datum in octavis beati Martini confessoris, anno domini M° CCC° XX° nono.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije Keszthelyen, a gr. Festetics cs. lban. Ignota Miscellanea: 31.

392.

1329. nov. 21. I. Károly király Dethlyn comes pannonhegyi várnagy kérésére Dorog és Páznán birtokokról 1329. máj. 6-án és 24-én kelt és föntebb 353. és 357. sz. a. közölt okleveleket átírja és megerősíti.

Karolus rex . . ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod comes Dethlinus castellanus castri sancti Martini de sacro monte Pannonie vir dilectus nobis et fidelis . . exhibuit nobis duo paria privilegiorum honorabilis capituli ecclesie Jauriensis tenorum infrascriptorum, unum quidem factum super quadam terra seu possessione Durugh vocata in comitatu Jauriensi existente a Dominico filio Johannis filii Primus et Ivanka fratre suo uterino de Bathyan precio comparata per Lanch filium Pauli quondam nobilem de Gewd memorato Johanni de Bathyan olim data et donata continens,

aliud scilicet par super possessione Paznan nuncupata in comitatu Jauriensi existente a Johanne dicto Feyes filio Michaelis similiter Feyes filio suo de Rede simul cum ecclesia in honorem beati Emerici confessoris in eadem constituta.. similiter empcionis titulo continens a magistro Petro et Stephano filiis Stephani filii Marci racione concambii porcionis eiusdem Johannis possessionibus in castro Cesnek mediante privilegio honorabilis capituli ecclesie Albensis .. olim eidem Johanni tradita data et donata emanatum, proponendoque et declarando nostro nomine fidelium serviciorum suorum genera nobis ab antiquo laudabiliter impensa humili precum instancia nobis devote supplicare curavit quatenus dicta privilegia possessionarias emciones et comparaciones premissas in eisdem contentas ratas gratas et acceptas habentes nostris privilegialibus litteris confirmare dignaremur; quorum primi tenor talis est: Capitulum Jauriensis ecclesie.. stb. (l. föntebb 357. sz. a.) Tenor secundi scilicet super possessione Paznan predicta similiter talis: Capitulum Jauriensis ecclesie.. stb. (l. föntebb 353. sz. a.) Unde nos memorati comitis Dethylini fidelis nostri devotis supplicacionibus benignius inclinati, eas iuri consonas et admissione dignas memori mente recolentes serviciorum fidelium ipsius merita quibus ab olim tam nobis simpliciter quam in persona venerabilis in Christo patris domini et fratris Nicolai abbatis sancti Martini de sacro monte Pannonie predilecti et familiaris nostri multipliciter et multifarie cum eximie fidelitatis fervida sedulitate fere ab evo suo puerili explere studuit de nostra regia benignitate recensentes, dictarum possessionum Durugh et Paznan emcionem et vendicionem ratam gratam et acceptam habentes dicta paria privilegiorum de consilio prelatorum et baronum nostrorum acceptamus ratificamus approbamus et in perpetuum presentis scripti nostri privilegialis patrocinio valere confirmamus. Datum per manus venerabilis viri magistri Andree prepositi ecclesie Albensis aule nostre vicecancellarii, anno domini Millesimo trecentesimo vigesimo nono, regni autem nostri anno similiter vigesimo nono, undecimo kalendas Decembris, venerabilibus patribus vacante ecclesia Strigoniensi fratre Ladislao archiepiscopo Colocensi aule nostre cancellario, Ladislao Quinqueecclesiensi, Nicolao Jauriensi, Be-

nedicto Chanadiensi, Henrico Vesprimiensi aule domine regine .. cancellario, Georgio Sirmiensi, fratre Petro Boznensi, Chanadino Agriensi, Meskone Nitriensi, Andrea Transilvano, Ladislao Zagrabiensi et fratre Rudopho Vaciensi ecclesiarum episcopis .. magnificis viris Johanne palatino, Paulo filio Simonis iudice curie nostre, Demetrio magistro thavernicorum nostrorum, Thoma voyvoda Transilvanie et comite de Zonuk, Mykch bano tocius Sclavonie, Johanne filio Logreti Bano de Machou, Johanne filio Babanik magistro thavarnicorum domine regine .. Deseu iudice curie eiusdem domine regine, Dionisio dapiferorum nostrorum et Stephano agasonum nostrorum magistris, Nicolao comite Posoniensi.

Kék-piros selyem szalagon függő pecséttel; eredetije a pannonhegyi apátság ltban, Capsa 9. C. Közli: Stachovics Remig.

393.

1329. nov. 23. A györi káptalan I. Károly királynak 1329. aug. 13-án kelt föntebb 371. sz. a. közölt rendeletét átírván a margitszigeti apáczák és a petényi nemesek között fönforgott ügyben való eljárásról jelentését így folytatja:

Nos igitur cum prefato Nicolao de Zazy homine vestro magistrum Nicolaum socium et concanonicum nostrum pro testimonio ad premissa exequenda duximus destinandum, qui recitarunt quod cum de voluntate parcium feria tercia proxima post octavas beati Martini confessoris in prefata possessione Pethen idem arbitrium fieri debuissset et se arbitrio nobilium virorum videlicet Andree filii Penchul de possessione Churle, item Salamonis filii de Karcha, item Stephani filii Seraphyn et Benedicti filii Hegun de eadem, item Johannis plebani de Zeredahel, item Johannis filii Jacobi de Zazy submisissent, iidem arbitri arbitrari non potuissent congrue inter eos, sed prefati nobiles de Pethen viginti iugera terrarum arabilium et de feneto ad viginti falcastra sufficiencia cum terris campestribus competentibus pascuis voluissent assignare sanctimonialibus dominabus de Insula Leporum non ultra, sed quia

Dominicus procurator et officialis earumdem dominarum ad plenum requirebat tam in terris arabilibus quam in aliis quibuslibet sibi dari et assignari in personis ipsarum dominarum de tam modica assignacione non contentus arbitrium huiusmodi non assumsit, regie maiestatis gracie se et easdem dominas submittendo. Datum tercio die arbitrii prenotati, anno superius annotato.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. Mon. Pos. 22. 1. dipl. ltár: 2556. Közli: Vincze Gábor.

394.

1329. dec. 20. A budai káptalan előtt Henchfi János Veszprém és Tolna vármegyei birtokait Ozorai András fia Miklós Tolna vármegyei birtokaiért elcseréli.

Capitulum Budensis ecclesie . . ad universorum . . noticiam volumus pervenire, quod vir magnificus magister Johannes filius comitis Hench rector castri Novi Montis Pestiensis ab una parte item magister Nicolaus filius Andree de Azara ex altera . . in possessionibus ipsorum inferius exprimendis tale concambium seu permutacionem confessi sunt inter se ordinasse et fecisse, quod prefatus magister Johannes quasdam possessiones suas Kaarnar circa fluvium Foksaar in comitatu Wesprimiensi et Kuzepfalu vocatas in comitatu Tolnensi existentes titulo emcionis ad ipsum devolutas, item terciam possessionem suam Deegh vocatam similiter in comitatu Wesprimiensi predicto situatam a regia maiestate pro suis serviciis et fidelitatibus habitam et obtentam dedisset . . eidem magistro Nicolao filio Andree perpetuo . . possidendas . . Et e converso dictus magister Nicolaus quasdam possessiones suas Zenthpeter, Wyfalu, Kuchemleuhele et Louazscekul vocatas hereditarias in comitatu Tolnensi existentes . . eidem magistro Johanni . . dedisset et assignasset . . obligacione nihilominus huiusmodi mediante, quod si processu temporum aliquis ipsorum in predictis possessionibus defectum haberet vel retinere aut possidere non posset extunc dictum defectum alter alteri

ipsorum liberare tenebitur, vel si non posset aut non curaret tunc possessionem impeditam eandem reddet et restituet, quod si reddere vel restituere non posset iuxta arbitrium et estimacionem proborum virorum de aliis possessionibus suis equi valoris supplere et dare tenebitur, ad quod se spontanea obligarunt voluntate . . Datum per manus discreti viri magistri Ladislai lectoris ecclesie nostre, in vigilia beati Thome apostoli, anno domini Millesimo CCC° XX° nono, magistro Petro cantore, Jacobo custode, magistro Posonio, Petro condam decano, Petro Siculo et altero Petro Waciensi, Dominico et Johanne sacerdote, Johanne et altero Johanne magistris ac Jacobo magistro ceterisque canonicis existentibus.

A budai káptalannak 1377. febr. 16-ikán Telman Miklós budai polgár kérelmére kiállított átiratából, melynek eredetije megvan az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 1507. 21. dipl. ltár: 2570. Közli: Vincze Gábor.

395.

1329. dec. 29. A nyitrai káptalan bizonyítja, hogy Zegy Jakab Zegy Jánostól az ennek zálogba adott két birtokot a kitűzött határnapon ki nem váltotta.

Nos capitulum ecclesie Nitriensis damus pro memoria, quod cum secundum continenciam priorum litterarum nostrarum patencium memorialium nobilis vir comes Jacobus filius Buken de Zeeg quasdam possessiones suas seu terras, unam videlicet Zomola vocatam cum duabus silvis videlicet una Waroubereky et alia Dedacherdei vocatis, item aliam Hygfalateleke vocatam . . a magistro Johanne filio Petri de eadem pro decem marcis denariorum wiennensium sub pena dupli in festo Nativitatis Christi et diebus suis subsequentibus redimere debuisset, ipso termino adveniente dictus comes Jacobus neque venit neque misit ad redimendum dictas possessiones magistro Johanne legitime quatuor diebus coram nobis expectante. Datum quinto die termini prenotati, anno domini M° CCC° XX°. nono.

A nyitrai káptalan 1335-ki átiratából, mint föntebb 229. sz. a.

396.

1329. Az egri káptalan előtt a Boksa nemzetségbeliek ősi örökölt birtokaikon megosztoznak.

. . capitulum ecclesie Agriensis . . ad universorum noticiam . . volumus pervenire, quod magister Ladislaus filius Thome filii Simonis pro se et pro Thoma, Michaele et Ladislao filiis suis, item magister Donch filius eiusdem Thome similiter pro se et pro Ladislao ac Nicolao filiis suis, item magister Nicolaus filius Boxa filii eiusdem Simonis pro se et pro Lipoldo ac Nicolao filiis suis, item magister Cozma filius Franchyk filii eiusdem Boxa pro se et pro Petro Georgio Blasio et Nicolao fratribus suis uterinis, item magister Gregorius filius Dionisii filii eiusdem Simonis pro se et pro Demetrio Dionisio ac Ladislao similiter filiis suis, item Nicolaus filius Detrici filii dicti Simonis pro se et pro Petro Georgio et Andrea filiis suis, item magister Thomas filius Simonis filii sepedicti Simonis pro se et pro Johanne Moroch et Simone filiis suis . . proposuerunt . . quod exceptis possessionibus ipsorum emticiis et possessionibus per eosdem vel per patres eorum ubicunque vel quandocunque aquisitis, in omnibus aliis possessionibus ipsorum pari voluntate et communi consensu talem inter se fecissent divisionem quod possessiones Ezen in qua ecclesia lapidea in honore beatissimi Ladislai regis est fundata, item Oghteluk in comitatu Zobouch existentes cum earum utilitatibus omnibus videlicet terris arabilibus silvis pratis fluviis et molendinis item sexta pars ville Zeech ac villa Wysnow et Pernow in comitatu Zemlyn situate pertinentes ad castrum Porostyan similiter cum utilitatibus preter silvam ipsarum item Keth-Bozza in eodem comitatu Zemlyn cum earum utilitatibus omnibus cessissent predictis Ladislao et Donch magistris filiis Thome ac eorum heredibus iure perpetuo possidende et habende, item possessiones Keth-Zeredahel scilicet superior et inferior in qua est ecclesia in honore sancti Petri apostoli fundata, item Berechk Zeech et Bechkud inter fluvios Ticie et Bodrugh in comitatu de Zemlyn existentes cum utili-

tatibus earum universis ac sexta pars ville Zeech nec non Kis Technad in eodem comitatu de Zemlyen existentes cum omnibus utilitatibus preter silvam cum uno fundo molendini Chobok Molnahely vocato super fluvio Torna situato cessissent predicto magistro Nicolao filio Boxa et filiis Franchyk . . item possessiones Woyda, Honky, Agolch vocate inter dictos fluvios Tycie et Bodrugh in supra dicto comitatu de Zemlyen existentes cum omnibus utilitatibus suis, item Kenchech Andreashaza et Kis Bachkow similiter ad castrum Porosthyan pertinentes cum universis utilitatibus suis preter silvam, in eodem comitatu Zemlyn situate, item Kethzayla prope castrum Syrok in comitatu Hewes existentes similiter cum utilitatibus ipsarum cessissent Gregorio filio Dionisii . . item possessiones Zek inter prefatos fluvios Tycia et Bodrugh in comitatu Zemlyn existens cum suis utilitatibus omnibus, item due partes Zeech, item Kohan, Gerenda, Zebeknew, Horwathpalhaza et Wysnow ad predictum castrum Porostyan pertinentes cum utilitatibus earum omnibus preter silvam remansissent Nicolao et Stephano magistris filiis Detrici supradictis . . item possessiones Struthe Choop et Rath in comitatu de Vngh existentes cum universis utilitatibus earundem et cum sexta parte sepedicte ville Zeech et Kereple in comitatu de Zemlyn similiter ad castrum Porostyan pertinentes cum utilitatibus suis universis preter silvam cessissent magistro Thome filio Simonis et suis heredibus perpetuo iure perennali et irrevocabiliter possidende et habende; silvas vero predictarum villarum Zeech, Kohan, Gerenda, Zebekneu, Horvatpalhaza, Nog Visnow, Nog Backow, Kis Bachkow, Nogh Tehna, Kis Tehna, Kenchench, Andreashaza, Albun, item Eghazas Vysnow, Kis Visnod, Polanka et Pernou reliquissent . . communiter . . possidendas . . obligarunt sese invicem partes predicte ac eorum heredes universos ab omnibus racione possessionum predictarum in predicta divisione habitarum impetere nitentibus defendere et expedire laboribus suis propriis et expensis ita videlicet quod si aliquos ex ipsis super aliquem vel aliquos ex ipsis super aliqua vel aliquibus possessionibus in prelibata divisione ad ipsum vel ad ipsos devolutis ordine iuris recaptivari aut culpis suis non exigentibus potencialiter auferri con-

tingeret, mutua vicissitudine eam vel eas defendere, aut de suis porcionibus propriis equivalentem vel equivalentes sibi dare tenerentur; de possessionibus autem Cherney vocatis in comitatu de Zemlyn quam communiter pignori obligarant, item Keeth Thomassy vocatas in comitatu de Scepus existentes et alias in toto regno Hungarie ubicunque existentes pariter reinvenire et reinventas inter se equaliter dividere tenerentur, super patronatu autem ecclesie sancte crucis de Lelez taliter inter se uniformiter retulerunt concordasse, quod dictus patronatus eiusdem ecclesie sancte crucis de Lelez in omnibus villis suis preter villam Eghazas Kapus in qua totum ius patronatus preter id quod in aliis villis ecclesie communiter haberent cum eisdem Donch et Ladislao filiis Thome fratribus ipsorum senioribus et suis heredibus communiter reliquissent et coram nobis reliquerunt iure perpetuo obtinendum salvis tamen iuribus dicte ecclesie sancte crucis de Lelez et prepositi eiusdem . . presentibus tamen Petro preposito, Nicolao lectore, Martino cantore, Johanne custode dominis, Dominico de Wyuar, Laurencio de Kemey, Petro de Zemlyn, David de Zoboach, Stephano de Heves, Johanne de Borsod, Johanne de Ungh archidiaconis et aliis multis, anno domini M° CCC° XX° nono, regnante Karolo illustri rege Hungarie, Nicolao archyelecto metropolitice sedis Strigoniensis, Ladislao archiepiscopo Colocensi et domino nostro venerabili patre Chanadino dei gracia episcopo Agriensi existente.

Függő pecséttel, alól cyrographummal: eredetije a N. Muzeumban a Nagy István-féle gyüjteményben. Fejér is közli i. m. VIII. 2. 261—265. ll. állítólag az egri káptalan levéltárában őrzött eredeti példány után. Fejér közlésében sok lévén a hiba, de általa az évszám is tévesen 1320-ra tétetvén, az oklevél újabb közlését szükségesnek tartottuk, annál inkább, mert az osztozó rokonokban az alábbi családfa szerint több hazánkban szerepelt nevezetes családok őseire ismerünk. A családnak 1355-ben élt tagjait megtalálhatja a szíves olvasó Miklós nádornak a Zichy Codex II-ik kötete 633. lapján közölt ítéletlevelében.

- Simon
  - Tamás
    - László
      - Tamás, Mihály, László — az eszenyi Chapi cs. ősei
    - Donch
      - László
      - Miklós
  - Boxa
    - Miklós
      - Lipold, Miklós — a Zerdahelyi cs. ősei
    - Franchyk
      - Péter
      - Kozma
      - György
      - Balázs
      - Miklós
  - Denes
    - Gergely
      - Demeter a Bocskai cs. őse
      - Dénes
      - László az Ágocsi cs. őse
  - Detre
    - Miklós
      - Péter
      - György
      - András
    - István a Gál-szécsi cs. őse.
  - Simon
    - Tamás
      - János a Zrittei cs. őse
      - Moroch
      - Simon.

Nem találjuk az osztálylevélben és így a családfán sem Simonnak György és Demeter nevű fiait; György Nagy Iván »Magyarország Családai« czimű munkája szerint 10. köt. 305. l., a Sóvári Soós cs. őse, Demeter pedig a Kövesdi cs. őse volt; a szóhagyomány azt tartja, hogy Simon a család őse, Miczbán melléknéven hivatott, okleveleinkben azonban ezen melléknév nyomára nem találunk; a XIV. század első felében élt Mychk bán alatt ugyanis nem érthetjük Simon Micbánt, mert az nem a Boksa, hanem az Ákos nemből való volt és sokkal később élt, mint a szóhagyomány Micbánja.

397.

1329. Pál országbiró Sárfő-Hetes birtokot Gebech mesternek oda ítéli.

Thomas et Laurencius filii Gebech, Nicolaus et Petrus filii Lew ad nostram accedentes presenciam quasdam litteras nostras patentes anno domini M^{0} CCC^{0} vigesimo nono confectas presentarunt in quibus palam vidimus contineri, quod sepedictus Gebech super facto . . odwornicalis possessionis Sarfeuhetys vocate instrumenta exhibiturus patentes litteras . . excellentissimi principis domini nostri regis nostro iudiciario examini presentasset, in quarum tenoribus regie benignitatis clemencia que fidelitates et serviciorum merita digne retribucionis bravio solet compensare multiplices sudorosos labores prescripti magistri Gebech summe fidelitatis studio expositos advertens ipsam possessionem odwornicalem circa Hetys habitam Sarfeuhetys vocatam nove sue donacionis titulo sibi et suis fratribus heredum suorum per heredes contulisset possidendam imo et nos eadem regali magnitudine collacionem suam predictam non revocante sed approbante ac confirmante et ex predicto sue donacionis titulo ipsi magistro Gebech pacifice possidere relinquente ipsam eidem heredumque suorum per heredes iudiciaria auctoritate possidendam adiudicassemus.

Pál országbírónak 1335. május 18-iki ítéletleveléből, melynek eredetije megvan az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 394. 22. dipl. lt. 2880. Közli: Vincze Gábor.

398.

1329. Az egri káptalan előtt Vodas Péter fia Beke, Buják nevű Sáros vármegyei birtok egy részét Jánosnak mint közel való rokonának adományozza.

Anno domini M^{0} CCC^{0} vigesimo nono. Magistro Beke filio Petri dicti Vodas ex una, parte vero ex altera Johanne

filio Martini filii Perbardi proximo et servienti eiusdem Beke coram . . capitulo ecclesie Agriensis personaliter constitutis idem magister Beke proposuisset viva voce, quod quia idem Johannes sibi in linea proximitatis attinens a primevo tempore sue etatis servicia fidelissima sibi impendisset, unam particulam terre de terra sua Boyak vocata in districtu de Sarus existentis ad quatuor aratra sufficientem a parte ville Berky vocate cum omnibus suis utilitatibus eidem Johanni in recompensacionem suorum serviciorum et ob specialem proximitatis dileccionem dedisset et contulisset.

László opuliai herczeg nádornak 1339. január 20-ikán kelt és egyfelől Márton fia János neje Katalin-, másfelől Vychezy Lőrinczné között fönforgott perben hozott itéletéből, melynek eredetije megvan az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 1540. 74. dipl. lt. 5718. Közli: Vincze Gábor.

399.

1330. Buda, jan. 12. Drugeth János nádor bizonyságlevele arról, hogy Németh Lukácsnak a Zemplén vármegyei Ond birtokot Uzafi Jakab visszabocsátotta.

Nos Johannes Drugetter palatinus . . significamus . . universis . . quod cum in congregacione nostra generali feria secunda proxima post festum beati Bartholomei apostoli cum universis nobilibus Zemlyn et Vng comitatuum apud villam Pathak celebrata Jacobus filius Vza de predicto comitatu Zemlyniensi magistrum Lucachium dictum Nemeth in causam racione possessionis Ond vocate in sepedicto comitatu Zemlyn existentis attraxisset, proponendo quod predictus magister Lucachius ipsum Jacobum filium Vza anno duodecimo iam transacto de omnibus possessionibns eiusdem exclusisset et postmodum ad quandam possessionem suam Tholchua vocatam introducendo ipsum Jacobum captivasset et in suis vinculis detinendo ad vendendum per diversas minas et penas possessionem eiusdem Ond vocatam compulisset quam possessionem dicto magistro Lucachio non voluntarie sed invitus vendidisset; Emericusque filius Olyverii cum procuratoriis

litteris capituli ecclesie Agriensis antedicti pro magistro Lucachio prescripto ipsam possessionem Ond a prefato Jacobo filio Vza rite et legitime emcionis titulo comparasse et super hoc instrumenta . . capituli Agriensis ipsum Lucachium habere astruxisset coram nobis, et eadem causa . . ad octavas Strennarum . . ad exhibicionem instrumentorum predictorum per magistrum Lucachium . . prorogata extitisset; adveniente ipso termino dicto Jacobo filio Vza de Tholchua pro se personaliter et pro Emerico fratre suo uterino ut dixit ab una parte et sepedicto magisto Lucachio ex altera coram nobis personaliter constitutis propositum extitit per eosdem . . quod super omnibus causis . . suis quas idem Jacobus filius Vza in facto dicte possessionis Ond moverat coram nobis . . ad talem pacis et concordie devenissent unionem, quod idem magister Jacobus suo ac nomine prelibati Emerici fratris sui prefatam possessionem Ond eidem magistro Lucachio et suis heredibus cum universis utilitatibus suis et pertinenciis sub eisdem metis et limitacionibus quibus per ipsos et suos predecessores eadem possessa extiterat prout in dictis privilegialibus litteris capituli memorati vidissemus super dicta possessione Ond et eiusdem vendicione et tradicione confectis contineri, nullum ius dominii seu proprii pro se reservando perpetuo et irrevocabiliter possidendam et habendam; universas litteras suas . . cassatas et frivolas . . relinquendo, obligando se idem Jacobus et dictum Emericum fratrem suum quod quandocunque tempore progressivo aliquis ipsorum vel suorum successorum . . ipsam possessionem recaptivaret gravamina in predicto privilegio inserta incurreret ipso facto et insuper tanquam in duello succubuisse haberentur contra magistrum Lucachium et successores eiusdem. Itaque nos huiusmodi composicionem transaccionem et dicte possessionis Ond perpetuacionem per ipsos filios Vza factam predicto magistro Lucachio et suis heredibus approbantes . . auctoritate iudiciaria presentis scripti patrocinio perpetuo confirmamus sine preiudicio iuris alieni . . Datum Bude, pridie idus Januarii, anno domini Millesimo trecentesimo tricesimo.

Függő pecsét helyével; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 1535. 33. dipl. ltár: 2576. Közli: Vincze Gábor.

400.

1330. Visegrád, jan. 16. Pál országbíró Tamás fiának Dancsnak és társainak Sós Péter ellen való ügyét elhalasztja.

Nos comes Paulus iudex curie . . damus pro memoria, quod causam quam Donch filius Thome et Ladislaus frater suus mortuo ipso Thomas filius Ladislai ac domina Margareta relicta Ogh . . contra Petrum dictum Sos . . in octavis Strennarum movere habebant . . ad diem medii Quadragesime . . duximus prorogandam. Datum in Alto Castro, nono die termini prenotati, anno domini M° CCC° tricesimo.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije a N. Muzeumban, a Sóvári Soós cs. lban.

401.

1330. Eger, jan. 17. Csanád egri püspök azon kérdés eldöntése végett, vajjon Bodun comes leányának az atyai birtokokból Kompoltfi Pál fia Imre által a leánynegyed természetben vagy becsértékben adandó-e ki?, a feleket a kir. curiára utasítja.

Nos Chanadynus . . episcopus Agriensis damus pro memoria, quod cum secundum formam literarum memorialium magistri Petri archidiaconi de Sombon generalis vicarii nostri magister Emiricus filius Pauli filii Kompoldi in octavis Epiphanie . . contra nobilem dominam quondam consortem magistri Ladislai filii Thome filiam scilicet comitis Bodun coram nobis comparere debuisset, ipso termino adveniente Nicolaus filius Johannis . . pro eadem domina . . et idem magister Emiricus filius Pauli . . coram nobis constituti, idem Johannes . . in figura iudicii egit in hunc modum, quod eadem domina de quatuor possessionibus videlicet Gyrke Gyrgy Buken et Jan vocatis quondam possessionibus predicti comitis Bodun . . quas scilicet possessiones nunc per regiam collacionem idem magister Emiricus pro suis fidelibus serviciis

possideret, quartam requireret iuxta regni consvetudinem approbatam, quo audito idem magister Emiricus respondit quod ipsas possessiones . . nunc possideret et iuxta regni consvetudinem iusto modo estimando quartam partem ipsius domine rebus promtis redimeret et estimacionibus, et quia idem procurator ipsius domine pro ipsa quarta res promtas seu estimaciones nisi de eisdem possessionibus coram nobis accipere non assumsit inde eciam nos ne contrarium facere videamur consvetudini regni Hungarie ac novas invenciones approbare et consvetudini preferre videamur una cum capitulo ecclesie nostre adiudicantes transmisimus de parcium voluntate quod dicte partes in octavis beati Georgii martiris iam venturis coram domino rege vel iudice curie eiusdem compareant ut idem dominus rex vel iudex sue curie una cum baronibus et aliis nobilibus inter partes discuciant utrum eadem domina de ipsis possessionibus in specie possit quartam habere vel idem magister Emericus cum rebus promtis et estimacionibus possit ad se redimere, in literis ipsius domini regis vel iudicis eedem partes facti seriem in octavis Penthecostes subsequentibus nobis reportabunt et tunc nos visis ipsis literis ipsis partibus finem debitum faciemus. Datum Agrie, quinto die termini supradicti, anno domini M° CCC° tricesimo.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije a N. Muzeumban, a Sóvári Soós cs. lban.

402.

1330. Vizsoly, jan. 27. Drugeth Vilmos albirája Miklós előtt Csoltói Mihály az atyja által Ardói Miklósnak zálogba adott birtokra nézve a kiváltás határidejét meghosszabbítja.

Nos comes Nicolaus viceiudex magistri Wyllermi damus pro memoria quod Simon filius Michaelis filii Detrici de Choultou una cum nobili domina coram nobis personaliter comparendo est confessus quod unum pratum versus partem superiorem domus patris sui adiacentem per Michaelem patrem suum Nicolao filio Stephani de Ordo impignoratum usque ad revolu-

cionem eiusdem termini per patrem suum assignatum in eodem statu observaret. Datum in Wysul, in quindenis Epiphanie domini, anno eiusdem domini Millesimo trecentesimo tricesimo.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije a N. Muzeumban, a Hamvay cs. lban.

403.

1330. febr. 14. A győri káptalan előtt az Osl nemzetségből való Herbordfi István a Dráván túl fekvő raszinai birtokát az ugyanazon nemzetségből való Imre fiának Lőrincznek (a Kanizsaiak ősének) és fiainak elzálogosítja.

Nos capitulum Jauriensis ecclesie.. significamus .. quod Stephanus filius Herbordi de genere Osl pro se et Johanne filio suo ab una parte, magister Laurencius filius Emirici de eadem generacione similiter pro se et pro Stephano Johanne Leukus et aliis filiis suis ex altera coram nobis personaliter constituti, antedictus Stephanus medietatem totalem cuiusdam possessionis sue ultra fluvium Draua existentis uno nomine Herborthyka alio vero nomine Rezene vocate in qua quidem possessione ecclesia Omnium Sanctorum et ecclesia beati Johannis Baptiste sunt constructe .. cum utilitatibus universis .. a festo Purificacionis beate Virginis iam proxime preterito usque ad decimam annualem revolucionem ipsius festi pro quinquaginta marcis denariorum latorum wyennensium .. pignori obligavit magistro Laurencio et filiis suis .. eo videlicet modo quod usque ad eandem revolucionem decimam eandem medietatem possessionis prescriptus Stephanus redimere non valebit, elapso autem termino .. quandocunque ipsi Stephano vel suis heredibus .. facultas suppetet salvum ius pro eadem summa .. habebunt redimendi sine gravamine duppli, preterea ordinatum extitit .. quod universas utilitates proventuum seu fructuum quorumlibet prefate possessionis Herborthyka usque tempus redemcionis in duas divident eedem partes equales porciones, una apud prefatum Stephanum et

alia porcione apud eundem magistrum Laurencium remanente. Datum feria quarta proxima post dominicam Exurge, anno domini M° CCC° tricesimo.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 643. 3. dipl. lt. 2579. Közli: Vincze G.

404.

1330. Visegrád, febr. 17. I. Károly király elött Petend csallóközi birtokot az odavaló nemesek a margit-szigeti apáczáknak visszabocsátják.

Nos Karolus .. rex .. damus pro memoria, quod magister Dok procurator sanctimonialium de Insula Leporum ab una parte, item Nicolaus filius Mykou et Johannes filius Thome pro se et pro Paulo filio Symonis, Martino filio Budolow, Stephano filio Scemus, Dominico filio Johannis et Buhte filio Zumba ab altera coram nobis constituti in accione quam dicte domine religiose in octavis Purificacionis Virginis gloriose contra predictos nobiles racione possessionis Pethend vocate habebant taliter concordarunt, quod in octavis Pasce Domini proxime venturis predicti nobiles ipsam possessionem quam dicte domine nomine iuris earumdem ab eisdem requirebant coram Michaele filio Laurencii de Padan vel Blasio filio Stephani de Mod homine nostro sub testimonio dicti capituli Jauriensis de suis possessionibus excipere et dictis dominabus reddere et resignare tenebuntur, eo modo quod si dicte domine resignata dicta possessione seu terra pro iure quod requirebant ab eisdem eedem domine habebunt liberam facultatem; seriem autem dicte fiende restitucionis partes predicte in litteris dicti capituli ad octavas beati Georgii martiris proxime venturas nobis reportare debebunt; nihilominus in eisdem octavis beati Georgii predicti nobilis de omnibus iudiciis si in quibus in processu dicte cause sunt convicti nobis et parti adverse satisfacere tenebuntur. Datum in Alto Castro, nono die termini prenotati, anno domini Millesimo CCC° tricesimo.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. Mon. Pos.. 22. 6. dipl. ltár: 2578. Közli: Vincze Gábor.

405.

1330. febr. 17. Dózsa nádor fiai belső szolgáiknak Merő Pálnak és Andrásnak Dióstelek nevü birtokot adományozzák.

Nos Jacobus Paulus et Dausa magistri filii Dause condam palatini comites de Zobolch et castellani de Adrian significamus universis . . quod quandam possessionem nostram acquisitam Gyosteluk vocatam iuxta fluvium Er a parte Leta et superiori parte Chalanus existentem cum omnibus utilitatibus suis et pertinenciis universis Paulo et Andree dictis Mereu famulis nostris ob recompensacionem serviciorum suorum carissimo patri nostro et per consequens nobis impensorum et impendendorum dedimus . . et contulimus . . iure perpetuo et irrevocabiliter possidendam . . assumsimus eciam ut si qui predictos Paulum et Andream racione predicte possessionis molestarent propriis expedire laboribus . . teneamur. In cuius rei memoriam presentes eisdem concessimus sigilli nostri impensione consignatas . . Datum feria quarta proxima post dominicam Circumdederunt, anno domini Millesimo trecentesimo tricesimo.

Hátlapján egy töredezett pecséttel, melyen egy paizsban négy damascirozott pólya látszik; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 1507. 26. dipl. lt. 2577. Közli: Vincze Gábor.

406.

1330. febr. 18. I. Károly király Gigefi Jánosnak, Lörincznek (az Ujlakyak ösének) és testvéreiknek érdemeit felsorolván, öket az ország föbb biráinak és helyetteseiknek hatósága alól fölmenti.

Karolus . . rex . . ad universorum noticiam . . volumus pervenire, quod nobiles viri magister Laurencius filius Johan-

nis filii Gyge magister vexilliferorum nostrorum et magistri Johannes ac Vgrinus fratres eiusdem uterini . . ad nostre serenitatis accedentęs presenciam et sue fidelitatis servicia revera multa recommendacione digna nobis impensa rememorantes et declarentes premio donativorum nostre gracie se dignos fore consequi arbitrantes ut ipsos et per eosdem Philippum et Leukus filios Jacobi fratris eorumdem uterini item Nicolaum filium Gregorii et Beke ac Nicolaum filios Stephani fratres eorum patrueles necnon per eos ipsorum heredes heredumque suorum successores ac iobagiones eorumdem ubilibet in quibuscunque possessionibus habitis et acquisitis ac iusto titulo acquirendis existentes de gracia nostra regia speciali ab omni iurisdiccione et iudicatu palatinatus, banatus tocius Sclavonie, iudicis curie nostre, comitum parochialium et iudicum nobilium ac generaliter quorumlibet iusticiariorum regni nostri penitus et per omnia perpetuo eximere liberare et absolvere dignaremur nostro exinde culmini humili et devota precum instancia humotenus provoluti supplicare curaverunt, nos igitur ad ipsorum . . nobilium peticiones supplicaciones et proposita vultum et intuitum nostre regie consideracionis sublevantes fidelitates fideliumque serviciorum multa laude dignorum merita ipsorum considerantes que cum sedula sollicitudine personarum suarum in omnibus processibus et prosperis et adversis et expedicionibus nostris et regni nostri tam intra confinia eiusdem regni nostri quam in aliis plerisque regnis habitis magnifice procedendo et strenua fidelitate laborando fortuitis et inopinatis casibus eventus se ipsos exponendo, ex quibus nonnulli preter infinita damna rerum impenderunt fratresque cognatos et propinquos necnon ministros eorumdem familiares ac universam substanciam eorumdem usque ad ultimam exinanicionem invasioni perdicioni et destruccioni infidelium nostrorum relinquendo, ex quibus nonnulli preter infinita damna rerum tempore filiorum Herrici per eosdem certis carceribus inclusi tormentis afflicti membris atrociter mutilati verbera et ludibria experti nonnulli eciam ex eisdem pro fidelitatibus memoratorum magistrorum Laurencii Vgrini et Johannis quibus nobis assidue nitebantur complacere detestabiliter ferreis nexibus astricti per fori plateam extensi alii in ore

gladii miserabiliter sunt occisi, quid plura ?, hi sunt qui evangelice fluenta doctrine et nostram regiam sequentes maiestatem abnegaverunt semetipsos suos atque sua, non eos terruerunt mortis mine non rerum damna non contenciones non alie tentaciones que humanam consveverunt fragilitatem ab incepto operatoris bono proposito revocare, pridem eciam cum contra excelsum principem dominum Fridericum bone memorie romanorum regem exercitum et expedicionem movissemus Egidius frater eorumdem sub castro Syhord ferociter se opponendo nostris in serviciis non sine laude memoria digna extitit interemtus, memoratus vero magister Laurencius bellicosi similiter ingressus aciem strenue sequens letaliter extitit sub eodem castro sauciatus atque vulneratus, necnon magister Vgrinus prope civitatem Guncheyl similiter in eadem expedicione nostra letifere sauciacionis non sine laboriosi concertaminis laude vulnus pertulit sagitta balistari perterribile, hi nempe pro nobis generaliter ad omnia adversa se viriliter pro nobis et regno nostro opponentes semper et indefesse servicia fidelitatum preclara laude digna extiterunt prosecuti, que ad omnia speciali annotacione sermonum longum esset narrare et presentibus inseri foret tediosum, ut sic crucem domini tollentes nostram secuti extiterunt maiestatem, eque dignum itaque et iustum estimantes ut magna magnis et digna dignis impendantur et immensos labores copiosa merces reficiat et restauret ut ipsorum exemplo reliquos ad fidelitatis antidota accendamus discant et ceteri sub principe gracioso devocius famulari volentes tam meritoriis et gratuitis obsequiis eorumdem nostre gracie occurrere donativo licet eorumdem merita longe et peramplius his maiora exigerent tamen ut in aliqualem recompensacionem eis paulisper responderemus et respectu horum que ipsis impendere peticionibus et supplicacionibus eorumdem condescendendo debemus minima fuisse et esse reputantes, memoratis magistris Laurencio Johanni et Vgrino et per eosdem Philippo et Leukus filiis Jacobi fratris similiter eorumdem uterini item Nicolao filio Gregorii et Beke ac Nicolao filiis Stephani fratribus eorumdem patruelibus necnon per eos ipsorum heredibus heredumque suorum successoribus de gracia nostra regia speciali et ex

plenitudine regie nostre potestatis ipsam prerogativam libertatis humiliter et devote a nobis petitam et postulatam duximus admittendam dandam concedendam atque conferendam ut nec palatinus vel vicepalatinus nec banus vel vicebanus tocius Sclavonie nec iudex curie nostre vel viceiudex nec comites parochiales vel provinciales aut eorumdem vicesgerentes nec iudices nobilium quorumcunque specialiter de Wereuche, Simigiensis, Tholnensis et Woswariensis comitatuum et generaliter nullus iusticiariorum et iudicum regni nostri ipsos nobiles prenominatos nobis dilectos et per eos eorumdem heredes heredumque suorum successores ac iobagiones ipsorum in quibuscunque comitatibus specialiter de Wereuche, Symigiensi, Tholnensi et Woswariensi comitatibus necnon ultra fluvios Drauam et Zauam et generaliter ubilibet in quibuscunque et qualibuscunque possessionibus ipsorum tam hereditariis et acquisiticiis quam emticiis et impignoraticiis nunc habitis et generaliter quorumque iusto titulo acquirendis existentes ullo unquam tempore in perpetuum cuiusquam occasionis pretextu seu quocunque colore quesita in nullis simpliciter causarum articulis iudicandi vel iudicio suo astare compellendi auctoritatem habeant atque facultatem sed penitus et per omnia ab eorumdem iurisdiccione et iudicatu perenniter volumus ipsos fore liberos absolutos et exemtos regie maiestatis duntaxat eosdem nobiles heredum in heredes contra quospiam iudiciario examini speciali ex plenitudine nostre maiestatis regie preservantes, hoc tamen adhibito de iobagionibus moderamine quod si contra iobagiones ipsorum memoratos quivis seu quispiam accionem intentare niterentur coram dominis ipsorum memoratis re vera consequantur quos si negligentes in reddenda iusticia noverint non iobagiones ipsorum predictos sed nobiles dominos ipsorum memoratos ad nostri evocare debeant presenciam specialem de negligencia iusticiam exhibicionis racionem reddituros. Datum per manus venerabilis viri magistri Endree prepositi ecclesie Albensis aule nostre vicecancellarii . . anno domini Millesimo CCC° XXX°, regni antem nostri anno similiter tricesimo, duodecimo kalendas Marcii; venerabilibus patribus vacante ecclesie Strigoniensis sede, Ladislao archiepiscopo Colocensi aule nostre

cancellario, Ladislao Quinquecclesiensi, Nicolao Jauriensi, Benedicto Chanadiensi, Herrico Wesprimiensi aule domine regine karissime consortis nostre cancellario, Andrea Waradiensi, Georgio Syrimiensi, fratre Petro Boznensi, Chanadino Agriensi, Meskone Nitriensi, Andrea Transsiluano, Ladislao Zagrabiensi et fratre Rodolpho Vaciensi ecclesiarum episcopis ecclesias dei feliciter gubernantibus, magnificis viris Johanne palatino, Paulo filio Symonis iudice curie nostre, Demetrio magistro thavarnicorum, Thoma wayuoda Transsilvano et comite de Zonuk, Mykch bano tocius Sclavonie, Johanne filio Logreti bano de Machow, Johanne filio Bobonyk magistro thauarnicorum domine regine consortis nostre karissime, Desew iudice curie eiusdem domine regine, Dyonisio dapiferorum nostrorum et Stephano agazonum nostrorum magistris, Nicolao comite Posoniensi aliisque quampluribus regni nostri comitatus tenentibus et honores.

I. Lajos király 1358. május 12-én kelt és »Nicolaus Konth palatinus et Leukus magister pincernarum filii condam magistri Laurencii sclavi« kérésére kiállított jeles alakú oklevelében átírva, melyet ismét a pozsegai káptalan 1404. jul. 9-én »Gregorius plebanus de Rohovcha« kérésére írt át, ennek eredetije megvan az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A 1209. 70. dipl. ltár: 2582. Közli: Vincze Gábor.

407.

1330. febr. 19. A szepesi káptalan előtt Slauki Vilmos az odavaló soltészságát Frank fiának Tamásnak örök áron eladja.

Capitulum ecclesie beati Martini de Scepus . . ad universorum noticiam . . volumus pervenire, quod constitutis in nostri presencia Wyllermo sculteto de Sclauk ex una parte, ex alia vero magistro Thoma filio Franch, idem Wyllermus scultetus est confessus quod sculteciam quam in eadem villa Slauk habere dinoscebatur vendidisset predicto magistro Thome filio Franch pro decem et octo marcis grossorum denariorum . . eo iure secundum quod ipse possedit cum omni-

bus suis pertinenciis videlicet fundo cum terris arabilibus cultis et incultis molendino braseatorio . . iure perpetuo . . pacifice possidendam. Datum feria secunda proxima ante diem Cinerum, anno domini M° CCC° tricesimo.

Függő pecsétje hiányzik, fönt cyrographum; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 572. 2. dipl. lt. 2584. Közli: Vincze Gábor.

408.

1330. Visegrád, febr. 23. Pál országbíró három Baranya vármegyei birtokot Lancret fiainak odaítél.

Nos comes Paulus iudex curie . . significamus . . quod cum secundum continenciam priorum litterarum nostrarum modum iudiciarie deliberacionis nostre exprimencium quedam possessiones Gonas Kedhel et possessionaria porcio in Sybolth habita per discretum virum Stephanum prepositum Quinqueecclesiensem ab ipso domino rege ad requirendum universa iura regalia et reginalia intra terminos regni sui delegatum nomine terre condicionariorum regalium a Beke et Stephano filiis Lancreti recaptivate in quindenis festi Nativitatis beati Johannis Baptiste nunc preteritis per homines nostros presente testimonio capituli Quinqueecclesiensis a vicinis et commetaneis conterminalibus et nobilibus diligenter investigando si ipsis filiis Lancreti iure hereditario et titulo hereditarie successionis pertineri invenirentur condigno suo valore estimari alioquin regie applicari maiestati ipsiusque facti series ad octavas beati Jacobi apostoli nunc preteritas per partes in litteris dicti capituli nobis reportari debuisset, ipsis octavis occurrentibus magister Stephanus notarius ipsius domini regis specialis ad nostram accedens presenciam litteras prelibati capituli Quinqueecclesiensis nobis presentarat in quarum tenoribus iuxta nostre iudiciarie deliberacionis moderamen ad prenominatas possessiones accedendo per Hectorem filium Herbordi Ladislaum magnum de Nemty et Thomam filium Odolmani homines nostros cum honorabili et discreto viro predicto

Stephano preposito Quinqueecclesiensi per ipsum capitulum ad premissa exsequenda delegato ipsas possessiones Gonas Kedhel et porcionem in Sybolth habitam hereditario titulo ad ipsos filios Lancreti spectare repertas in sexaginta marcis comperimus estimatas extitisse, unde licet ex premissa evidenti comprobacione dicte inquisicionis memorate possessiones Gonas Kedhel et porcio in Sybolth habita ad prenominatos filios Lancreti titulo hereditario attinere reperte extiterunt, tamen pro evitacione omnis suspicionis que racione pretactarum possessionum in ipsorum filiorum Lancreti contrarium oriri aliquatenus potuisset et eciam propter maioris rei evidenciam iusticieque clarioris debitam observanciam unacum baronibus et nobilibus regni adiudicantes decreveramus eo modo, quod in quindenis residencie regalis exercitus prefati filii Lancreti vel unus ipsorum in facie unius dictarum possessionum astando sexagesimo se nobilibus commetaneis suis sibi inclusis prout iuramenti deposicio in facto terre iuxta regni consvetudinem fieri incumbit per hec verba, ut prefate possessiones Gonas, Kedhel et porcio in Sybolth habita hereditario titulo sibi pertineant, presentibus dictis hominibus nostris et testimonio capituli Quinqueecclesiensis sacramentum deponeret seriemque tocius facti cum nominibus iuratorum ad quindenas quindenarum residencie dicti exercitus in litteris prelibati capituli nobis reportaret, tandem termino reportacionis dicte seriei scilicet feria secunda proxima post octavas Purificacionis virginis gloriose occurente prefatus Stephanus filius Lancereti pro se personaliter, pro Beke vero Cosmas filius suus cum procuratoriis litteris conventus Waradiensis, magistris Nicolao comite Themesiensi et Stephano notario domini regis in persona ipsius regalis excellencie cum legitimis procuratoriis litteris eiusdem astantibus ad nostram accedendo presenciam litteras iam dicti capituli Quinqueeclesiensis nobis demonstrarunt in quarum tenoribus ipsum iuramentum per prefatum Beke filium Lancreti unacum Petro filio Ladislai de iuxta Alma, Mychaele filio Gregorii, Johanne filio Petri, Ladislao filio Stephani, Peteu filio Pauli nobilibus de Wyzlow, Mychaele filio Dyonisii de iuxta Sybolth, Johanne filio Blasii, Mychaele filio Nicolai nobilibus de Sebes, Nicolao filio Iwanka, Grego-

rio filio Vethe, Gertus filio Marcus, Paulo filio Iwanka, Beke filio Obalman, Beke filio Leustah, Petro filio Sceryn, Dominico filio Cristen nobilibus de Peterd, Johanne filio Benedicti, Petro filio Gregorii, Dyonisio filio Demetrii, Petro filio Benedicti, Stephano filio Keche, Nicolao filio Symonis, Blasio filio Blasei nobilibus de Nogwagh, Stephano filio Henyz, Nicolao filio Egidii, Johanne filio Dominici nobilibus de Zegedi, Stephano filio Abraam de iuxta Okur, Paulo filio Nicolai, Johanne filio Pauli nobilibus de Teleky, Deseu filio Jonas, Nicolao filio Michaelis, Petro filio Philippi nobilibus de Scentywan, Petro filio Demetrii, Johanne filio Sebastiani, Gregorio filio Samsonis, Mychaele filio Petri, Rege filio Mychaelis nobilibus de Nympey, Johanne filio Gregorii de Scentmihalfolua, Johanne filio Dominici, Benedicto filio Deme, Johanne filio Andree, Moys filio Geur nobilibus de Aufolua, Reke filio Andree, Jacobo filio Benche, Johanne filio Abraam, Blasio filio Fabiani, Demetrio filio Nicolai, Nicolao filio Batiz nobilibus de Mediuz, Jacobo filio Nicolai de Sancto Demetrio, Emerico filio Thome, Clemente filio Salamonis, Johanne filio Chepan, Johanne filio Emerici, Michaele filio Stephani, Demetrio filio Michaelis, Nicolao filio Alexii nobilibus de Bathka, Johanne filio Dominici de iuxta Sybolth, Stephano filio Mychalch, Stephano filio Thome nobilibus de Wagh, presentibus Hectore filio Herbordi, Ladislao magno, Ladislao de Nempty et Thoma filio Odolmani hominibus nostris ac Thoma presbitero testimonio dicti capituli Quinqueecclesiensis in dictis quindenis residencie exercitus scilicet feria secunda proxima post festum Conversionis beati Pauli apostoli per hec verba, ut ipse possessiones Gonas Kedhel et porcio in Sybolth habita hereditario iure et titulo hereditarie successionis sibi et dicto Stephano fratri suo pertineant, in facie dicte possessionis Gonas, prout deposicio iuramenti in facto terrarum regni consvetudine exigente fieri incumbit, rite et legitime depositum comperimus extitisse, cum autem ab eisdem magistris Nicolao et Stephano procuratoribus ipsius domini regis de eo, utrum predictis litteris capituli Quinqueecclesiensis aliquo verborum suorum obstaculo repugnare intendant vel ne, trinario numero ut nostro de iure congruit officio nobis dari responsivam postulas-

semus, iidem magistri Nicolaus et Stephanus nil in contrarium dictarum litterarum se obiecturos fore affirmarunt imo predictas possessiones ad ipsos filios Lancreti titulo iuris hereditarii se agnovisse diligenti inquisicione prehabita asserentes eisdem et suis heredibus perpetuo possidendas resignarunt, iuribus tamen alienis salvis de eisdem remanentibus, nos igitur quia prefatus Beke filius Lancreti dictas possessiones deposicione iuramenti titulo iuris hereditarii ad se et ipsum Stephanum fratrem suum pertinere ex tenore dictarum litterarum capituli Quinqueecclesiensis comprobasse reperiebatur et eciam prescripti procuratores domini regis easdem ut pretactum est ex certa sciencia ad eosdem filios Lancreti agnoscentes eisdem et suis heredibus perpetua stabilitate possidendas resignarunt pro eo unacum venerabilibus in Christo patribus dominis fratre Ladislao archiepiscopo Colocensi aule regie cancellario, Ladislao Quinqueecclesiensi, Herrico Wesprimiensi, Benedicto Chanadiensi, Nicolao Jauriensi et Ladislao Zagrabiensi ecclesiarum prelatis, discretis viris magistris Andrea Albensi aule regie vicecancellario, Stephano Quinqueecclesiarum ecclesiarum prepositis, magnificis viris Johanne Drugeth palatino, Demetrio tavarnicorum regalium, Thoma voivoda Transilvano, Johanne bano de Machou, Paulo quondam bano similiter de Machou, magistris Lachk comite siculorum, Deseu de Elefanth, Paulo dicto Magiar castellano de Gymes et aliis quamplurimis nobilibus regni regios honores tenentibus nobiscum tribunal iudiciale consedentibus easdem possessiones Gonas Kedhel et porcionem in Sybolth habitam ipsis filiis Lancreti et heredibus eorum eo iure quo ipsis spectare dinoscuntur salvis iuribus alienis iudiciaria auctoritate adiudicavimus perpetuo possidendas. Datum in Wyssegrad, duodecimo die reportacionis seriei prenotate, anno domini Millesimo CCC° tricesimo.

Függő pecsétje hiányzik; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 1597. 26. dipl. ltár: 2632. Közli: Vincze Gábor.

409.

1330. Visegrád, febr. 23. Pál országbírónak Siklósi Péter részére a 408. sz. alattihoz hasonló ítélete.

Nos comes Paulus iudex curie .. significamus .. quod cum secundum continenciam priorum litterarum nostrarum modum iudiciarie deliberacionis nostre exprimencium quedam possessiones Aranas Zomorreui et Petend vocate per discretum virum Stephanum .. sat. (l. föntebb 408. sz. a.) nomine terre condicionariorum regalium a magistro Petro de Suklous recaptivate in quindenis Nativitatis beati Johanni Baptiste.. sat. (l. föntebb 408. sz. a.) si ipsi magistro Petro hereditario iure .. sat. (l. föntebb 408. sz. a.) ad prenominatas possessiones Aranas Zomorreui et Petend vocatas accedendo per Hectorem filium Herbordi .. sat. (l. föntebb 408. sz. a.) ipsas possessiones Aranas Zomorreui et Petend ad prememoratum magistrum Petrum de Suklous titulo hereditario attinere repertas in quadraginta marcis comperimus estimatas extitisse, unde licet ex premissa evidenti comprobacione dicte inquisicionis memorate possessiones Aranas Zomorreui et Petend ad ipsum magistrum Petrum de Suklous titulo hereditario pertinere reperte fuerint tamen pro evitacione omnis suspicionis que racione pretactarum possessionum in ipsius magistri Petri contrarium oriri aliquatenus potuisset .. sat. (l. föntebb 408. sz. a.) decreveramus eo modo quod prefatus magister Petrus de Suklous duodecimo die quindenarum residencie exercitus regalis quadragesimo se nobilibus commetaneis suis sibi inclusis in facie unius dictarum possessionum Aranas Zomorreui et Petend astando prout iuramenti deposicio in facto terrarum iuxta regni consvetudinem fieri incumbit per hec verba, ut predicte possessiones Aranas Zomorreui et Petend hereditario titulo sibi pertineant, presentibus dictis hominibus nostris et testimonio capituli Quinqueecclesiensis sacramentum deponeret .. sat. (l. föntebb 408. sz. a.) feria secunda proxima post octavas Purificacionis virginis gloriose occurrente Thomas filius Roma pro eodem magistro Petro de Suklous cum procuratoriis litteris .. sat. (l. föntebb

408. sz. a.) litteras iam dicti capituli Quinqueecclesiensis nobis demonstravit, in quarum tenoribus ipsum iuramentum per ipsum magistrum Petrum de Suklous unacum magistro Corardo filio Kemen, Petro de Telegez, magistro Joseph de Nempti, Ladislao filio Andree de eadem, magistro Petro filio Laurencii, Stephano filio Johannis de Puruzlou, Petro filio Markus de Lotharth, Gregorio filio Johannis de Noguangh, Fabiano filio Inuzlo de Kamarcha, Cosma filio Markus de Lotharth, Andrea de Kasagy, Petro filio Jacobi de Budrugmege, Paulo de Chukma, Kaloz de Harazti, Dominico de Izlud, Ladislao filio Jacobi de Nempti, Rege filio Mychaelis de eadem, Ladislao filio Erney de Vrmankuz, Thoma de Sychk, Johanne filio Petri de Hermani, Laurencio filio Kondra de Arpad, Nicolao filio Pauli de Bukeed, Georgio filio Blasii de Erdeuhath, Benedicto filio Ereus de Peturd, Stephano filio Johannis de Senye, Blasio filio Nicolai de Chery, Jacobo filio Stephani de Kurthuelus, Petheu filio Thome de Lod, Nicolao nigro de Puruzlou, Johanne filio Alexii de eadem, Demetrio filio Petri de Myluan, Nicolao filio Heydrici de Bukeed, Johanne filio Valentini de Gurges, Johanne filio Clementis de Chukma, Petheu filio Hermani de Jeneu, Petro filio Petri de Nempti, Jacobo comite de Budmer, Petro filio Ladislai de Tesen, Nicolao filio Phyle de Zenthiwan, presentibus Hectore filio Herbordi . . sat. (l. föntebb 408. sz. a.) in predicto duodecimo die quindenarum residencie dicti exercitus scilicet feria sexta proxima ante dominicam qua cantatur Exurge, per hec verba, ut predicte possessiones Aranas Zomorreui et Petend hereditario iure sibi pertineant, in facie dicte possessionis Aranas prout moris est iurare super terram rite et legitime depositum comperimus extitisse, cum autem ab eisdem magistris Nicolao et Stephano . . sat. (l. föntebb 408. sz. a.) imo predictas possessiones ad ipsum magistrum Petrum de Suklous titulo iuris hereditarii se agnovisse . . sat. (l. föntebb 408. sz. a.) nos igitur quia prefatus magister Petrus de Suklous ipsas possessiones Aranas Zomorreui et Petend deposicione iuramenti . . sat. (l. föntebb 408. sz. a.) ad ipsum magistrum Petrum attinere agnoscentem eidem . . sat. (l. föntebb 408. sz. a.) easdem possessiones Aranas Zomorreui et Petend ipsi magistro Petro de

Suklous et suis heredibus eo iure quo sibi spectare dinoscuntur salvis iuribus alienis iudiciaria auctoritate adiudicavimus perpetuo possidendas. Datum in Wyssegrad, duodecimo die reportacionis seriei prenotate, anno domini Millesimo trecentesimo tricesimo.

Függő pecséttel; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 1507. 25. dipl. lt. 2631. Közli: Vincze Gábor.

410.

1330. Pest, febr. 27. Drugeth János nádor a Pest vármegye részéről tartott közgyülésen a Csetneki Miklós és Batiz fia Miklós (a Máriássy család egyik őse) között Berzéte és Krasznahorka várak miatt fönforgott ügyet elhalasztja.

Nos Johannes Drugetter palatinus et iudex comanorum damus pro memoria, quod iuxta continenciam priorum litterarum nostrarum memorialium in congregacione nostra generali feria secunda proxima post festum beati Mathye apostoli cum universis nobilibus comitatus Pestiensis apud civitatem Pest celebrata, Andreas qui filium Barkun se esse dicebat pro magistro Nicolao filio Benedicti de Chythnuk execucionem sue cause in nostrarum presenciarum sibi committente ad nostram accedens presenciam contra nobilem dominam relictam Nicolai germani Bathyz et Nicolaum filium Batyz per formam nostri iudicii egit proponendo in hunc modum, quod duo castra Berzete et Craznahorka vocata in comitatu de Gumur existencia cum quibusdam possessionibus scilicet Zalouchhaza, Keurus, Rudna, Scenegetew, Berzete et Karazna vocatis essent iuris Nicolai antedicti de Chythnuk et sibi iure successionis a Detrico quondam Zaar dicto avo eiusdem remansissent possidende, volens experiri qua racione vel quo titulo eadem dicta domina et ipse Nicolaus filius Bathyz detinerent occupata, que si racionabiliter tenerent et possiderent prout iuris esset eisdem approbando ratificaret alioquin (. . . . .) intenderet ab eisdem Nicolaus filius Benedicti annotatus, quo audito Nicolaus cui dicta nobilis domina nobis

pro tribunali sedentibus causam suam exequi commiserat pro predicta domina respondit quod ipsa castra et possessiones essent Nicolai filii Bathyz fratris sui et ex permissione et consensu domini regis in eisdem usque vitam suam resideret et moraretur et super hoc instrumenta domini nostri regis Karoli ipsa domina haberet racionabilia, pro se ipso autem idem Nicolaus filius Bathyz respondit eo modo quod castrum Berzethe cum possessionibus et villis ad ipsum spectantibus racione concambii a Stephano filio Marius consangvineo suo pro suis possessionibus hereditariis esset ad manus suas devolutum et idem Stephanus eundem expedire ab omnibus racione castri iam dicti molestare volentibus assumsisset super quibus litteras privilegiales honorabilis capituli ecclesie Strigoniensis haberet, predictum vero castrum Karaznahorka cum possessionibus eiusdem annotatis licet quodam tempore per manus alienas fuisset occupatum tamen ipse iure exequendo id adeptus extitisset et fratres sui, super quo instrumenta se habere astruxit, et insuper Dominicus Bubek Petrus et Johannes fratres eiusdem de fratribus suis et ab omnibus aliis eundem Nicolaum tenerentur expedire prout in litteris privilegialibus capituli ecclesie Agriensis se obligassent, unde nos auditis parcium proposicionibus unacum nobilibus iudicibus et iuratis dicti comitatus Pestiensis iudicantes admisimus quod in octavis beati Georgii martiris nunc venturis dicta domina predicta sua instrumenta super castris et possessionibus suis prenotatis et Nicolaus filius Bathyz predicta sua instrumenta quibus mediantibus cum suis pertinenciis dicta castra Craznahorka et Berzete ad ipsum pertinerent ipso termino teneatur coram nobis contra Nicolaum filium Benedicti de Chythnuk prenotatum exhibere quibus visis decernemus in causa premissa iusticia mediante. Datum secundo die congregacionis nostre antedicte, loco prenotato, anno domini M° CCC° tricesimo.

Záró pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 1547. 76. dipl. ltár: 2585. Közli: Vincze Gábor.

411.

1330. Visegrád, mart. 11. I. Károly király Elefánti Mátyás panaszára a nyitrai káptalant Elefánti Dezsö ellen vizsgálatra küldi.

Karolus . . rex . . capitulo ecclesie Nitriensis . . dicit nobis comes Mathyas de Elephant quod comes Desev de Elephant per quosdam famulos suos ortum suum et fruges in eodem ad valorem triginta marcarum et fenum feria secunda proxima post dominicam Invocavit hoc anno de sero concremari fecisset, super quo . . precipimus . . quatenus vestrum mittatis testimonium coram quo Laurencius vel Petrus de Ethey aut Jacobus de Lyuky homo noster . . inquirat . . veritatem, et post hec facti seriem nobis in vestris litteris fideliter rescribatis. Datum in Wyssegrad, in dominica Oculi, anno domini M° CCC° XXX°.

A nyitrai káptalannak 1330. april 12-ikén I. Károly királyhoz intézett jelentésében átírva, mely szerint »cum eodem Jacobo de Lyuky . . magistrum Johannem . . scolasticum« a káptalan kiküldvén, ezek jelentették »quod prout ipsi a nobilibus et ignobilibus item villicis et villanis ac hospitibus dictorum crematorum apud quos iidem huiusmodi cremacionem per eos factam palam asseruissent scire . . potuissent ortum eiusdem comitis Mathye fruges et fenum . . dictus comes Deseu . . cremari fecisset.« A káptalan jelentése megvan eredetiben az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 1671. 33. dipl. lt. 2590. Közli: Vincze Gábor.

412.

1330. mart. 18. Az esztergomi keresztesek conventje elött Walter budai polgárnak fia Sándor, Zene palotáját Esztergom városában elörökíti.

Frater Jacobus . . magister et conventus cruciferorum domus hospitalis ecclesie sancti regis Stephani de Strigonio . . ad universorum noticiam . . volumus pervenire, quod vir nobilis et honestus magister Stephanus filius comitis Walterii

quondam iudicis de castro Budensi ab una, comes Stephanus frater Colomanni civis Strigoniensis parte ex altera in nostri presencia personaliter constituti idem magister Stephanus .. confessus est .. quod quia prefatus comes Stephanus ex parte nobilis et honeste domine Anna vocate filie comitis Nicolai filii Rubini civis Strigoniensis consortis sue in linea proximitatis sibi attineat ideo quoddam suum palacium olim Zenyepalataya vocatum in civitate Strigoniensi in loco fori prope Danubium in vicinitate domorum Petri carnificis dicti Wkur a parte septemtrionali et Nykkyl filii Ludweyg a parte meridionali existentem et adiacentem mediantibus litteris privilegialibus honorabilis capituli Strigoniensis et nostris ad prefatum comitem Walterum patrem suum et ad ipsum de iure et legitime devolutum prout in ipsis privilegialibus litteris nobis per eundem magistrum Stephanum exhibitis plenius vidimus contineri, in signum specialis dileccionis dicte proximitatis vendidisset prefato comiti Stephano fratri Colomanni et pro quinquaginta marcis argenti mercimonialis .. et per ipsum comitem Stephanum suis heredibus .. iure perpetuo .. possidendum .. privilegium vero dicti capituli et nostrum in manus eiusdem comitis Stephani in nostri presencia in specie statuit et assignavit maiorem ad cautelam huius facti obligavit se quod si aliquas litteras super facto dicti pallacii sui apud se in fraudem reservaret quovis colore et si processu temporum quod absit in lucem per eundem seu per alios exhiberentur cassas easdem reliquit esse et inanes penitus viribus firmitatis carituras, insuper idem magister Stephanus tam per se quam per suos firmiter assumsit .. prefatum comitem Stephanum fratrem Colomanni et suos heredes in predicto palacio pacifice tenere et conservare .. Datum in dominica Letare Jerusalem, anno domini M° CCC° XXX°.

Töredezett függő pecséttel s fönt cyrographummal; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 406. 41. dipl. ltár: 2594. Közli: Vincze Gábor.

413.

1330. Visegrád, mart. 25. Károly király előtt László fia Péter Rajnáld néhai nádor leányának Annának leánynegyedi illetősége kielégítésére kötelezettséget vállal.

Nos Karolus . . rex . . significamus . . quod magistro Nicolao filio comitis Gylety de Posega vice et nomine nobilis domine Anna nuncupate filie Renoldi quondam palatini bone memorie sanctimonialis de Insula Leporum cum litteris procuratoriis capituli Budensis ab una parte, magistro Petro filio Ladislai ex altera coram nobis personaliter constitutis idem magister Petrus confessus est . . ut triginta septem marcas quibus in residua summa pecunie eidem nobili domine pro quarta sibi provenienti debita solvere teneretur in tribus terminis anno presenti, videlicet in octavis festi Penthecostes nunc venturis novem marcas et fertonem et in octavis beati Mychaelis archangeli similiter nunc venturis eodem modo novem marcas et fertonem item in octavis medii Quadragesime simili modo consequenter affuturis decem et octo marcas cum dimidia quamlibet solucionem in promtis denariis ad compotum Budensem solvere tenebitur domine Anne sorori sue prenotate, obligans se si quem ipsorum terminorum obmitteret in solvendo triginta marcas in promta pecunia ante litis ingressum soluturum quandocunque pretacta domina contra eundem magistrum Petrum racione dicte pecunie triginta septem marcarum aut alicuius particule ex eadem quam solvere non curaret quescionis materiam ordine iudiciario incitaret. Datum in Wyssegrad, in dominica Iudica me, anno domini M° CCC° tricesimo.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 603. 35. dipl. ltár: 2595. Közli: Vincze Gábor.

414.

1330. Visegrád, mart. 30. Pál országbíró előtt Garai István bán fiai Somogy, Temes, Arad és Valkó vármegyei birtokaikon megosztozván, az osztály foganatosítására az országbíró az illető királyi és káptalani embereket kiküldi.

Nos comes Paulus iudex curie . . significamus . . quod cum Laurencius dictus Kokos in persona magistri Johannis dicti Botus domini sui nomine procuratorio cum procuratoriis litteris capituli ecclesie Sancti Irynei in octavis Epiphanie domini anno in presenti preteritis iuxta continenciam priorum litterarum nostrarum memorialium ad nostrum iudiciarium accedens conspectum a Paulo quondam bano de Machow et Andrea filiis Stephani bani de Gara fratribus eiusdem propriis in personis astantibus racione iurium paternorum de possessionibus Okch Gyog et Weytih vocatis in comitatu Symigiensi existentibus per formam divisionis possessionarias porciones ipsum magistrum Johannem dictum Botus dominum suum aquisiturum affirmasset, memorati Paulus banus et Andreas frater suus per eundem Laurencium dictum Kokos procuratorem ipsius magistri Johannis dicti Botus de eo utrum in aliis possessionibus dictum dominum suum divisionem habuisse et tantum modo de dictis possessionibus Okch Gyog et Veytih vocatis porcionariam divisionem habere velle dicat aut ne, nostri in presencia se postularant informari, quo audito idem Laurencius dictus Kokos procurator ipsius magistri Johannis dicti Botus nunc ad presens porcionem in dictis tribus possessionibus ipsum dominum suum acquirere et procuracionem acquisicionis porcionum suarum in eisdem sibi provenire debencium sibi commisisse allegarat, dicens, utrum in aliis possessionibus ipsorum divisionem inter se habuerint vel ne per omnia ignoraret, quo audito iidem Paulus banus et Andreas frater suus prememorato magistro Johanni dicto Botus fratri ipsorum terminum postularant ulteriorem assignari in quo predictus magister Johannes dictus Botus aut propria in persona comparere aut tam legitimum procuratorem qui omnem

acquisicionem suam super ipsos usque nunc habendam prosequi valeret ut ab ulteriori sue litis inquietacione et fatigativo processu quirent expediri valeret pro se destinare, et quia peticiones predictorum Pauli bani et Andree fratris sui in hac parte consone erant veritati cum prememorato magistro Johanni dicto Botus ad omnem acquisicionem et litigionariam quescionem super ipsos Paulum banum et Andream fratrem suum habendam ut ab ulteriori inquietacione sue litis usque nunc quovis modo contra ipsos per ipsum moveri queuntis quieti valeant permanere, octavas medii Quadragesime pro termino assignassemus, idem magister Johannes dictus Botus predictis Paulo bano et Andrea personaliter astantibus ad nostram accedendo presenciam contra eosdem Paulum banum et Andream proposuit eo modo ut possessiones Okch Gyog et Weytih in comitatu Symigiensi, Cheney Bachy Sarad Reekachofew in comitatu Tymisiensi, Fullak et Seruusdey in comitatu Orodiensi ac quedam silva in possessione Verbice in comitatu de Wolkou adiacens indivise adhuc inter ipsos haberentur de quibus tanquam de iuribus paternis suam vellet percipere porcionem alias enim acquisiciones nec super factis possessionariis nec aliis nocumentorum generibus contra ipsos haberet aliquales imo facta ipsa divisione ab omni motu sue litis eosdem Paulum banum et Andream fratrem suum usque modo moveri valentis perpetuo pacificos conmitteret et quietos, quo audito iidem Paulus banus et Andreas frater suus terciam partem de omnibus premissis possessionibus et silva supradicta excepta predicta possessione Fullak quam apud Mychaelem filium Nicolai de Sancto Mychaele generacionem ipsorum esse affirmarunt extradare ipsi magistro Johanni dicto Botus assumserunt postulantes terminos debitos ad ipsam divisionem faciendam per nos sibi assignari, unde nos auditis huiusmodi consentaneis proposicionibus parcium unacum baronibus et nobilibus regni nobiscum tribunal iudiciale sedentibus decrevimus iudicando quod primo omnium magister Gallus filius Pertoldi vel Gebech si ipse defuerit homo domini regis presente testimonio honorabilis capituli Quinqueecclesiensis quos partes in communi adducere assumserunt in octavis Penthecostes nunc venturis ad facies dictarum possessio-

num Okch Gyog et Veytih vocatarum in comitatu Symigiensi existencium presentibus partibus vel legitimis procuratoribus earumdem accedat et easdem universorum vicinorum et commetaneorum earum legitimis convocacionibus factis per veteres et antiquas metas reambulet reambulatasque deum pre oculis habendo in tres dividat partes coequales quarum unam partem ipsi Paulo quondam bano secundam Andree fratri suo et terciam magistro Johanni dicto Botus ut sors sortita fuerit cum omnibus suis utilitatibus sine preiudicio iuris alieni statuat perpetuo possidere, et demum Mychael de Jara vel Paulus de Chalia si ipse defuerit homo regius presente testimonio capituli ecclesie Chanadiensis in octavis Nativitatis beati Johannis Baptiste nunc affuturis in superficie prememoratarum possessionum Cheney, Bachy, Sarad, Rekathoufeu in comitatu Tymisiensi et quarto die post ipsas octavas Nativitatis beati Johannis Baptiste proxime sequenti in facie possessionis Seruusdey nominate in comitatu Orodiensi et postremo scilicet ultimo Mortunus filius Endree bani vel Nicolaus filius Gregorii si ipsi deesset homo domini regis presente testimonio capituli ecclesie Bachiensis quos partes similiter communiter adducere debent in facie predicte silve in possessione Verbice sub inclusione comitatus de Wolkou existencium compareat et easdem simillime vicinorum et commetaneorum earum convocacionibus habitis presentibus partibus vel procuratoribus earumdem per veteres et antiquas metas reambulent factaque reambulacione easdem dividant in tres partes coequales quarum similiter unam partem ipsi Paulo quondam bano secundam Andree fratri suo et terciam magistro Johanni dicto Botus prout signum sortilegiale sortitum fuerit novas metas si necesse fuerit erigendo statuant perpetuo possidere, volumus enim ut predictarum venerabilium ecclesiarum capitula amici nostri dum per partes vel aliquam earumdem requisiti fuerint cum predictis hominibus domini regis eorum testimonia fidedigna ad exsecacionem premissorum transmittant et tocius facti seriem cum cursibus metarum ad octavas Nativitatis beate Virginis nunc affuturas in eorum litteris regie rescribant maiestati ut partes singula premissorum ultronea voluntate inter se voluerunt esse perpe-

tuo observanda. Datum in Vysegrad, decimo die octavarum medie Quadragesime predictarum, anno domini M° CCC° XXX°.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 1507. 22. dipl. ltár: 2600. Közli: Vincze Gábor.

415.

1330. apr. 13. A bácsi káptalan előtt Földvári László és fia néhai Földvári Pósa birtokrészeért Nyék nevü Bács vármegyei birtok felét Futaki Dénesnek átadják.

Nos capitulum ecclesie Bachiensis damus pro memoria, quod nobili viro magistro Dyonisio de Futag ab una parte, Ladislao et Laurencio filio eiusdem de Feulduar ab altera coram nobis.. constitutis propositum extitit per eosdem.. quod super causa quam idem magister Dyonisius racione porcionis possessionarie Poose quondam de eodem Feulduar in eadem possessione Feulduar habite contra eosdem Ladislaum et filium suum iam dictum ipsi magistro Dyonisio per regem collate coram eodem domino rege habebat mediantibus probis viris .. taliter dixerunt se concordasse, quod idem Ladislaus cum eodem Laurencio filio suo medietatem cuiusdam possessionis ipsorum hereditarie Neek vocate in comitatu Bachiensi existentis pro redemcione dicte porcionis predicti Poose ipsi magistro Dyonisio .. tradidissent .. perpetualiter possidendam, et quia ad presens ipse magister Dyonisius de precepto regio ad curiam eiusdem erat profecturus festinanter et ob hoc ad faciem dicte possessionis pro divisione et distinccione metarum facienda partes accedere non valeant, ordinatum extitit per eosdem coram nobis tali modo quod octavo die reversionis ipsius magistri Dyonisii de curia domini regis dicte partes ad faciem dicte possessionis accedere pro distinccione et divisione facienda inter ipsos tenebuntur, hoc adiecto quod si idem Ladislaus aut filius suus supradictus in dicto termino ad ipsam divisionem .. venire non curarent aut veniendo aliquo impedimento quorumlibet commetaneorum suorum et aliorum preveniente

ipsi magistro Dyonisio coram homine nostro ad hoc deputato ipsam dimidietatem prenotate possessionis dare et statuere recusarent aut non possent extunc iidem Ladislaus et Laurencius quinquaginta marcas eidem magistro Dyonisio dare tenerentur, preterea dictus magister Dyonisius diem reversionis sue de ipsa curia domini regis nobis tenebitur propalare. Datum feria sexta proxima ante octavas Pasche domini, et si presentes infra annum nobis fuerint reportate nostrum privilegium super hoc faciemus emanari, anno eiusdem M° CCC° XXX°.

Zárlatán pecsét maradványaival; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 1507. 23. dipl. ltár: 2601. Közli: Vincze Gábor.

416.

1330. apr. 23. A nyitrai káptalan előtt a Divék nemzetségbeliek ősi birtokaikon megosztoznak.

Nos capitulum ecclesie Nitriensis tenore presencium significamus universis, quod Pethew filius Nicolai de genere Dywek ab una parte et Stephanus filius Baska de eodem genere tam pro se quam pro Baska patre suo Nicolao et Johanne fratribus suis ex altera ad nostram accedendo personalem presenciam in possessionibus eorum hereditariis propter pacem perpetuo inter eos duraturam talem retulerunt fecisse divisionem, quod possessio eorum Kernech vocata in comitatu Nitriensi circa fluvium Vychma adiacens cum omnibus suis utilitatibus cessisset predicto Pethew et suis heredibus si in futurum habere contingat perpetuo possidenda, item porcio eorum possessionaria in Dywek ipsos tangens iure hereditario et in Moytheh quia minoris utilitatis et precii fore dinoscebatur cum omnibus suis utilitatibus et pertinenciis universis cessissent prefato Pethew et suis filiis similiter perpetuo possidende, condicione tamen ista interposita quod si qua parcium predictam divisionem . . attentaret extunc penam viginti marcarum parti ipsam divisionem acceptanti solvendarum incurreret eofacto, item eciam retulerunt quod si qua parcium sine solacio

heredum decedere de hoc seculo contingeret extunc possessio vel porcio ipsius partis decedentis sine heredum solacio alteri parti remanenti vel viventi devolveretur et non alteri alieno . . Datám feria secunda proxima post quindecim Pasce domini, anno eiusdem Millesimo trecentesimo trecesimo.

A nyitrai káptalannak 1466-iki átiratából, melynek eredetije a Majthényi cs. lban Novákon Nyitra vármegyében őriztetik. Közli: Szabó Károly.

417.

1330. Fahid, apr. 28. Mihály erdélyi alvajda Elefánti Nagy Dezsőt meg nem jelenése miatt bizonyos keteli birtokrész elvesztésében Apafi Jakab fia részére elmarasztalja.

Nos Mychael vicewoyvoda transilvanus, damus pro memoria, quod cum Desew magnus de Elephanth secundum continenciam priorum litterarum domini nostri woyuode in generali congregacione eiusdem in festo beati Georgii martiris proxime preteriti in Bonchyda celebrata emanatarum super facto potenciali et occupacione particule possessionis Jacobi filii Jacobi filii Apa pertinentis ad Ketel vocate in quindenis eiusdem festi in responsali accione in causa peremtorie coram nobis astare contra eundem Jacobum debuisset, ipsis inde advenientibus ipse Desew magnus ad ipsam causam contra prefatum Jacobum non venit nec aliquem pro se misit, ipso Jacobo eundem quatuor diebus coram nobis legitime expectante, unde eundem Desew magnum contra Jacobum prenotatum decrevimus in totali facto cause devictum et nobis in iudicio remansisse racione aliqua non obstante. Datum in Fahyd, quinto die termini prenotati, anno domini M° CCC° XXX°.

Eredetije a hátára nyomott pecsét helyével Bethlenben a gr. Bethlen-család levéltárában. (Kivonatát Cornides után l. Fejér i. m. VIII. III. 503. Közli: Szabó Károly.

418.

1330. Vizsoly, máj. 8. Villerm abaúji főispánnak albírája Lukafi Sándornak Detrefi Benedek fia László elleni ügyét elhalasztja.

Nos comes Nicolaus viceiudex magistri Wyllermi damus pro memoria, quod causam quam Alexander filius Luka personaliter astans contra magistrum Ladislaum filium Benedicti filii Detrici pro quo Stephanus magnus legitime comparuit iuxta continenciam priorum litterarum nostrarum memorialium in octavis sancti Georgii martiris habebat coram nobis, eandem causam, in lite expressa super expedicione mortis Georgii filii Chwrkee quam mediantibus litteris capituli Agriensis exhibuit ad octavas festi Penthecostes nunc venturas prorogavimus ad plenam coram nobis responsionem faciendam. Datum in Wysul, octavo die termini prenotati, anno domini Millesimo CCC° XXX°.

Hátlapján: Pro Ladislao filio Benedicti contra Alexandrum filium Luka ad octavas festi Penthecostes prorogatorie.

Hártyán, záró pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 1535. 35. dipl. ltár: 2608. Közli: Vincze Gábor.

419.

1330. máj. 14. A szepesi káptalan előtt Csetneki Benedek fia László az Ardó helységbeli ólombánya használatától vérrokonait Bebek Domokost és Miklóst tilalmazza.

Nos capitulum ecclesie beati Martini de Scepus damus pro memoria, quod magister Ladislaus filius quondam Benedicti de Chythnuk de comitatu Gumur ad nostram personalem accedens presenciam per modum protestacionis nobis curavit significare quod magister Dominicus et magister Nicolaus fratres sui porcionem suam quam in montana plumbi in Ordo existente habere dinoscitur absque ipsius concessione et

voluntate a septem annis retroactis usque modo percepissent occupando in ipsius preiudicium et gravamen, adiiciens quod dictam porcionem suam per eosdem fratres suos in predicta montana plumbi perceptam et percipiendam tempore et loco oportunis ab eisdem fratribus suis requirere vellet iusticia mediante. Datum feria secunda proxima ante Ascensionem Christi, anno eiusdem M° CCC° XXX°.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 1535. 34. dipl. lt. 2610. Közli: Vincze Gábor.

420.

1330. jun. 8. Az erdélyi káptalan előtt Vizaknai Alard és fiai Ringelkirch nevü birtokukat Kelnuki Miklósnak és társainak elörökítik.

Capitulum ecclesie Transsilvane . . ad universorum noticiam . . volumus pervenire . . quod constitutis personaliter coram nobis Alardo filio quondam comitis Alardi de Wyzakna pro se et Renero Herbordo ac Johanne filiis suis ab una parte et Nicolao filio Salamonis filii Cheel ac Nicolao et Michaele filiis Danielis de Kelnuk ex altera idem Alardus confessus est . . quartam partem totalis terre Ringelkerh nunc eundem Alardum contingentem . . vendidisse sine preiudicio nostri et tradidisse . . ipsis Nicolao filio Salomonis et Nicolao ac Michaeli filii Danielis . . pro viginti quinque marcis fini argenti plene habitis et perceptis per eundem Alardum ab eisdem Nicolao filio Salomonis et Nicolao ac Mychaele filiis Danielis . . iure perpetuo et irrevocabiliter possidendam tenendam pacifice et habendam, obligans se insuper prefatus Alardus . . ab omnibus processu temporum ipsos Nicolaum filium Salomonis et Nicolaum ac Michaelem filios Danielis . . racione dicte quarte partis ipsius terre Ryngelkerh . . inquïetare vel impedire volentibus per omnia expedire . . Datum secundo die festi Corporis Christi, anno eiusdem M° CCC° tricesimo. Nicolao preposito, Santo cantore, Thoma custode et Stephano decano ecclesie nostre existentibus.

Függő pecséttel; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. Trans. 12. 24. dipl. ltár: 2614. Közli: Vincze Gábor.

421.

1330. Visegrád, jun. 13. I. Károly király Wrusi Simon kocsijának Gávai Pál által történt kifosztása tárgyában az egri káptalant vizsgálatra küldi.

Karolus .. rex capitulo ecclesie Agriensis .. dicit nobis Simon filius Egidii de Wrus quod Paulus filius Nicolai de Gawa ab eadem villa sua Gawa consurgendo cum suis servientibus unum currum suum de villa sua Ozlaar vocata venientem usque ad villam suam Gawa predictam spoliasset et fecisset spoliari in qua spoliaciacione damnum decem marcarum eidem intulisset, super quo .. mandantes precipimus .. quatenus vestrum detis hominem pro testimonio fidedignum quo presente Egidius de Kerch vel Johannes filius Jacobi de Nogfaluy altero absente homo noster ab omnibus quibus decuerit in comitatu de Zosbouch specialiter vicinis eorumdem super premissis omnibu c iat et inquirat omnimodam veritatem, et post hec prout vo-s bis veritas constiterit de premissis nobis fideliter rescribatis. Datum in Wyssegrad, tercio die festivitatis beati Barnabe apostoli, anno domini Millesimo CCC° tricesimo.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije a N. Muzeumban, a Kállay cs. lban. Közli: Tagányi K.

422.

1330. jun. 17. A földvári convent bizonyítja, hogy Szedregi Gergely és társai Chekei Pállal és Simonnal kibékültek.

Nos conventus monasterii de Feuldwaar memorie commendamus, quod Gregorio filio Jacobi pro se et pro fratribus suis Michaele et Matheo de Zederegh, Thoma filio Iriney, Demetrio filio Nicolai et Anthonio de Geren servientibus eorum-

dem pro quibus idem nobiles comparuerunt factum eorumdem super se assumentes ab una parte, item Johanne filio Pauli de Cheke et Simon de eadem ex altera coram nobis.. constitutis.. super omnibus et omnimodis causarum requisicionum et controversiarum articulis hinc et inde subortis et ventilatis inter ipsos usquemodo seu usque datum presencium nostrarum litterarum per composicionem et arbitrium proborum virorum mutuo et in alterutrum sibi satisfacientes ad plene pacis et concordie devenissent unionem et quod neutra parcium tunc in partem alteram ullam penitus movere valeat materiam quescionis temporis in processu, si qua vero parcium contra partem alteram super omnibus premissis et singulis premissorum materiam questionis movere attentaverit quandocunque extunc pené calumnie subiaceat eo facto. Datum dominica proxima ante festum beati Johannis Baptiste, anno domini M° CCC° XXX°.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 1507. 24. dipl. ltár: 2616. Közli: Vincze Gábor.

423.

1330. jun. 17. A pécsi káptalan a Baranya vármegyei weyki nemesek összes birtokainak határjárásáról bizonyságlevelet ad.

Nos capitulum ecclesie Quinqueecclesiensis .. significamus .. quod cum nos iuxta tenorem litterarum .. domini regis discretum virum magistrum Petrum Orodiensem socium et concanonicum nostrum ad dividendas possessiones nobilium infrascriptorum presente comite Jacobo filio Beeke homini domini regis et ad exequenda infrascripta misissemus idemque magister Petrus homo noster et comes Jacobus homo domine regis unus scilicet de quatuor iudicibus nobilium de Baranya unacum Nicolao filio Laurencii de Lypow et nobilibus pretactis videlicet comite Paulo filio Pauli et Nicolao filio eiusdem item Stephano Nicolao et Michaele filiis Johannis nobilibus de Weyk ad nos reversi nobis .. dixerunt quod ipsi quasdam possessiones eorumdem nobilium de Weyk .. taliter inter se

divisissent, quod primo et principaliter accessissent super faciem possessionis eorum Weyk vocate et eandem per medium equaliter hoc modo divisissent, quod primo inciperent a plaga septemtrionali in vicinitate terre Lak vocate ubi sunt due mete noviter terris cumulate super dumos nucum, abhinc procedit versus meridiem in magno spacio per terras arabiles et venit ad duas metas super surculos arborum ulmi zylfa dictas terris noviter cumulatas, abhinc procedendo in magno spacio similiter per terras arabiles et transit quandam viam circa quam sunt due mete terree similiter in surculis arborum ulmi cumulate, deinde vadit adhuc versus meridiem in bono spacio venitque ad quandam terram Bogadteluke vocatam et ibi in arbore piri est una meta de novo terris cumulata, abhinc eundo ad eandem plagam venit ad quendam rivulum in cuius rivuli ripa ab utraque parte sunt due mete noviter terris cumulate, deinde in eodem rivulo flectit se versus orientem et eundo in spacio iactus duarum sagittarum et ibi exeundo de eodem rivulo incidit in magnam viam et in platea eiusdem ville Weyk venit super ostium ecclesie beati Georgii martiris et transeundo ipsam ecclesiam per fenestram sanctuarii eiusdem ecclesie exit versus plagam orientalem vaditque in medio platee eiusdem ville ad iactus trium baculorum et exit de ipsa platea ibique est una meta terrea, abhinc flectit se iterum versus meridiem venit ad ripam fluvii Karasou et ibi est in surculo arboris silicis meta terrea, abhinc ad eandem plagam transit ipsam aquam inter duo molendina vadit super clausuram ipsius aque et ibi ex alia parte ipsius aque terminatur, et illa pars que est ab oriente cum fundis curiarum ipsius ville Weyk insulis terris arabilibus silvis et aliis utilitatibus omnibus cessisset in porcionem comitis Pauli et Nicolai filii sui antedictorum, alia vero pars que est ab occidente similiter cum omnibus utilitatibus predictis cessisset in porcionem Stephani Nicolai et Michaelis predictorum . . utilitates autem et reditus aque Karasou ubicunque possessionis eorum tangit communiter et equaliter percipient et possidebunt, abhinc accessissent super faciem possessionis eorum Sedfeu vocate ultra ipsam aquam Karasou quam ad duas partes per medium ville hoc modo equaliter divisissent, quod prima meta

incipit ab oriente in arbore nucis ubi est meta terrea terris cumulata et descendit in medium ipsius ville ad quendam fontem scarturientem et transiendo rivulum ipsius fontis flectit se versus occidentem et venit ad quandam arborem pomi et est ibi una meta terrea ibique terminatur, cuius medietas a parte aque Karasou cessisset in porcionem comitis Pauli et filii sui alia vero medietas a meridie cessisset in porcionem filiorum Johannis predictorum, et post hec accessissent super faciem terre eorum Turmas vocate quam similiter ad duas partes hoc modo divisissent, quod prima meta a septemtrione incipit in latere montis super arborem nucis et ibi est una meta terrea, abhinc transit ipsam vallem per medium in latere venit ad quandam arborem nucis que est in latere alterius montis et ibi est una meta terrea ibi terminatur, cuius medietas a parte orientali cessisset in porcionem comitis Pauli et filii sui alia vero medietas ab occidente in porcionem filiorum Johannis prenominatorum cessisset, abhinc accessissent super faciem possessionis eorum Scepse vocate quam per medium ipsius ville hoc modo divisissent, quod prima meta ab oriente inciperet super quandam arborem quercus cherfa dictam et ibi est una meta terrea, abhinc similiter per medium ville in latitudine transit ipsam villam et exeundo de ipsa villa ascendit ad latus alterius montis et venit ad quandam arborem borkolchafa dictam et ibi est meta terrea ibi terminatur, cuius medietas a meridie in porcionem comitis Pauli et Nicolai filii sui alia vero medietas a septemtrione in porcionem filiorum Johannis cessisset predictorum, post hec autem accessissent super faciem terre seu possessionis eorum Pauli vocate quam per medium ville in longitudine a lo (co castri) Woszeghvara dicti incipiens in magna via descendit ad quendam fontem pro meta signatum in cuius fontis rivulo descendit usque ad aquam Karasou ibi terminatur, cuius medietas ab oriente in porcionem comitis Pauli et Nicolai filii sui alia vero medietas ab occidente in porcionem filiorum Johannis cessisset predictorum, verum quia ipsa terra (. . . . . .) nemoribus et vepribus condensata extiterat et ex novo per populos eiusdem ville et aliarum villarum Scepse Turmas et Sedfeu vocatarum purgata extiterat ob hoc taliter super hoc concordassent et concordaverunt co-

ram nobis quod quilibet iobagio cuiuslibet eorum terram suam per se purgatam *irtvan* dictam ortum et vineas suas in cuiuscunque porcionem ipsorum cessisset non obstante eo quod ipse alterius partis iobagio extiterit libere possidebit et fructus suos ac utilitates percipiet absque contradiccione aliquali, ceterum dixerunt quod terras arabiles predicte ville Pauli vocate iuxta fluvium Karasou ab ipsa villa Pauli incipiendo usque ad vicinitatem terre Sedfeu vocate in quali et quanta quantitate cessisset in porcionem predictorum filiorum Johannis ex alia parte ipsius ville ab oriente iuxta eandem aquam usque ad terminos terre Bodyla vocate in eadem et in quanta quantitate terre videlicet arabiles cessissent in porcionem comitis Pauli et filii sui predictorum, ceterum fenetum eorum iuxta eandem villam Pauli ad eandem villam pertinens similiter ad duas partes divisissent quarum medietas quam idem comes Paulus elegerit ipsius et filii sui alia vero medietas filiorum Johannis cessisset in porcionem, et post hec accessissent super faciem terre eorum Bodylia vocate quam similiter ad duas partes in latitudine divisissent incipiendo a septemtrione in arbore nucis ubi est meta terrea, abhinc ascendit ad montem versus ecclesiam et super campanile ipsius ecclesie vadit per medium eius versus orientem venitque ad fenestram sanctuarii pro meta sumtam ibi terminatur, cuius medietas a septemtrione comiti Paulo et Nicolao filio suo alia vera medietas loci ipsius ville a meridie in porcionem filiorum Johannis similiter cessisset predictorum, ceterum fundum curie quem ante ecclesiam circa cimiterium ad duas partes divisissent quarum una pars que est ab oriente comiti Paulo et filio suo alia vero medietas eisdem filiis Johannis prope ecclesiam existencia cessissent in porcionem, post hec accessissent in villam Peturd vocatam quam similiter ad duas partes equales divisissent incipiendo a fenestra super altaris ecclesie pro meta signata, abhinc vadit per medium eiusdem ecclesie sancti Petri et exit super campanile eiusdem versus occidentem et it per ipsam villam declinatque versus aquilonem descendit autem in ortu cuiusdam hominis et ibi in orto sunt due mete terree quarum in una est dumus salicis, abhinc descendit ad fluvium Karasou iuxta quem sunt due mete terree et ibi in

medio ipsius aque declinat se contra cursum ipsius aque ad iactum unius sagitte et venit ad arborem salicis magnam in medio ipsius aque existentem pro meta signatam de qua transit ipsam aquam versus occidentem et incidit in quandam semitam in qua per terras arabiles vadit ad quandam magnam silvam et iuxta eandem silvam circa ipsam semitam est arbor silicis thulfa dicta terris pro meta cumulata ibi terminatur, et illa pars que est ab oriente et aquilone cum omnibus terris arabilibus in porcionem comitis Pauli et Nicolai filii sui alia vero pars que est a meridie et ab occidente similiter cum omnibus terris arabilibus ab utraque parte ipsius aque cessisset in porcionem filiorum Johannis predictorum, deinde accessissent super terram seu possessionem Mark vocatam et ipsam villam in longitudine divisissent ad duas partes equales quarum una pars que est ab occidente cum terris arabilibus silvis fenetis nemoribus et aliis utilitatibus cessisset comitis Pauli et filii sui alia vero pars que est ab oriente similiter cum omnibus utilitatibus predictis filiorum Johannis cessisset in porcionem predictorum, cuius quidem divisionis prima meta incipit circa ramum aque Karasou Karasoaga dictum a septemtrione et ibi est meta terrea, abhinc procedit versus meridiem per medium ipsius ville et exeundo de ipsa villa venit ad unum campum Zekmezeu dictum ibi est meta terrea, abhinc declinat versus orientem et vadit per terras arabiles divertendo se huc et illuc in magno spacio et venit ad latus cuiusdam silve et in latere ipsius silve circa quandam viam ex utraque parte in surculis duarum arborum thulfa dictarum sunt due mete terris cumulate, abhinc in eadem via per silvam eundo in magno spacio in arboribus cruce signatis venit ad quendam lacum Wzwyze vocatum et ibi circa ipsum lacum sunt due mete in surculis duarum arborum thulfa dictarum terris cumulate et ibi terminatur, una pars comiti Paulo et filio suo alia pars filiis Johannis antedictis ut premittitur cessisset in porciones, post hec accessissent super faciem terre seu possessionis eorum Razlou vocate quam similiter in duas partes in latitudine per medium divisissent cuius medietas ab oriente in porcionem comitis Pauli et filii sui alia vero pars ab occidente cessisset in porcionem filiorum Johannis predictorum .. cuius quidem

terre meta primo incipit ab aquilone in medio ville et ibi est una meta terrea et transeundo ipsam villam per latitudinem venit versus meridiem circa aquam Karasou et ibi in surculo cuiusdam arboris salicis est meta terris cumulata et ibi terminatur, abhinc accessissent super quandam terram Kysfolud vocatam quam ad duas partes per medium cum quadam particula terre iuxta eandem villam ab occidente habita divisissent, cuius medietas a meridie comiti Paulo et Nicolao filio suo alia vero medietas a septemtrione cessisset in porcionem filiorum Johannis prefatorum, cuius divisio et distinccio per istas metas hoc modo ostenderetur quod prima meta incipit ab oriente iuxta ortum ipsius ville et ibi sunt due mete terree, abhinc inter duas curias ascendit in ipsam villam versus occidentem et in medio ipsius ville divertit se parum in spacio latitudinis unius curie et abhinc declinat inter duas curias versus occidentem et transit ipsam villam circa quandam viam ubi sunt due mete terree, deinde eundo per terras arabiles versus eandem plagam in magno spacio venit ad aquam Karasou ubi sunt due mete terree in quarum una est arbor pomi et in alia ulmi zylfa dicti ibique terminatur, ita tamen quod porcio predictorum filiorum Johannis protendit usque ad quandam arborem piri chakankurtuele dicti et non ultra et ab ipsa arbore flectit se ad aquam antedictam, post hec accessissent super faciem terre seu possessionis eorum Zunduch vocate quam similiter ad duas partes per medium divisissent cuius medietas ab occidente in porcionem comitis Pauli et Nicolai filii sui alia vero medietas ab oriente filiorum Johannis predictorum cessisset in porcionem, et quia porciones eorumdem filiorum Johannis arbores fructuum non habebant ob hoc de quodam orto nucum in porcionem ipsius comitis Pauli cedente et existente quinquaginta arbores nucum eisdem Stephano Nicolao et Michaeli filiis Johannis assignassent, residuas vero et reliquas arbores nucum et fructuum in equales duas partes divisissent quarum medietas a meridie in porcionem comitis Pauli et filii sui alia vero medietas a septemtrione in porcionem filiorum Johannis cessisset sepedictorum, ceterum omnia feneta eiusdem terre Zunduch vocate similiter ad duas partes divisissent quarum medietas a meridie in porcionem

comitis Pauli et filii sui alia vero medietas a septemtrione filiis Johannis cessisset in porcionem, item omnia feneta in terris Kysfolud et Bodyla existencia ad duas partes divisissent quarum medietas uni alia medietas alteri cessisset in porcionem, hoc non pretermisso quod omnes insulas ad istas quatuor villas Kysfolud, Pauli, Razlo et Bodyla pertinentes communiter ipsi possidebunt et utilitates earum percipient equaliter inter ipsos et quod in hanc divisionem super predictis possessionibus factam partes predicte coram nobis astando inviolabiliter assumserunt observare. Datum die dominico proximo post festum beati Barnabe apostoli, anno domini M° CCC° XXX°.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 572. 31. dipl. lt. 2617. Közli: Vincze Gábor.

424.

1330. Visegrád, jun. 24. I. Károly király a nyitrai káptalant kiküldi, hogy Lövő Dénes fiát Dezsőt a Nesicze birtokból kiszakított Pohoban nevű birtokrészbe iktassa be.

Karolus . . rex . . capitulo ecclesie Nitriensis . . noveritis quod accedens ad nostre maiestatis presenciam Desew filius Dionisii dicti Leueu fidelis aule nostre iuvenis quandam terram seu terre particulam de possessione sua Nesice vocata dispertitam olim et alienatam nuncque ad placitum possessoris Pohoban vocatam in comitatu Nitriensi prope fluvium Radusna adiacentem dicens ipsam fore hominis sine herede decedentis et ex eo iure nostre collacioni pertinentem pro suis serviciis a nobis sibi dari postulavit, verum quia de qualitate et quantitate ipsius terre et utrum nostre collacioni pertineat nec ne, nobis non constat veritas, fidelitati vestre damus in mandatis quatenus cum Barnaba de Zyly vel Janka de Gyos altero absente homine nostro vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum coram quo idem accedat super faciem terre prenotate et convocatis commetaneis reambulet eandem per metas antiquas ac reambulatam statuat predicto Desew

perpetuo possidendam si non fuerit contradictum contradictoribus ad nostram evocatis presenciam contra eundem ad terminum competentem, et post hec tocius facti seriem cum nominibus citatorum et cursibus metarum nobis rescribatis. Datum in Wissegrad, in festo beati Johannis Baptiste, anno domini M° CCC° tricesimo.

A nyitrai káptalannak 1330. julius 26-diki átiratából ; l. alább.

425.

1330. jun. 28. A székesfehérvári káptalan előtt I. Károly király megbizottja által Sóskút nevű Fehér vármegyei birtokot a Csák nemzetségből való Gurke fiával Pállal ennek verebi birtokáért elcseréli.

Nos capitulum ecclesie Albensis . . significamus . . quod Paulo filio Gurkee de genere Chaak ab una, item magistro Thoma filio Petri castellano de Choukakw pro . . Carolo . . rege . . de mandato speciali parte ab altera coram nobis constitutis dictum extitit concorditer per eosdem, quod idem Paulus quamdam possessionem in Souskuth hominis sine heredum solacio decedentis in comitatu Albensi existentem ex hoc de iure et de facto ad regie maiestatis collacionem pertinere fore et magis necessariam et utilem conspexisset, ipse quidem dominus rex e converso quamdam possessionariam porcionem hereditariam ipsius Pauli in possessione Vereb existentem pro se in castro suo esse placidam et utilem extimasset, ideo . . tale concambium per mutacionis possessionarie inter se alternatim fecissent et ordinassent . . quod idem Paulus predictam porcionem possessionariam et hereditariam Vereb vocatam cum suis utilitatibus . . sub iis metis et integritatibus quibus eam ipse Paulus et sui progenitores tenuerunt et possederunt dedit . . domino regi . . perpetuo et irrevocabiliter possidendam . . ipse siquidem dominus rex predictam possessionem suam in Souskuth existentem cum omni plenitudine sui iuris et integritate ea quoque metarum circumdacione et terminacione

quibus ad eum pertinuit predicto Paulo et suis heredibus in permutacionem dicte possessionis sue dedisset.. similiter perpetuo et irrevocabiliter possidendam .. Datum feria quinta videlicet in vigilia beatorum apostolorum Petri et Pauli, anno domini M° CCC° XXX°.

A káptalan töredezett pecsétjével; eredetije a gr. Csáky cs. lőcsei lban.

426.

1330. jun. 29. A győri káptalan I. Károly király parancsára a bakonybéli convent pecsétjéről a teljesített vizsgálat után jelentést ad.

.. Carolo .. regi .. capitulum Jauriensis ecclesie .. litteras excellencie vestre .. recepimus hunc tenorem continentes: Karolus .. rex .. capitulo ecclesie Jauriensis .. fidelitati vestre .. mandamus quatenus vestrum detis hominem pro testimonio fidedignum coram quo Emericus de Pech homo noster sciat et inquirat super omnimodam veritatem, si conventus de Beel habuerit sigillum cuius vigore comprovinciales sui uti possent in causis eorum prosequendis quem admodum litteras aliorum conventuum, et prout veritas vobis de hoc constiterit nobis fideliter rescribatis. Datum in Vissegrad, die dominico proximo post festum Ascensionis domini, anno eiusdem Millesimo trecentesimo tricesimo. Nos igitur .. cum predicto Emerico de Pech homine vestro nostrum misimus hominem videlicet Paulum sacerdotum chori nostri .. qui demum ad nos reversi .. affirmarunt quod a nobilibus comitatus Vesprimiensis et Jauriensis videlicet magistro Johanne filio Thome de Pok, item Zunkur Nicolao et Petro filiis comitis Hectoris de Dalka, item Matheo filio Lamperti de genere Papa, item Ladizlao filio Salomonis de Thakach, item Joanne filio Arnoldi de Koach, item Andrea de Ganna, item Joanne et Dominico filiis Laurencii, item Dominico filio Karachini et Iwanka de Thewel, item Anthonio filio et Joanne de Saul, item Petheu Clementino et Deseu de Bedege, item magistro

Johanne castellano de Wgud, item Andrea Johanne et Beke de Sancto Johanne, item Johanne filio Dyonisii de Vduorsuk, item Nicolao de Reed, item Johanne filio Lourandi de Zerk, item Paulo dicto Feyr et Gogano, Aniano ac Pese de Gerencher et aliis quamplurimis nobilibus et ignobilibus talem in premissis certo certocius (így) scivissent veritatem quod dictum monasterium beati Mauricii de Bel fuerit locus conventualis a multis temporibus retroactis utens sigillo proprio ad modum et statum conventuum aliorum. Datum tercio die post festum beati regis Ladizlai, anno superius annotato.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije a pannonh. főapátság ltban, Capsa 48. V. v. Közli: Stachovics Remig.

427.

1330. jul. 1. Az egri káptalan I. Károly királynak jelenti, hogy Csetneki Jánosnak és testvérének, továbbá Bebek Domokos fiainak két oklevél tartalmát megmagyaráztatta.

Nos capitulum ecclesie Agriensis damus pro memoria, quod magister Johannes filius Benedicti filii Detrici de Chythnuk pro se et pro Petro fratre suo item pro Stephano et Georgio filiis Dominici dicti Bebek fratris sui ad nostram personaliter accedendo presenciam exhibuit nobis litteras domini regis hunc tenorem continentes: Karolus . . rex . . capitulo ecclesie Agriensis . . cum propter obitum Dominici dicti Bebek Stephanus et Georgius filii eiusdem, item Johannes et Petrus fratres sui continencias litterarum vestrarum clausarum sigillo vestro consignatarum ignorent et per hoc ipsis defraudacio et decepcio possit evenire, fidelitati vestre precipientes mandamus quatenus litteras vestras clausas sigillo videlicet vestro consignatas quas iidem filii Dominici item Petrus et Johannes fratres sui vobis exhibebunt dissolventes aperiatis continenciasque earumdem ipsis seriose exprimentes et exponentes reclusas sigillo vestro consignetis et eisdem restituatis, secus non facturi. Datum in Vysegrad, in festo Corporis Christi, anno domini M° CCC°

XXX°. Nos igitur . . duas litteras nostras clausas sigillo nostro consignatas unam videlicet inquisitoriam aliam vero expeditoriam per prefatum Johannem filium Benedicti nobis exhibitas aperuimus dissolventes continenciasque earumdem de verbo ad verbum exprimentes et exponentes iterato recludendo et sigillo nostro iuxta preceptum ipsius domini regis consignando restituimus magistro Johanni prenotato. Datum in octavis Nativitatis beati Johannis Baptiste, anno supradicto.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 1535. 37. dipl. lt. 2603. Közli: Vincze Gábor.

428.

1330. jul. 3. A pozsonyi káptalan előtt Werkenyei Zoránd fia Péter egy rétet és egy szigetet három pozsonyi polgárnak elzálogosít.

In secunde autem littere tenore capituli Posoniensis (feria tercia proxima ante octavas apostolorum Petri et Pauli beatorum anno domini M° CCC° tricesimo emanate) reperieramus eo modo quod Petrus de Werkenye filius Zorardi personaliter coram ipso capitulo constitutus terciam partem de prato feni ipsorum videlicet partem eum contingentem et terciam partem insule vulgariter Ayerfeulde vocate illam partem que ipsum contingere dinosceretur de consensu et beneplacito Laurencii filii Martini et Petri filii Valentini de eadem Werkenye proximorum suorum qui personaliter astitissent coram capitulo Posoniensi . . Stephano dicto Trefenkes proximo suo Petro filio Markalphi et Nicolao filio Jacobi civibus Posoniensibus a festo beati Jacobi apostoli tunc proxime venturo per spacium trium annorum cum omnibus dictarum parcium utilitatibus possidendas pro quindecim marcis denariorum wiennensium plene ab eisdem habitorum pignori obligasset.

A pozsonyi káptalannak 1354. junius 27-iki átiratából Széchi Miklós országbíró 1358. jul. 20-án kelt ítéletlevelében, melynek eredetije megvan az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 358. 30. dipl. ltár: 4583. Közli: Vincze Gábor.

429.

1330. Visegrád, jul. 11. I. Károly király a Kenéz fiai és özvegye által Elefánti Mátyás birtokán elkövetett hatalmaskodás megvizsgálására a pozsonyi káptalant kiküldi.

Karolus . . rex . . capitulo ecclesie Posoniensis . . Mathias de Elephant dicit nobis quod filii Kenez quondam et domina relicta eiusdem in festo beati Johannis Baptiste proxime preterito in proprio prato suo duodecim boves et duos equos suos propria auctoritate et potencia auferri per suos famulos fecissent indebite, item quod eadem domina et filii sui predicti feria tercia proxima post festum beati Johannis predictum viginti duos equos suos in prato ad castrum de Semptey pertinente a magistro Laurencio castellano de eadem Semptey precio hoc anno comparatos per eum cum homine comitis Posoniensis fecissent auferri sine causa, super quo fidelitati vestre precipiendo mandamus per presentes quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum coram quo Michael de Zowor vel Laurencius de eadem altero absente homo noster sciat et inquirat de premissis omnimodam veritatem et post hec prout veritas vobis constiterit de his nobis in vestris litteris rescribatis. Datum in Wyssegrad, feria quarta proxima post quindenas festi beati Johannis antedicti, anno domini M° CCC° XXX°.

A pozsonyi káptalannak 1330. aug. 28-kán kelt, s I. Károlyhoz intézett jelentéséből, mely szerint a káptalan tudatja a királylyal, hogy: »cum Laurencio homine vestro misimus Johannem rectorem ecclesie de Suur«, kik a teljesített vizsgálat után a panaszt valónak lenni tapasztalták; a káptalan jelentése megvan eredetiben az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 1671. 37. dipl. ltár : 2621. Közli : Vincze Gábor.

430.

1330. jul. 13. A garam-szent-benedeki convent Fekete Andrást Nádasd nevü Trencsén vármegyei birtokba beiktatja.

Conventus ecclesie monasterii sancti Benedicti de iuxta Grom . . ad universorum noticiam volumus pervenire, quomodo nos ex mandato seu precepto . . Karoli . . regis . . unacum Ladislao de Hachafew homine regio in eisdem litteris nominatim specificato . . Andream Morua nostrum presbiterum unum ex nobis ad peragenda infrascripta nostro pro testimonio duxissemus destinandum, qui demum ad nos reversi nobis concorditer retulerunt, quod idem homo regius presente ipso nostro testimonio octavo die festi beatorum Petri et Pauli apostolorum proxime nunc preteriti et aliis diebus ad id sufficientibus ad faciem possessionis Nadasd vocate in comitatu Trenchiniensi habite erga manus Andree nigri de eadem existentis vicinis et commetaneis eiusdem universis illic legittime convocatis et presentibus accedendo statuissent et reliquissent eandem prefato Andree in metis infradeclarandis, cuius terre ville commetanee sunt hec: ab oriente villa Egedhazasnadasd (így) cum qua tenet metam melpathak vocatam, inde tendit ad quendam montem qui vulgo Thrudovachehora nuncupatur ubi habet metam cum Eghazasnadasd, per aciem eiusdem montis currendo cadit in quoddam rivulum qui Zuhapruzinka dicitur quem saliendo ascendit quandam vallem Klochochwald in quo ascendendo pervenit ad unum fontem. inde tendit ad quandam petram currendo pert (. . . .) berch cadit in aquam Pruzinka vocatam, saliendo pervenit in rivulum qui vulgo Moschapathaka dicitur, ascendendo pervenit ad unum fontem ubi tenet metam cum profuma, inde tendit per unum berch, currendo per (. . . . . . .) eiusdem pervenit ad montem qui vulgo (Haab) dicitur inde ad (Peonam) coram Badowky vocata, inde declinando saliendo aquam Belos ascendendo montem qui vulgo Lisidal dicitur per aciem eiusdem currendo ascendendo supremitates vallium, inde ad unum rivulum Zuhanos vocatum ad unam petram que veresky dicitur ubi tenet metam

cum Zlehow, currendo per silvam (Ymor) ubi tenet metam cum villa Maythen tendendo per unum berch in superficie vallis Jeseunadolina vocata ubi tenet metam cum Maythen, inde per aciem unius montis que Hedyesmalnicha dicitur declinando pervenit ad unum rubetum seu virgultum ubi tenet metam cum terra Belos, saliendo viam cum qua iret in castrum Kassa currendo directe per aciem ad unum parvum montem, inde ad quasdam spinas ubi est fons, inde per vallem Somorye vocatam tendendo ad pratum Kerekreth vocatum ubi est fons ubi habet metam cum Zolopna, declinando per rivulum cadit in aquam Kysnes nuncupatam, saliendo aquam Belos ascendendo montem ubi habet metam cum Leskow qui mons Deel nuncupatur ubi meta terrea, inde ad fontem in quo est rakathyabokor, inde in viam publicam cum qua itur in Bistriam tendendo usque Nadasd per quendam rubetum cadit iuxta (. . . . . .) metam ibique omnia terminantur . . Datum octavo die termini prenotati, anno domini M^{o} CCC^{o} XXX°.

Függő pecsét nyomaival; eredetije Fekete Gyula birtokában Házas-Nényén. Közli: Pesty Frigyes.

431.

1330. Visegrád, jul. 15. Pál országbiró Kárászi László Deveser nevü birtokát a Puryni Miklóson elkövetett hatalmaskodás birsága fejében lefoglaltatja.

Nos comes Paulus iudex curie . . domini Karoli . . regis . . significamus . . quod cum ab incarnacione domini Millesimo CCC^{o} tricesimo in octavis festivitatis beati Georgii martiris tronum iudiciarie potestatis favente cunctipotentis clemencia annuenteque ipso domino nostro rege omni plenitudine potestatis nobis commissum sedissemus et quibuslibet litigantibus iuxta exigenciam suarum causarum iuris moderamine congruente discussum et deliberacionem faceremus nobilis vir comes Nicolaus filius Vrbanus de Puryn in medio aliorum causancium consurgendo nobis litteras citatorias evocacionales et proclamatorias conventus de Lelez capitulorum Agriensis et

Scepsiensis ecclesiarum ac nostras multifarios modos citacionum evocacionum et proclamacionum ac iudiciorum continentes, que singillatim iudiciarie deliberacionis moderamini apposite causalis sui processus tenores explicans sua nobis serie declarabant, nosque iusticia congruente ad faciendam vindictam in malemeritos consurgere mandati dominici doctrina nostris instillans auribus: iuste, inquam, iudicate filii hominum iudiciaria auctoritate transgressorum insolencias reprimere et insoncium ac innoxiorum preconia extollere instigabant in hac forma, ut cum anno domini Millesimo CCC° XX° octavo Ladislaus filius Alexii de Karaz pro potenciaria ablacione duorum equorum ipsius comitis Nicolai de Puryn primo ad octavas Johannis Baptiste secundo ad octavas beati Michaelis archangeli tercio ad octavas Strennarum quarto ad octavas Penthecostes quinto ad quindenas beati Jacobi apostoli sexto ad octavas beati Michaelis archangeli anno domini M° CCC° XX° nono et septimo ad quindenas Epiphanie domini anno subsequenti successive preteritas legitime citacionis modo per ipsum comitem Nicolaum de Puryn ad regiam presenciam in causam attractus non venisset nec aliquem pro se destinasset et sic diversorum iudiciorum se gravaminibus innodasset, denique quia iuxta regni approbatissimam consvetudinem non alique cause solis citacionibus possint terminari nisi evocacionibus possessionariis introduccionibus immixte et proclamaciones consequantur, cum nos prescriptum comitem Nicolaum de Puryn in possessionariam porcionem dicti Ladislai filii Alexii in Karaz ipsum contingentem quindecim diebus permansurum victuique solum necessaria recepturum intromittendo iam nominatum Ladislaum filium Alexii de omnibus premissis iudiciis satisfacturum et de predicto facto principali peremtorie responsurum ad diem medii Quadragesime anno tunc subsequenti evocari fecissemus, sepedictus Ladislaus filius Alexii spiritu ductus rebellionis venire aut aliquem pro se transmittere non curasset; nempe premissis sic peragratis volentes adhuc eundem Ladislaum filium Alexii a proposito premisse sue rebellionis per viam iudiciarie misericordialis amonicionis ad iuris tramitem invitare scribendo predicto honorabili capitulo Scepsiensi per Johannem filium Jakow hominem do-

mini regis sub testimonio iam dicti capituli Scepsiensis in tribus foris comprovincialibus in comitatu de Zabowch scilicet in proxima ebdomada post festum Pasce domini in Waradino et in Powch et in Kallow ut de omnibus premissis et iudiciis quibus dinoscitur fore aggravatus satisfacturus et de facto principali peremtorie responsurus compareret alioquin ipsius cause discussionem tali moderamine deliberaremus quod amplius sua contumacia et rebellionis importuna presumcio in suum accresceret derogamen cum omnes iudiciarie auctoritati rebellantes ruinali detrimento corrigantur et iudiciarii rigoris vindicativo gladio edomentur prout per ipsius capituli Scepsiensis litteras informabamur ad octavas beati Georgii martiris publice fecissemus proclamari, ipse Ladislaus filius Alexii animo rebellionis indurato venire aut aliquem pro se non curavit destinare, sed ut hic posset suos excessus subtilius occultare in sue culpabilitatis indicium se penitus absentavit, cum itaque nos baronum et nobilium regni inducti consilio ad ipsius comitis Nicolai de Puryn iura et preconia excellenda ipsius siquidem Ladislai filii Alexii maleficia reprimenda ne tante importunitatis contumacia tantave iudiciorum gravamina transirent impunita, iudiciaria auctoritate insurgentes memoratum Ladislaum filium Alexii privatis suis omnibus proprietatibus possessionariis et in manus dicti comitis Nicolai de Puryn sui adversarii in tercia parte pro premissa ablacione duorum equorum suorum in duabus vero partibus nostris manibus iudiciariis iuris ordine applicatis svadente in sentencia capitali iudiciaria auctoritate condemnando ad statucionem premissarum possessionum ipsum Ladislaum filium Alexii ubilibet contingencium prefato Nicolao de Puryn in tercia parte et nobis in duabus partibus faciendam, ob maioris iusticie evidenciam prenominato capitulo Agriensi amicabiliter litteratorie scribendo eorum amiciciam postulassemus ut hominem eorum pro testimonio fidedignum transmitterent quo presente Nicolaus filius Demetrii homo domini regis ad faciem universarum possessionum ipsius Ladislai filii Alexii ubilibet existencium et specialiter ad possessionariam porcionem in Karaz ipsum contingentem accederet et easdem vicinorum et commetaneorum earum universorum legitimis convocacionibus

factis per veteres et antiquas metas reambulando regni consvetudine exigente deum pre oculis habendo unacum aliis probis viris estimaret et facta estimacione duas partes earumdem nostris manibus iudiciariis terciam vero partem manibus ipsius comitis Nicolai de Puryn offensam pacientis applicaret universisque cognatis proximis vicinis et commetaneis ac generacionibus ipsius Ladislai filii Alexii quorum redemcioni eedem possessiones convenirent publice et manifeste ubique in provincia de Zabowch promulgaret ut quicunque ex ipsis easdem possessiones in eodem valore quo estimate fierent redimere vellent in termino per ipsum hominem domini regis sub testimonio dicti capituli Agriensis ad redimendum easdem coram domino rege comparerent alioquin memorates possessiones in duabus partibus nobis in tercia vero parte ipsi comiti Nicolao perpetuaremus irrevocabiliter possidendas, post hec tocius premissi facti seriem cum cursibus metarum quantitatibus estimacionum termino assignato nominibus hominum easdem possessiones se redimere asserencium idem capitulum Agriense amici nostri in eorum litteris ad eundem terminum rescriberent regie maiestati, tandem idem capitulum Agriense amici nostri prefatum Nicolaum filium Demetrii hominem regium sub testimonio eorum in die festivitatis Nativitatis beati Johannis Baptiste nunc preterito ad possessionariam porcionem prefati Ladislai filii Alexii in possessione Dewecher vocata ipsum contingentem accessisse et eandem vicinorum et commetaneorum eiusdem possessionis Dewecher ac cognatorum proximorum et generacionum prelibati Ladislai quorum redemcioni eadem porcio possessionaria convenisset legitimis convocacionibus factis et eisdem presentibus quia nullus ex eisdem commetaneis et vicinis ac generacionibus eiusdem Ladislai se redimere vel contradicere super statucione eiusdem asseruisset per veteres et antiquas metas regni consvetudine exigente cum universis utilitatibus et pertinenciis suis in duabus partibus nobis velut iudici in tercia vero parte prefato comiti Nicolao de Puryn offensam pacienti statuisse perpetuo possidendam in suis litteris rescripsit regie maiestati, nos igitur quia pretacta tercia pars ipsius possessionarie porcionis pretactum Ladislaum filium Alexii quondam in dicta posses-

sione Deuecher contingentis nullo contradictore existente ac redimere velle asserente ut pretactum est eidem comiti Nicolao de Puryn perpetuo statuta fore ex tenore dictarum litterarum capituli Agriensis reperiebatur, ideo eandem terciam partem dicte possessionarie porcionis in dicta Dewecher ipsum Ladislaum filium Alexii quondam contingentem cum suis utilitatibus et pertinenciis universis eidem comiti Nicolao de Puryn iudiciaria auctoritate adiudicavimus perpetuo possidendam . . Datum in Wyssegrad, vigesimo secundo die festi Nativitatis beati Johannis Baptiste, anno domini Millesimo CCC° tricesimo.

Függő pecsét töredékeivel; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 1535. 38. dipl. ltár: 2625. Közli: Vincze Gábor.

432.

1330. jul. 21. A somogyvári convent előtt Sokoródi Illeu, ott és Ozywag nevü helységben levő birtokrészeit Chehi Domokosra örökjoggal átruházza.

Conventus monasterii sancti Egidii de Simigio . . ad universorum (noticiam) . . volumus pervenire, quod Illeu filius Vrban de Sukroud ab una parte, magister Dominicus filius Iwan de Cheh ab altera coram nobis personaliter constituti predictus Illeu retulit . . ut quia prole seu heredum solacio domino concedente careret et idem magister Dominicus proximus suus in necessitatum suarum articulis debitum specialis dileccionis favoris et provisionis ei impendisset, ideo ipsum magistrum Dominicum in heredem sibi recepisset et filium adoptivum, denique possessionarias porciones suas in eadem Swkroud et in Ozywag ipsum iure hereditario contingentes in comitatu Simigiensi existentes cum universis earumdem utilitatibus . . ac porcione in parochiali ecclesia ad honorem sancte crucis in eadem Ozywag constructa ipsum contingenti eidem magistro Dominico . . dedisset . . iure perpetuo et irrevocabiliter possidere . . Datum sabbato proximo post festum Divi-

sionis apostolorum, anno domini Millesimo trecentesimo tricesimo, religioso viro fratre Michaele abbate prelato nostro, Symone decano, Nicolao custode, Herrico cantore, Nicolao celerario, ceterisque fratribus ibidem deo iugiter famulantibus et devote.

Függő pecsét töredékeivel; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 649. 24. dipl. ltár: 2626. Közli: Vincze Gábor.

433.

1330. jul. 26. A nyitrai káptalan I. Károly királynak 1330. jun. 24-kén kelt s föntebb 424. sz. a. közölt rendeletét átírván, Dénes fiának Dezsőnek Pohoban birtokba való beiktatásáról jelentését így folytatja:

Nos igitur .. cum eodem Janka homine vestro .. magistrum Stephanum ecclesie nostre lectorem ad exequendum premissa pro testimonio destinavimus, qui .. retulerunt quod in festo beati Jacobi apostoli proxime preterito super faciem dicte particule terre Pohoban nunc nominate de ipsa possessione Nesice olim alienate accedentes convocatis .. commetaneis eandem fore hominis sine herede decedentis et ex eo collacioni vestre excellencie pertinere ab eisdem reperissent et reambulando ipsam per metas antiquas contradictore nemine apparente statuissent eidem Deseu perpetuo possidendam, quam quidem terre particulam circumdant et seperant mete ac limitaciones infrascripte: incipit enim a rivulo qui venit et transit infra de Pozoley et currit supra versus orientem per unam viam iuxta quoddam virgultum circa metas possessionis Pozoley ad metas terreas que mete sunt erecte inter possessiones Pozoley Churmen et Pohoban, abhinc flectitur versus meridiem et in verticulo montis virgultosi currit per unam semitam que est meta inter Churmen et Pohoban et ibi currendo iungitur dicte possessioni Nesyce ad quam iungendo flectitur versus occidentem et per quandam vallem dicte possessionis Nesyce Kyralwelge vocatam cadit iterum ad ipsum rivulum qui venit ad Pozoley et sic terminantur. Datum in

crastino festi beati Jacobi apostoli festi antedicti, anno domini M° CCC° tricesimo.

I. Károly királynak 1330. augustus 8-iki átiratából; l. alább.

434.

1330. aug. 8. I. Károly király a Dénes fia Dezső részére szóló adománylevelet Pohoban birtokról jeles alakban átírja és megerősíti.

Karolus .. rex .. cunctorum noticie .. declaramus quod cum Deseu filius Dionisii aule nostre iuvenis .. quandam terram seu particulam possessionis uno nomine Nesice alio quidem Pohoban vocatam in comitatu Nitriensi habitam asserens eam fore hominis sine herede decedentis et sic nostre collacioni pertinere pro suis meritoriis obsequiis a nobis sibi dari et conferri perpetuo postulasset nosque .. capitulo ecclesie Nitriensis ut sub ipsorum testimonio Barrabas vel Iwanka homo noster prefatam terram .. statueret predicto Deseu perpetuo possidendam .. et post hec tocius facti seriem nobis rescriberent per nostras litteras mandassemus, tandem idem capitulum .. nobis rescripserunt .. (l. föntebb 433. sz. a.) Nos igitur ex tenore litterarum prescriptarum dicti capituli .. super statucione dicte possessionis eidem Deseu . . facta informati consideratis fidelitatibus et fidelium serviciorum meritis quibus nobis idem in cunctis nostris et regni nostri negociis prosperis et adversis specialiter in exercitu nostro quem cum tota gente nostra contra duces Austrie et Stirie habuimus sub castro et civitate Marhek et alias ubi fuit necesse in partibus Moravie studuit complacere et se reddere graciosum, quarum pretextu quamvis a nobis multo plura mereretur tamen in aliquam recompensacionem obsequiorum laudabilium eiusdem prefatam terram .. eidem Deseu et per eum suis heredibus .. de consilio prelatorum et baronum regni nostri dedimus .. iure perpetuo et irrevocabiliter possidendam .. Datum per manus discreti viri magistri Andree Albensis ecclesie prepositi aule nostre vicecancellarii dilecti et fidelis nostri,

anno domini M° CCC° tricesimo, sexto idus Augusti, regni autem nostri similiter tricesimo; venerabilibus . . sat.*)

Függő pecsét töredékeivel; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 1597. 27. dipl. lt. 2618. Közli: Vincze Gábor.

435.

1330. aug. 9. Pál országbíró Jurguche nevü kunt Kozári Lukács hagymási birtokába beiktattatja.

In comitis Pauli (iudicis curie regis) clausa littera (in Vissegrad nono die octavarum festi beati Jacobi apostoli anno domini Millesimo CCC° tricesimo emanata) inter cetera habebatur, quod cum Jurguche comanus Lucam filium Mathei de Kazar racione interfeccionis Leonardi filii sui in presencia ipsius comitis Pauli in causam attraxisset et contra eundem Lucam id quod ipse pretextu dicte mortis eidem Jurguche viginti quinque marcas sub obligamine in eisdem expresso solvere assumsisset et hoc mediantibus vigorosis instrumentis prout in eisdem litteris plenius continetur contra ipsum Lucam comprobasset, tandem idem Luca pro ipsis viginti quinque marcis quandam possessionem suam Hagmas vocatam in presencia ipsius comitis Pauli ipsi Jurguche dare assumsisset ipseque comes Paulus ipsam possessionem Hagmas ipsi Jurguche per regium et ipsius conventus Waradiensis homines modo et ordine in eisdem litteris plenius declaratis statui commisisset.

Szepesi Jakab országbírónak 1377. január 28-iki itéletleveléből, melynek hártyára írott eredetije megvan az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 688. 69. dipl. lt. 2630. Közli: Vincze Gábor.

---

*) L. föntebb 406. sz. a. azzal a változással, hogy János királynői tárnokmester és Dezső királynői országbíró nem neveztetnek meg, János macsói bánnak nevénél pedig a »filius Logreti« megjelölés elmaradt.

436.

1330. aug. 21. A vasvári káptalan I. Károly királynak jelenti, hogy Káldi Jánost Sitkei Lörincz fiai ellen megidéztette.

Karulo . . regi . . capitulum ecclesie sancti Michaelis de Castro ferreo . . receptis litteris vestre celsitudinis cum Simone filio Farcasi de Gerche homine vestro, hominem nostrum Nicolaum clericum chori nostri . . transmisimus qui ad nos reversi . . retulerunt quod feria secunda proxima ante festum beati Bartholomei apostoli idem homo vester presente testimonio nostro . . Johannem filium Seuerdy de Kaald in eadem possessione sua contra Emiricum et Leukus filios Laurencii de Sithke ad vestram citasset presenciam . . Datum feria tercia proxima ante festum beati Bartholomei apostoli, anno domini Millesimo CCC° tricesimo.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije a N. Muzeumban.

437.

1330. Kálló, aug. 25. Szabolcs vármegye alispánja és birótársai elött Beda királyi jobbágy bizonyos ménes dolgában Bócsi András által való kielégíttetését nyilvánítja.

Nos magister Jacobus filius Petri vice comes de Zoboch et quatuor iudices nobilium in eodem, damus pro memoria, quod sabbato proximiore post festum Bartolomei apostoli nunc preterito coram nobis Beda filius Kensen iobagio domini regis de villa Koch magistrum Andream nobilem de Bolch de perdicione et amissione suarum equaciarum misit expeditum et absolutum ut heredes Bede ne causam aliquam in successis (így) temporibus contra Andream movere possint ab nostris literis muniendo, et preterea omnes suos amissos equos idem Bede memoratus ipso magistro Andree misit consequiri. Datum in Kallo, sabbato et die et termino prenotato,

anno domini M° CCC° XXX°, et dum usque que cause vel causa inter partes essent sedati et celati.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije a N. Muzeumban, a Kállay cs. lban. Közli: Tagányi K.

438.

1330. sept. 7. Az egri káptalan elött Szölösi János Béri Tamás királyi tiszttel kibékül.

Nos capitulum ecclesie Agriensis damus pro memoria, quod Johanne filio Thome de Sceleus ab una parte et magistro Thoma de Byr officiali domini regis de Kooch ex altera coram nobis constitutis propositum extitit per eosdem et relatum, quod sopitis et sedatis omnibus causis suis hinc et inde contra sese invicem racione quorumcunque damnorum et iniuriarum usquemodo illatarum et specialiter racione duorum equorum et sex brachiorum panni de gravi dorneto Chuder iobagionis eiusdem Johannis filii Thome motis et movendis omnia que inter ipsos contingerunt per omnia sibi invicem remisissent et relaxassent.. idem nihilominus Thomas filius Johannis cause sue et citacioni quam cum homine regio sub nostro testimonio contra predictum Johannem et Chuder iobagionem suum ad octavas Nativitatis virginis gloriose iam venturas ad regiam presenciam fecerat penitus renunciando. Datum in vigiliis eiusdem festi Nativitatis virginis gloriose, anno domini M° CCC° XXX°.

Zárlatán pecsét maradványaival; eredetije a N. Muzeumban, a Kállay cs. lban. Közli: Tagányi K.

439.

1330. oct. 6. A szent-ernői káptalan előtt Pál fiai Mihály és Márton, összes fönmaradt birtokaikat Tamás fiára Thonkra szerémi nemesre örökjoggal átruházzák.

Capitulum ecclesie beati Irinei martiris . . ad universorum noticiam . . volumus pervenire, quod Michael et Martinus magistri filii Pauli filii Alexandri pro se ipsis et pro Dominico filio Dominici fratre ipsorum ab una parte, item magister Thonc filius Thome nobilis de Sirimia ex altera coram nobis personaliter constituti per eosdem Michaelem et Martinum . . extitit propositum quod quia ordine iuris dicto magistro Thonc pro quarta parte domine matris sue de possessionibus eorumdem satisfacere tenebantur et quia eciam Dominicus maior frater ipsorum in servicio domini regis contra cysmaticos pugnando seu militando . . mortuus extitisset et ipsi propter inopiam . . possessiones ipsorum in Sirimia continentes et ubicunque in Hungaria habentes bono modo regere non potuissent, tam pro dicta quarta parte tam pro linea consangvinitatis dictum magistrum Thonc eisdem in fratrem et tutorem seu procuratorem recepissent et in possessionibus eorundem quantum unus de eisdem possidet tantum eidem magistro Thonc dedissent iure perpetuo possidendas . . Johanne preposito, Demetrio cantore, Iwan custode, ceterisque canonicis in ecclesia dei ministrantibus. Datum in octavis beati Michaelis archangeli, anno domini M° CCC° tricesimo.

Függő pecséttel s felül cyrographummal; eredetije a b. Révay cs. lban, »Révay« fasc. I. 21.

440.

1330. oct. 20. Pál országbíró Jurguche nevü kunt Hagymás nevü Tolna vármegyei birtokban itéletileg megerösíti.

In littera privilegiali .. comitis Pauli (iudicis curie regis vigesimo secundo die festi beati Michaelis archangeli in anno domini Millesimo CCC° tricesimo emanata) tenorem cuiusdam littere conventus Waradiensis super legitima statucione ipsius possessionis Hagmas dicto Jurguche facta transscriptive et confirmative in se habenti inter alia adinveniebatur, quod Luca filius Mathei de Kazar ad ipsius comitis Pauli accedendo presenciam retulisset ministerio vive vocis eo modo quod ipse pro debito viginti quinque marcarum quo Jurguche comano racione homicidii Leonardi filii eiusdem comani debitor extitisset quandam possessionem suam hereditariam Hagmas vocatam in comitatu Tolnensi existentem eidem Jurguche comano statuisset perpetuo possidendam sine preiudicio iuris alieni, et ibidem in horum testimonium quasdam litteras religiosi conventus Waradiensis in dictis litteris privilegialibus de verbo ad verbum contentas ipsi comiti Paulo presentasset petens ipsum comitem Paulum humili precum cum instancia ut ipsas litteras litteris suis inseri facere et eundem racione premisse solucionis et homicidii expeditum reddere dignaretur, ipseque comes Paulus ipsas litteras de verbo ad verbum dictis litteris suis privilegialibus conscribi faciendo easdem simulcum statucione eiusdem possessionis in eisdem expressa ratificasset et confirmasset et dictam possessionem Hagmas ipsi Jurguche perpetuo adiudicasset et commisisset.

Szepesi Jakab országbírónak 1377. január 28-iki itéletleveléből, melynek eredetije megvan az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 688. 69. dipl. ltár: 2630. Közli: Vincze Gábor.

441.

1330. oct. — A pécsváradi convent előtt Jurguche kozári kun Hagymás nevü birtokát Treutul Miklós pozsonyi főispánnak elörökíti.

In littera privilegiali conventus Waradiensis (anno domini Millesimo CCC° trecesimo, mense octobris emanata) habebatur, quod constitutis personaliter coram ipso conventu Jurguche comano de Kozar ab una parte, item comite Cosma de Tupi serviente et officiali magistri Nicolai filii Johannis Treutul dicti comitis Posoniensis pro eodem magistro Nicolao domino suo ab altera, idem Jurguche comanus fuisset confessus oraculo vive vocis, quod ipse quandam possessionem suam Hagmas vocatam in comitatu Tolnensi existentem pro morte et homicidio Leonardi filii sui de parte comitis Luce filii Mathei de Kozar sibi devolutam ex consensu et beneplacito Johannis et Petri filiorum suorum tunc coram ipso conventu personaliter astancium supradicto magistro Nicolao comiti Posoniensi pro triginta duabus marcis denarorium banalium receptis integraliter ab eodem sicut dixisset vendidisset iure perpetuo; mete autem eiusdem possessionis Hagmas privilegio in eodem seriatim continentur; preterea idem comes Luca filius Mathei assumsisset, quod si in processu temporis racione memorate possessionis Hagmas adversus sepedictum magistrum Nicolaum vel posteritates eiusdem per quempiam oriretur materia quescionis extunc ipse comes Luca ab huiusmodi causa eundem teneretur expedire, quem si expedire non curaret vel non posset extunc equivalentem possessionem in quantitate et valore de possessionibus suis hereditariis dare et assignare teneretur magistro Nicolao antedicto.

Szepesi Jakab országbírónak 1377. január 28-iki ítéletleveléből, melynek eredetije megvan az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 688 : 69. dipl. ltár : 2630. Közli : Vincze Gábor.

442.

1330. nov. 8. A győri káptalan előtt Dechilin pannonhalmi várnagy Pázmán és Dorog nevű birtokait a pannonhalmi apátnak és conventnek elörökíti.

Capitulum Jauriensis ecclesie . . ad universorum noticiam . . volumus pervenire, quod nobilis vir comes Dechylinus castellanus castri sancti Martini de sacro monte Pannonie ab una parte . . frater Joannes prior conventus eiusdem monasterii beati Martini pro . . Nicolao abbate dicti monasterii beati Martini ex altera, ad nostram presenciam accesserunt et predictus comes Dechylinus quasdam possessiones Paznan et Durug vulgariter nuncupatas sub comitatu Jauriensi existentes a Johanne filio Michaelis dicti Feyes de possessione Rede comitatus Vesprimiensis et Dominico filio Joannis filii Primus emcionis titulo comparatas cum ecclesia parochiali in honore beati Emerici in ipsa possessione Paznan constructa et aliis utilitatibus . . vendidit . . prefato domino Nicolao abbati et eidem monasterio sancti Martini pro centum marcis denariorum latorum viennensium eidem comiti Dechylino plenarie persolutis perpetuo . . possidendas . . ad maioris eciam cautele remedium prelibatus comes Dechylinus literas . . Caroli regis . . et nostras quibus mediantibus easdem possessiones possederat in manus eiusdem fratris Johannis prioris nostri in presencia restituit . . Datum in octavis Omnium Sanctorum, anno domini Millesimo trecentesimo trigesimo, magistris Mathya lectore, Georgio cantore, ceterisque fratribus et dominis ecclesie nostre existentibus.

A fehér-zöld selyem szalagon függő pecsét elveszett; fölül cyrographum rajta; eredetije a pannonhalmi főapátság ltban. Capsa 12. F. Közli: Stachovics Remig.

443.

1330. nov. 29. A jászói convent Churka István fiainak Zsebes Pólyi és Fel-Ida nevü birtokaikon az Abaúj vármegyei alispán és bírótársai elött foganatosított osztályra vonatkozó oklevelet átírja.

Nos Michael .. prepositus monasterii beati Johannis Baptiste de Jazow eiusdemque loci conventus ordinis premonstratensium significamus .. quod nobiles viri scilicet Thomas Nicolaus et Johannes filii Stephani dicti Chyurka, item Georgius, Ladislaus, Petrus et Gaal filii eiusdem Thome ac Laurencius filius eiusdem Nicolai .. coram nobis constituti exhibuerunt nobis literas iudicum comitatus de Wywar, videlicet magistri Johannis filii comitis Pauli et aliorum quatuor iudicum nobilium super divisione hereditatum et possessionum ipsorum emanatas, quarum tenor talis est: Nos magister Johannes vicecomes et quator iudices nobilium de Wywar damus pro memoria, quod Thomas Nicolaus et Johannes filii Stephani dicti Churka, item Georgius, Ladislaus, Petrus et Gaal filii eiusdem Thome ac Laurencius filius eiusdem Nicolai personaliter coram nobis constituti in possessionibus ipsorum scilicet Zebus Poly et Felida vocatis ob veram dileccionem fraternitatis talem inter se nobis retulerunt perpetuam presente comite Stanizlao uno ex nobis per nos ad hoc deputato fecisse divisionem, quod possessio Zebus vocata cum omnibus suis utilitatibus .. eidem Johanni .. iure perpetuo .. possidenda prout idem Johannes eligendo assumsit, item possessio ipsorum Poly vocata cessisset eidem Nicolao cum filio suo prenotato similiter cum omnibus suis utilitatibus .. perpetuo .. possidenda prout idem Johannes eligendo assumsit, item possessio ipsorum Poly vocata cessisset eidem Nicolao cum filio suo prenotato .. perpetuo .. possidenda, item possessio ipsorum Felida nuncupata remansisset eidem Thome cum filiis suis predictis .. perpetuo possidenda, que possessio Felida vocata de possessione Poly vocata his metis infra declarandis separatur et distingitur: prima meta incipit

a parte meridionali de meta ville Dominici filii Mathei Scemcha vocate, deinde vadit supra directe versus partem septemtrionalem ad separacionem duarum viarum ubi sunt due mete terree et ibi cadit ad viam et in eadem via cedit versus eandem partem ad metam ville Gord vocate et de eadem in eadem via procedit versus silvam ad tres arbores vulgariter fenio vocatas que sunt supra locum castri sub quibus est terrea meta, post hec flectitur versus partem occidentalem cadit ad fluvium Gida vocatum et in eodem fluvio descendit versus partem meridionalem ad unum locum varabareu vocatum de ipso fluvio saliendo vadit directe ad unum puteum hidegkut vocatum, exinde vadit ad metam ville Scemcha vocate et ibi terminatur; item quia possessio Felida vocata ipsi Thome devoluta minor et infertilior esse dignoscitur et possessio Poly vocata quantitate et qualitate melior esse videbatur ut partes dixerunt unam particulam terre de ipsa possessione Poly vocata abscisam eidem Thome ad ipsam possessionem Felida vocatam addiderunt que particula terre his metis ut dixerunt circumdatur: prima meta incipit a parte meridionali de una arbore pirea subqua est meta terrea, deinde cadit in unum rivulum et in eodem rivulo vadit versus occidentem et per modicum in eodem eundo salit ad unam viam et in eadem via procedit supra versus villam Ida vocatam et cadit ad metam ville Gord vocate et de ipsa meta versus partem orientalem procedendo vadit ad metam Mykou et deinde ad modicum ad eandem partem procedendo dum venitur ad rectam partem predicte arboris flectitur iterum ad partem meridionalem ad predictam arborem piream et ibi terminatur; dixerunt eciam et assumserunt quod possessionem ipsorum Hylo vocatam et silvam in communi uterentur, et in octavis beati Michaelis archangeli nunc venturis, partes predicte accedant ad conventum de Jazow ut assumserunt et super ipsa divisione literas ipsius conventus tenentur facere emanari obligantes se quod si qua parcium non accederet ad predictum conventum in viginti marcis contra partem illic accessam convinceretur. Datum in Kuzepnemti, feria tercia proxima post dominicam Ramispalmarum, anno domini M° CCC° XXX°. Nos autem litteris in-

scriptis predictorum iudicum ad iustam peticionem ipsorum filiorum Stephani Churka dicti et nepotum eiusdem annuentes easdem . . nostris literis inseri fecimus ac nostro sigillo autentico pendenti in signum perpetuum communiri, addiicientes nichilominus idem nobiles quod ipsi ad terminum emanandarum literarum privilegialium a iudicibus assignatum ad nos ea racione non valuissent accedere quia specialiter militaturi in subsidium regis Polonie per dominum Karolum dei gracia regem Hungarie contra cruciferos prutenorum provincie cum aliis multis bellicosis fuissent destinati et transmissi. Datum in vigilia beati Andre apostoli, anno domini M° CCC° XXX°.

Vörös-zöld selymen függött pecsét töredékével; a hártya felhajtott alsó szélén egykorú írással: Privilegium Nicolai et filii sui. Eredetije a gr. Keglevich cs. lban. Közli: Pesty Frigyes.

444.

1331. jan. 1. Tivadar fiának Benedeknek fia Miklós Araniz nevü erdei térségen egy falu telepítésére engedélyt ad.

In nomine domini amen . . Nos magister Nicolaus filius magistri Benedicti filii Theodrici . . ad universorum noticiam audiencium ac legencium presens kartula devolvetur, quod vir sagax et providus nomine Martinus nostri in solercia constitutus quandam silvam in fluvio Araniz sitam ad collocandam ibidem villam more civium civitatis de Schithenik a nobis toto precum conamine postulavit . . nos vero . . de nostro maturo nostreque coniugis consilio necnon de consensu nostrorum heredum eidem ad collocandum idemque ad populandum libertatem de omni censu sed exaccione ad revolucionem idest ad spacium quatuordecim annorum relaxantes omnibus incolis ad locum dictum venientibus silvam concessimus et dedimus memoratam; in qua villa prefixo plantatori seu populatori et suis heredibus heredumque suorum successoribus curiam integram mansum liberum molendinum

ad construendum ac partem silve pro prato circa locum molendini iacente dedimus et concessimus . . nemine contradicente libere ac perpetue tenendum pariter et vendendum necnon iure hereditario possidendum, verumtamen tali vinculo innodato, quod prefati ville eiusdem censuales idest iobagiones expiratis annis memoratis nobis de quolibet manso seu lanio unum fertonem in tribus terminis munera vero et strennas utpote posse eorumdem exigit singulis annis debeant elargiri, tenus hoc in omnibus iuribus iudicandi deiudicandi liberasque decimas habendi quibus civitas Schithenik utitur habere debeant liberam et plenariam facultatem; insuper prefixis cultoribus eciam dedimus libertatem, quod porcos et scrofas eorumdem dicare nullatenus debeamus cum silve dense fructus suos videlicet glandines seu alios arboris fructus producere inolerunt; gades autem idest mete ville sepius fixte taliter distingvuntur: prima meta egreditur per vallem qui dicitur vallis cognomine sartoris, sursum ascendendo donec ad cacumen montis et quidquid est superius ad ipsos incolas pertinere dinoscitur qui vero inferius ad villam Goczel videbitur deservire, secunda meta in fluvio Zthinauawiz sursum ascendendo progrediter et quidquid est a sinistris ipsius fluvii 'sepedicta villa possidet qui vero a dextris ad villam Goczeel dinoscitur pertinere, et in hec terminantur mete ville sepius prelibate. Ut autem premissorum series robur obtineat firmitatis, presentes concessimus nostri sigilli appensione consignatas. Datum in die Circumcisionis Domini, anno domini M° CCC° tricesimo primo, kalendas Januarii.

Barna fonalon függő pecséttel; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 1535. 40. dipl. ltár: 2641. Közli: Tagányi K.

445.

1331. febr. 13. A nyitrai káptalan bizonyitja, hogy Kupusdi Mátyás a Buken fia, Miklóssal folyamatban volt ügyében a választott birák itéletének magát alá nem vetette.

Nos capitulum ecclesie Nitriensis damus pro memoria, quod cum secundum continenciam priorum literarum nostrarum memorialium Nicolaus filius Buken ab una parte et Mathias filius Mauricii de Kupusd ex altera feria tercia proxima post quindenas residencie regalis exercitus cuiusquidem residencie exercitus primus dies ut dictus Nicolaus asseruit feria quinta proxima ante dominicam septuagesimam proxime preteritam per comites Nitrienses et iudices nobilium extitisset proclamatus, Nitrie coram nobis comparare et arbitratores adducere ac se arbitrio dictorum arbitratorum et nostro super facto possessionis Iste et aliarum possessionum ac instrumentorum seu super facto iniuriosis processibus universis inter eos ventillatis usquemodo submittere et acceptare prout in literis aliis eiusdem . . regis se mutuo sub pena decem marcarum obligaverant, debuissent, ipso termino videlicet feria tercia proxima post dominicam Esto michi proxime preteritam adveniente et partes nostri in presencia personaliter constituti, dictus Nicolaus paratus fuit cum suis arbitratoribus dicto arbitrio se submittere, dictus vero Mathias dicto arbitrio se admittere noluit, asserens super eo coram suo iudice competenti videlicet domino nostro rege predicto vel palatino aut iudice curie regni vel alio iudice suo congruenti tempore et loco racionem redditurum aliis literis nostris mediantibus, dicto Nicolao cum suis arbitratoribus per totam diem coram nobis expectante. Datum in die Cinerum, anno domini M° CCC° XXX° primo.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 1671. 39. dipl. ltár : 2644. Közli : Tagányi K.

446.

1331. febr. 24. A pécsi káptalan elött Jakab kazsoki pap a margit-szigeti apáczák nevében ezek Bécz nevü birtokán a királyné tisztje Enchei János által elkövetett hatalmaskodás dolgában panaszos elöterjesztést tesz.

Nos capitulum Quinqueecclesiense memorie commendamus, quod anno domini M^{0} CCC^{0} XXX^{0} primo die dominico qua cantatur Reminiscere, Jacobus presbiter ecclesie de Kosuk vice et nomine nobilium dominarum sororum claustre beate virginis de Insula Budensi .. per modum protestacionis .. dixit, quod magister Johannes dictus de Enche vice officialis populorum reginalium quandam possessionem earumdem dominarum Belch vocatam prope ipsam possessionem Kosuk habitam propria sua auctoritate .. quarta feria .. ante dominicam predictam .. reambulasset et victualia sufficiencia recepisset super populos eiusdem ville .. cum vituperiis et aliis deturbasset iniuriis contra prohibicionem fratris Johannis procuratoris generalis dominarum predictarum. Datum die et anno prenotatis.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 27. 28. dipl. lt. 2646. Ugyanott öriztetik a somogyvári conventnek egy nappal később kiadott oklevele, ugyancsak a fönttebbi hatalmaskodás ügyben »Johannes presbiter ecclesie beati Georgy martiris de villa Igol« által a fönnemlített apáczák nevében tett elöterjesztésről, mely szerint »Johannes clericus officialis domine regine de Dalmad feria sexta post diem Cinerum« hasonló hatalmaskodást követett volna el; ez utóbbi oklevélnek eredetije megvan u. o. Mon. Pos. 53. 3. dipl. ltár: 2645.

447.

1331. Torda, febr. 28. Tamás erdélyi vajda előtt Beszterczei János Tamás beszterczei grófot Ependorf nevü birtokban történendő iktatástól tilalmazza.

Nos Thomas voyuoda transsilvanus et comes de Zonuk damus pro memoria, quod Johannes filius Johannis de Byztricia in congregacione nostra generali sabbato proximo post festum beati Mathie apostoli in Thorda celebrata surgens de medio nobilium exhibuit nobis litteras domini nostri regis patentes et privilegia quibus mediantibus possessio Ependorph vocata per eundem dominum regem collata extitit irrevocabiliter et perpetuata asserens et declarans eandem per magistrum Thomam comitem de Byztricia per regium preceptum populis de eadem Byztricia reambulari velle atque statuere, pro quo quidem Johanne universi nobiles in congregacione predicta existentes unanimiter assurgentes ipsum magistrum Thomam prohibuerunt non a reambulacione sed statucione ipsis populis de Byztricia facienda, addicientes quod si idem magister Thomas eandem reambulare voluerit et idem Johannes ipsum inhibuerit a statucione, non ad presenciam regiam sed ad nostram, cum ipsa possessio Ependorph inter possessiones ipsorum fore dinoscatur, legitime oporteret evocari eo facto, qua quidem prohibicio presente eodem magistro Thoma extitit interposita. Datum die et loco prenotatis, anno domini M° CCC° XXX° primo.

Hátlapján pecsét töredékeivel; eredetije Bethlenben, a gr. Bethlen cs. ltárában. Vesd össze: Fejér id. m. VIII. 3. 570. l. Közli: Szabó Károly.

448.

1331. mart. 9. A szepesi káptalan elött Görgei Hancz egy curiát és egy rétet Görgei Istvánnak elörökít.

Capitulum ecclesie beati Martini de Scepus .. ad universorum noticiam .. volumus pervenire, quod constitutus in nostri presencia .. Hanc filius quondam comitis Gule de Gargo ab una parte, ex alia vero comite Stephano filio Elye similiter de eadem, idem Hanch est confessus .. quod quandam curiam suam in Gargo existentem quam ab Eugenio filio Gyank de villa Latina emcionis titulo habere dinoscebatur, eandem curiam cum omnibus utilitatibus .. et cum quadam prati particula populorum de Doman adiacente que antea ipsius comitis Johannis erat, eandem vendidisset comiti Stephano filio Elye pro quindecim marcis grossorum denariorum plenarie habitis .. Datum sabbato proximo ante dominicam Letare, anno domini M° CCC° XXX° primo.

Hártyaszalagon függő ép pecséttel, fölül cyrographummal; eredetije a Görgey cs. lban.

449.

1331. Visegrád, mart. 10. Pál országbíró Boden fia Demeter és Verpeléti Nagy Leustach hütlenek birtokait Sirok várával együtt az Aba nemzetségből való Miklós fia Cheley ellenében Chenyk nevü cseh vitéznek ítéli oda.

Nos comes Paulus iudex curie .. Karoli .. regis .. significamus .. quod cum regnum Hungarie suo naturali rectore a quamplurimorum temporum retrolapsorum curriculo penitus destituto nec habente in se qui sue equitatis habenas recto tramite gubernaret ut bonis premia malis vero supplicia equa lance disponeret penitus viduatum, in memoriam sui veri regiminis nomine et omni vastitatis ergastulo principari tirranide cupiencium potencie per partes et provincias ac

membra divisionabiliter deductum extitisset, ecce divine pietatis immensitas que regum et principum regit habenas, huic miserabili regno in domo David pueri sui cornu salutis erexit quando inter mundi principes dictum dominum nostrum regem gloria et honore prudencia et potencia coronavit tirranidum vero principancium insolencias deiecit et exhausit; igitur ipsa regalis celsitudo in malemeritos iuxta exigenciam demeritorum extendens manus ulcionis cum Demetrium filium Boden tirranidis persecucionis actorem regni et regii sui diadematis notorium infidelem attestando universas possessiones eiusdem Demetrii filii Boden pro sue infidelitatis nota ac omnes possessiones Leustachii magni de Welprech a consorcio terre vivencium absque heredum solacio sequestrati humatorum contubernio applicati et requiescencium solacio agregati in quibuslibet comitatibus existentes simul cum castro Syruk vocato magistro Chenyk bohemo strenuo et fideli aule sue maiestatis militi in recompensacionem fidelissimorum obsequiorum suorum perpetuo contulisset et easdem scribens fidelibus suis honorabili capitulo ecclesie Agriensis per specialem hominem suum sub iam dicti capituli testimonio iuxta aprobatissimam regni sui consvetudinem vicinorum et commetaneorum earum universorum legitimis convocacionibus habitis per veteres et antiquas metas reambulari et si contradiccio cuiuspiam sibi non obviaret predicto magistro Chenik perpetua stabilitate statui et applicari contradictoresque in statucionibus earumdem apparentes contra ipsum Chenik ad sue maiestatis presenciam ad terminum competentem per modum citacionis evocari et seriem premissorum cum nominibus citatorum et termino assignato sue regie benignitati per ipsum capitulum Agriense rescribi facere literatorie edixisset, idem capitulum Agriense magistrum Cheley filium Nicolai de genere Aba in statucione possessionum Bura, Bochanad, Scenth, Ida, Ujfalu et Lytheri vocatarum nomine possessionum dictorum Demetrii filii Boden et Leustachii magni de Welprech prefato magistro Chenik bohemo facienda contradictorem extitisse et racionem ipsius contradiccionis anno domini M° CCC° XX° octavo contra ipsum Chenik ad terminum competentem legitime ad regiam presenciam citatum fuisse rescripserat regie maiestati;

cumque ipsa causa multipharie multisque modis per diversos terminos et consequenter ad octavas beati Michaelis archangeli anno domini M⁰ CCC⁰ XX⁰ nono iuxta complurium literarum nostrarum formam et abinde magistro Stephano notario domini regis speciali in persona ipsius magistri Chenik cum sufficientibus procuratoriis literis regalibus et memorato magistro Cheley filio Nicolai propria in persona coram nobis constitutis volentibus et petentibus partibus ad octavas beati Galli confessoris, tunc proxime sequentes sine crastinacione aliquali ad peremtoriam responsionem faciendam prorogata extitisset sub hac forma, ut ubicunque ipsa regalis benignitas in dictis octavis beati Galli confessoris presencialiter extiterit ibi presentis cause finis imponeretur, litteras autem Phylippi quondam magistri thavernicorum domine regine comitis de Scepus et de Wywar bone memorie et duas alias litteras quas idem magister Cheley capituli ecclesie Agriensis predicti fore fatebatur que in sua serie nomen seu titulum ipsius capituli non exprimebant sub capite sigilli nostri in trapellum inclusas prefatus magister Cheley in dicto termino omni occasione postposita exhiberet coram nobis tali vinculo interposito, quod si ipsas literas exhibere non posset vel alicuius occasionis colore acquisito exhibere non curaret, universas premissas possessiones a se per ipsum magistrum Chenyk recaptivatas amitteret eo facto, ad quod se idem magister Cheley spontanea obligarat coram nobis voluntate, et licet dicta causa abinde volentibus partibus modo dilatorio sub eodem statu ad quindenas diei Cinerum devenisset, tamen ipsis quindenis diei Cinerum advenientibus prenominatus magister Cheley filius Nicolai pretactas litteras sub capite sigilli nostri in trapellum inclusas nullatenus coram nobis ad iudicium curavit exhibere; unde quia ipse magister Cheley propria et spontanea sua voluntate se premisso vinculo obligarat ut si prelibatas litteras magistri Philippi quondam magistri thavarnicorum reginalium ac alias duas literas quas memorati capituli Agriensis esse proferebat nomen seu titulum ipsius capituli in se non continentes in trapellum sub capite sigilli nostri inclusas non exhiberet vel exhibere non curaret vel non posset, premissas possessiones a se recaptivatas eo

facto amitteret, et tamen in dicto terminodem magister Cheley ut pretactum est coram nobis astando easdem litteras non exhibebat nec se ipso termino exhibiturum fore promittebat, ideo prenominatas possessiones Bura, Bachanad, Scenth, Ida, Wyfolu et Lytheri vocatas ab ipso magistro Cheley recaptivatas eidem magistro Chenyk et suis heredibus iuxta spontaneam obligacionem predicti magistri Cheley iudiciaria auctoritate adiudicavimus perpetuo possidendas tenendas et habendas, salvis iuribus seu porcionibus de eisdem remanentibus que per quospiam iusto titulo possesse extitissent vel possiderentur in eisdem, amodo et deinceps pretacto magistro Cheley a possessionariis porcionibus in dictis possessionibus per ipsum habitis et possessis perpetuum silencium duximus imponendum. Datum in Wysegrad, duodecimo die quindenarum diei Cinerum predictarum, anno domini M° CCC° XXX° primo.

Pál országbírónak 1333-ban kelt átiratából, melynek eredetije megvan az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 650. 1. dipl. ltár : 2647. Közli : Kovács N.

450.

1331. Pozsony mart. 15. Pozsony vármegye főispánja Karcsai Luka fiának Petőnek Bugárfi Márton fia Gergely és szolgái ellen fönforgott ügye elítélésére határnapot tüz ki.

Nos magister Nicolaus comes Posoniensis damus pro memoria, quod nos causam quam Peteu filius Luka de Karcha iuxta tenorem literarum prorogatoriarum Petri vicecomitis nostri et quatuor iudicum nobilium contra Gregorium iuniorem filium Martini filii Bugar et Johannem Paulum Petrum ac Beel servientes eiusdem Gregorii sibi ad statuendum commissos feria sexta proxima ante dominicam Judica habebat coram nobis, ad presenciam domini nostri regis transmisimus iudicandam prout ipse dominus rex in suis literis dabat nobis in mandatis, octavas beati Georgii martiris nunc futuras coram eodem domino rege comparendi pro termino assignando,

nichilominus volumus ut quia litere domini regis predicte non continebant nec nominabant ut causam predictorum servientum ipsius Gregorii transmittamus si iidem in iudicio convincendi existant necne, eodem termino decernatur. Datum Posonii, secundo die termini antedicti, anno domini M° CCC° XXX° primo.

Zárlatán pecsét helye; eredetije a N. Muzeumban, a báró Jeszenák cs. lt.

451.

1331. mart. 27. A szepesi káptalan a Máriássy család által a Tátra hegye mellett fekvő Cetena nevü birtokról 1292-ben tett adományozásról szóló, 1308-ban átírt oklevelét újabban átírja.

Capitulum ecclesie beati Martini de Scepus .. significamus .. quod .. Menhardus plebanus de villa Sweui exhibuit nobis litteras nostras privilegiales petens nos ut easdem de novo sub testimonio nostri sigilli rescribi faceremus, cuius quidem privilegii tenor talis est: Capitulum ecclesie beati Martini de Scepus significamus .. quod accedentes ad nostram presenciam nobilis quidam Nicolaus filius quondam comitis Botiz et Johannes frater eiusdem Botyz ab una parte, Menhardus plebanus de villa Botiz, Johannes Conradus et Stephanus fratres eiusdem plebani ab altera, idem Menhardus plebanus et fratres sui antedicti quasdam litteras nostras sub sigillo nostro novo renovatas super quadam hereditate Cetena vocata sita inter villam Vylka et montes qui Thortvyl nominantur, quam sepedictus Menhardus plebanus cum fratribus suis antedictis pleno iure possidere dinoscuntur nobis exhibuerunt utraque parcium summa peticionis instancia postulantes easdem a nobis denuo confirmare, quarum quidem litterarum tenor talis est: Capitulum ecclesie beati Martini de Scepus (l. ennek 1292-ben kelt oklevelét: Hazai Okmánytár, VII. 226. lap) Predicti vero nobiles Nicolaus filius Botyz et Johannes patruus ipsius assumserunt, quod ipsi cum eorum heredibus sepedictos Menhardum plebanum

et fratres suos Johannem Conradum et Stephanum cum ipsorum heredibus in prescripta possessione prout in litteris nostris plenius continetur ab omnibus impetitoribus propriis laboris et expensis defensarent ac perpetua libertate conservarent et hec fide iuratoria firmarunt; attendentes itaque dictarum parcium peticiones fore iustas .. presentes literas eisdem concessimus sigilli nostri munimine roboratas. Datum feria sexta ante dominicam Palmarum, anno domini M° CCC° octavo. Nos itaque peticiones predicti domini Menhardi plebani de villa Sueui iustas fore considerantes .. idem privilegium .. rescribi fecimus .. Datum feria quarta proxima, ante Resurreccionem domini, anno Incarnacionis eiusdem M° CCC° XXX° primo.

Függő pecsét nyomaival; eredetije a Máriássy cs. lban, Márkusfalván, Szepes vmben.

452.

1331. Visegrád, apr. 24. I. Károly királynak Bars város részére kiállított szabadságlevele.

Nos Carolus.. rex.. significamus .. quod nos civitatem nostram Borsiensem in pristinum bonum statum redigi multitudine populorum sive hospitum decorari et libertatibus suis pristinis congratulari volentes, eo quod gloria principum in multitudine populorum augetur et accrescit, has libertatum prerogativas eidem duximus concedendas, ut universi hospites ad ipsam civitatem nostram congregati et congregandi a data presencium trium annorum libertate perfruantur et iudicem inter se eligant quemcunque voluerint de communi voluntate qui omnes causas inter ipsos emergentes iudicabit; et ville Chuturtukhel et Zombothel vocate ad locum civitatis antiquum Bors vocatum se transferre debeant moraturos, preterea comiti Borsiensi et castellano de Lewa nunc constitutis et constituendis in futurum in nullo teneantur hospites ipsius civitatis nostre subiacere; alias autem libertates dum ipsos hospites nostros multiplicari viderimus, easdem quibus cetere libere

civitates nostre gratulantur eisdem concedemus, ita nihilominus ut hospites eiusdem civitatisnostre, quanto celerius poterunt ipsam civitatem nostram municione sive opere ligneo debeant circumdare; concessimus eciam eisdem hospitibus nostris ut de lignis pro municione et opere dicte civitatis nostre undecunque deferendis tam in terra quam in aquis nullum tributum exigatur. Datum in Wysegrad, in festo beati Georgii martiris, anno domini Millesimo CCC° XXX° primo.

I. Lajos királynak 1351. jun. 26-án kelt átiratából, melynek eredetije megvan az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 872. 8. dipl. ltár: 2651. Közli: Kovács N.

453.

1331. máj. 8. Esztergom város bírája és eskütt társai előtt Boroni Egyed comes s ennek neje és leánya, Perthold királyi orvosnak egy szőllőt elörökítenek.

Comes Nicolaus filius Baldini iudex, comes Gehan filius Mauricy, comes Nicolaus filius Michaelis, comes Stephanus filius Godini, magister Thomas filius Kunchel, Stephanus filius Gilethy, Georgius filius Rubini, Stephanus filius Hurnicy, magister Anda, Stephanus filius Hermani et Stephanus filius Nigram iurati ceterique cives de Strigonio .. ad universorum noticiam .. harum serie volumus pervenire, quod comes Egidius dictus de Boron ac domina Elisabeth consors eiusdem nec non Katharina filia sua .. dixerunt .. quandam .. (vineam) Burkuth vocatam in territorio Strigoniensi super facie terre Strigoniensis ecclesie capituli sitam retro ecclesiam sancti Dominici confessoris in vicinitate vinearum comitis Stephani filii Nigram a parte septemtrionis, et magistri Gehan pistoris a plaga orientis contiguam et existentem cum omnibus utilitatibus .. dedisse .. seu vendidisse quinquaginta marcis argenti mercimonialis provido viro et honesto magistro Perettoldo medico domini nostri regis .. iure perpetuo .. possidendam .. et habendam .. insuper prefatus comes Egidius dictus de Boron ac honesta domina Elisabeth consors sua nec non Ka-

tharina puella filia sua .. assumserunt predictum magistrum Perettoldum medicum et suos heredes .. in possessione premisse vinee .. conservare nec non ab omnibus racione predicte vinee inquietare .. volentibus et specialiter ex parte magistri Petri filii Martini quondam sponsi Thome Strigoniensis ecclesie archiepiscopi bone memorie ac Petri alterius filii (......) videlicet sponsi predicte domine Elisabeth expedire .. Datum in quindenis festivitatis beati Georgii martiris, anno domini Millesimo CCC° XXX° primo.

Esztergom város közönségének 1332-ben kelt átiratából, melynek eredetije megvan az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 409. 18. dipl. ltár: 2698. Közli: Kovács N.

454.

1331. Visegrád, máj. 10. I. Károly király a Heves vármegyei Tyukod másképp Kerekudvar nevű birtokot Kátai Szunyog András ellenében István kir. jegyzőnek ítéli oda.

Nos Karolus rex significamus, quod cum nos quandam possessionen Tyukud vocatam alio nomine Kerekoduor nuncupatam in comitatu de Heweswywar iuxta fluvium Zagyowa existentem magistro Stephano notario nostro speciali claris suis meritis exigentibus nomine possessionis hominis heredum solacio orbati sive destituti perpetuo contulissemus et iuxta approbatam regni nostri consvetudinem per hominem nostrum sub testimonio capituli ecclesie Budensis legitima convocacione vicinorum et commetaneorum eiusdem possessionis Tyukud facta per veras metas et antiquas reambulacione ipsius prehabita eadem possessio statuta extitisset magistro Stephano notario nostro speciali prenotato nullo penitus contradictore apparente, cumque nos literas ipsius capituli super pacifica statucione eiusdem possessionis emanatas legitime per ipsum magistrum Stephanum nobis presentatas literis sigillo nostro maiori et autentico consignandis voluissemus petente eodem magistro Stephano ad uberiorem cautelam saltim exnunc patenter confirmare tandem Andreas dictus

Zunyug filius Petri filii Pouka de Kata iuvenis aule nostre ad culmen serenitatis nostre accedens, ne litteras dicti capituli litteris nostre maiestatis ipsi magistro Stephano confirmantes concederemus, contradiccionis obstaculo obviavit asserens ipsam possessionem sibi pertinere, nosque prout regiminis nostri incumbit officio volentes partibus utrisque iusticiam exhibere coequalem causam ipsius contradiccionis ad octavas beati Georgii martiris litteris nostris eo modo ut ipse Andreas dictus Zunyug litteras suas quibus mediantibus ipsa possessio ad eundem pertineat in ipsis octavis debeat exhibere in presencia nostra speciali prorogassemus ipsis itaque octavis advenientibus idem Andreas Zunyug quoddam privilegium domini Bele olim illustris regis Hungarie avi et predecessoris nostri carissimi felicis memorie presentavit nostre maiestati, cuius tenore diligenter perspecto comperimus evidenter, quod idem dominus rex Bela ipsam possessionem nomine possessionis hominum sine herede decedencium videlicet *aurifabrorum regalium*, Petro de Kata tunc pincernarum suorum magistro pro meritoriis suis obsequiis perpetuo contulisset; et dum nos viso tenore ipsius privilegialis instrumenti eundem Andream Zwnyug requisivissemus, utrum idem Petrus de Kata heredes habeat vel heredum successores aut in qua linea generacionis idem Petrus de Kata sibi attineat, ipse Andreas Zwnyug eundem Petrum habere heredes simpliciter abnegavit, se autem ipsum in quadam linea generacionis remissa et remota sibi attinere fore affirmavit, nec aliquales litteras quibus mediantibus ipsa possessio cum suis proximis per eundem Petrum fuerit divisa aut participata potuit exhibere; unde quia ex tenore privilegii ipsius domini Bele regis eo quod ipsa possessio Tyukud nemini alteri preterquam ipsi Petro de Kata et suis heredibus ac heredum suorum successoribus pertinere dinoscatur cognovimus, et quia ipsa possessionaria collacio ad alias personas sue cognacionis preterquam ad ipsum Petrum de Kata et suorum heredum successores non extendebatur, ipseque Andreas dictus Zunyug senciens se ipsi Petro de Kata minime in aliqua parte consangvineitatis attinere et per hoc ductus pregrauacionis formidine in facto premisso scilicet deviccionis ordinarie nondum ipsius litigiose contencionis fine

terminato, omni iuri suo quod in eadem possessione Tyukud vocata se habere sperasset ad nostram rediens presenciam prorsus renunciavit coram nobis; nos siquidem auctoritate regia cunctis fidelibus nostris iusticiam communem volentes observare, una cum prelatis baronibus et regni nostri proceribus habita deliberacione prematura ex cause premisse processu informati cognoscentes ipsam possessionem Tyukud alio nomine Kerekoduor nuncupatam nullo pretextu ad ipsum Andream Zunyug sed ad nostram collacionem de iure pertinere, ipsam possessionem Tyukud eo iure quo prius ipsi magistro Stephano contulimus auctoritate presencium confirmantes heredum suorum per heredes perpetuo possidendam, ipsi Andree Zunyug perpetue taciturnitatis silencium et suis heredibus duximus imponendum. Datum in Wysegrad, decimo die octavarum beati Georgii martiris predictarum, anno domini M° CCC° XXX° primo.

Hátlapján a nagy királyi pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 955. 10. dipl. ltár: 2657. Közli: Kovács N.

455.

1331. máj. 12. Az egri káptalan előtt Baranyai Miklós és neje, Fedemes Heves vármegyei birtokukat a Rátolt nemzetségből való László bán fiának Olivérnek elörökítik.

Nos capitulum ecclesie Agriensis damus pro memoria, quod Nicolao filio Blasii de Baranya pro se et pro nobili domina consorte sua filia videlicet Simonis filii Benedicti de Nemety Clara nuncupata ex una parte, et Olivero filio Ladislai condam bani de genere Ratolt ab altera coram nobis personaliter constitutis per eundem Nicolaum filium Blasii suo et nomine dicte nobilis domine consortis sue propositum extitit et relatum, quod quartam partem cuiusdam possessionis Fedemus vocate in comitatu Heweswyuariensi iuxta fluvium Zagyva existentis videlicet totam porcionem ipsorum in eadem possessione Fedemus (...) que dicte nobili domine in expedicionem quarte sue filialis iuxta (regni) consvetudinem provenisset, cum

omnibus utilitatibus et pertinenciis suis et loco molendini super eodem fluvio Zagyva (. . . .) item silvis (. . . .) pratis et vineis ded (. . . . . .) dictus Nicolaus (. . . .) pro dicta nobili domina consorte sua coram nobis dedit et vendidit eidem Olivero pro octo marcis grossorum iure perpetuo et irrevocabiliter possidendam; sed quia super eo utrum dicta nobilis domina filia memorati Simonis fuerit et utrum dicta vendicio prefate porcionis possessionarie ex permissione et consensu (. . . .) fuisset (. . . .) non constabat, pro eo (. . . .) ad memoratam (. . . . . .) duximus destinandum, qui una cum ipsis partibus iterato ad nos reversus nobis retulit quod dicta nobilis domina prout a nobilibus et ignobilibus et specialiter a iudice et iuratis de villa Paztoh rescire potuisset filia eiusdem Simonis esset (. . . .) porcionis possessionarie ex permissione (. . . .) facta fuisset (. . . . .) Nicolaum maritum suum ipsam porcionem possessionariam vendere permisisset nec aliquis ex vicinis suis pro dicta vendicione eandem nobilem dominam et (. . . . . .) maritum suum contradixisset. Datum in dominica proxima post festum Ascensionis Domini, anno eiusdem M⁰ CCC⁰ XXX⁰ primo.

A váczi káptalannak 1331. máj. 26-án kelt és a Rátolt nemzetségből származott László bán fiának Olivérnek, úgy Baranyai Balázs fia Miklós nejének Klárának s ezen Klára testvérének Némethi Lászlónak kérésére kiállított átiratából. A váczi káptalan ezen oklevele Imre nádornak 1373. dec. 11-én kelt ítéletlevelében foglaltatik, melynek eredetije megvan az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 20. 38. dipl. ltár: 2658. Közli: Kovács Nándor.

456.

1331. Visegrád, máj. 13. I. Károly király elött Magyar Pál gimesi várnagy és Miklós fia Bitó, Dawchy Szerém vármegyei birtok öröksége iránt kiegyeznek.

Nos Karolus rex significamus.. quod magistro Paulo Magyar castellano de Gymus ab una parte et Bytow filio Nicolai ab altera coram nobis personaliter constitutis relatum extitit concorditer per eosdem, quod licet nos claris exigentibus meritis ipsius magistri Pauli Magyar quandam possessionem Leustachii filii Barrabe hominis heredum masculorum solacio destituti Dawchy vocatam in comitatu Sirmiensi existentem sibi perpetuo contulissemus et idem consvetudine regni approbata requirente eandem reambulari fecisset, tempore tamen statucionis eiusdem possessionis eidem magistro Paulo faciende Bytow filius Nicolai predictus gener prefati Leustachii contradiccione sibi obviasset, asserendo ipsi Leustachio per nos huiusmodi graciam efficaci nostro privilegio mediante fore factam ut cuicunque vivens voluisset dictam possessionem suam Dawchy quamquam herede careret masculo conferendi haberet liberam facultatem; ipse siquidem Leustachius prefatam possessionem suam Dawchy cum filia sua tempore contractus sponsalium sibi mediante privilegiali instrumento ecclesie de Kw perpetuo contulisset; viso itaque ipso privilegio nostro idem magister Paulus Magyar componentibus probis viris cum ipso Bytow ad talem pacis se dixit devenisse unionem.. quod si idem Bytow ex predicta domina filia ipsius Leustachii heredes habebit extunc ipsam possessionem prefatus Bytow et sui heredes .. perpetuo possidebunt eo iure quo per ipsum Leustachium socerum suum sibi collata dinoscitur extitisse, si vero quod absit utrisque heredibus ex eadem domina caruerit procreandis extunc ipsa possessio Dawchy rursum ad manus ipsius magistri Pauli Magyar devolvatur... Datum in Wyssegrad, in festo Invencionis sancte crucis, anno domini M° CCC° XXX° primo.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. Mon. Pos. 55. 2. dipl. lt. 2652. Közli: Tagányi K.

457.

1331. máj. 14. Az esztergomi káptalan I. Károly királynak jelenti, hogy a bozóki convent Zamar és Tót-Domanik nevü birtokainak használatától a szomszéd helységbelieket eltiltatta.

Karulo .. regi .. Theophylus prepositus et capitulum Strigoniensis ecclesie .. noverit nos vestra celsitudo literas vestras sub vestro sigillo anulari recepisse .. in hec verba: Karolus .. rex .. capitulo Strigoniensi .. quia cause ecclesiarum per morosas citaciones plerumque periclitari contingunt .. precipimus .. per presentes, quatenus quandocunque et tocienscunque per anni circulum a data presencium per religiosum virum fratrem Michaelem prepositum monasterii sancti regis Stephani de Bozook vel conventum eiusdem loci necnon officiales seu procuratores eorundem fueritis requisiti, unacum Johanne de Tezer vel Gregorio de Cher aut Petheu de Tuur aliis absentibus homine nostro vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum ad faciendum citaciones, inquisiciones, prohibiciones, recaptivaciones, reambulaciones possessionum seu erecciones metarum et ad recapiendum mancipia servos et ancillas, previa veritate ac iuris ordine observato .... et post hec diem citacionis nomina citatorum et terminum assignatum simul cum cursibus metarum ac serie tocius facti ... nobis .. rescribatis. Datum in Wyssegrad, in festo conversionis sancti Pauli apostoli, anno domini M° CCC° XXX° primo. Cum nos itaque vestra mandata exequentes .. cum predicto Gregorio de Cher .. Nicolaum sacerdotem de Nemti ad prohibicionem contra populos de Myzmeneleu de Palast et de Zalatna de Domanik teutonicali et Nemti misissemus pro testimonio .. idem Gregorius .. cum eodem homine nostro ad nos rediens nobis dixit requisitus, quod feria quarta proxima ante festum Ascensionis Christi predictos populos de Myzmeneleu de Palast et de Zalatna presente eodem homine nostro prohibuisset ab usu et utilitatum percepcione possessionis claustri de Bozouk Zamar vocate, item populos de Myzmeneleu de Domanik theutonicali et de

Nemti prohibuisset ab usu et utilitatum percepcione possessionis dicti claustri Thout-Damanyk nuncupate . . Datum feria tercia proxima ante octavas festi Ascensionis Christi, anno eiusdem M° CCC° XXX° primo.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. Jes. Coll. Tyrn. 13. 33. dipl. ltár: 2642. Közli: Tagányi K.

458.

1331. máj. 26. A váczi káptalan az egri káptalannak 1331. máj. 12-én kelt és föntebb 455. sz. a. közölt oklevelét átírván, ugyanazon alkalommal Simon fia László fedemesi birtokrészét László bán fiának Olivérnek örök áron bevallja.

. . nos igitur . . ipsas litteras . . de verbo ad verbum presentibus inseri sigilloque nostro fecimus sigillari. Per Ladislaum filium Simonis filii Benedicti . . . . extitit coram nobis relatum viva voce, ut suam porcionem possessionariam in dicta possessione Fedemus vocata vendidisset . . pro duodecim marcis grossorum per eum plene receptis et habitis dicto magistro Olivero . . permittentibus suis commetaneis, prout prenotata domina suam quartam eidem vendiderat; cuius quidem possessionis cursus metarum sic distinguntur: prima siquidem meta incipit de Maca, descendit per Keuespataka per pratum Chyngad . . tum cadit ad fluvium Zagyva que distingit a possessione Nemety iobagionibus eiusdem Paztoh, a parte meridionali similiter de Maca separat infra possessionem Zenthiacab vocatam meta vinee Petri filii Tensul et descendit deinde per partem Zenthiacab per rubum spinarum, cadit ad predictum fluvium Zagyva et ibi terminatur . . Datum per manus discreti viri magistri Fridrici lectoris ecclesie nostre in festo sancte Trinitatis, anno domini prenotato. Johanne preposito, Dethmaro cantore, Alexio custode, Paulo Bachyensi, Nicolao preposito de Teneu et aliis dominis archidiaconis et canonicis multis presentibus in ecclesia beate virginis deo iugiter famulantibus.

Imre nádor 1373. dec. 11-kén kelt ítéletéből, mely László bán fiának Olivérnek özvegye s leánya által »contra Johannem filium Dominici magni, Ladislaum et Johannem filios Johannis dicti Kakas ac Ladislaum filium Stephani de Paztoh« a fenti birtok elfoglalása miatt folyamatba tett perben hozatott; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 20. 38. dipl. ltár: 2658. Közli Kovács N.

459.

1331. máj. 28. A buda-felhévízi convent előtt Szökc nevü pesti polgár és neje, Szent-Jakab nevü faluban az új-máli hegyen Becsei Imrének és fiainak egy szőlőt elörökítenek.

.. frater Bartholomeus prior et conventus cruciferorum ecclesie sancte Trinitatis de Calidis Aquis.. ad universorum.. noticiam volumus pervenire, quod Zceuke civis Pestiensis socer Johannis filii Stephani cum domina uxore sua pro se et pro filiis suis generatis et generandis ab una parte, item magister Emericus de Bechey castellanus de Lewa et comes Borsiensis similiter pro se et filiis suis ex altera coram nobis constituti, idem Zceuke quandam vineam suam in promontorio ville Sancti Jacobi Vymal vocato que olim due vinee fuissent in vicinitate vinearum magistri Johannis rectoris castri Budensis et comitis Johannis dicti Kuach civis de suburbio dicti castri adiacentem ..... confessus est cum predicta domina uxore sua eidem magistro Emerico et filiis suis.. vendidisse.. pro quinquaginta marcis argenti mercimonialibus.. iure perpetuo.. possidendam.. de voluntate et permissione omnium cognatorum et vicinorum suorum nullo contradictore existente, assumens.. idem Zceuke et domina uxor sua racione dicte vinee.. ipsum magistrum Emericum et suos filios.. ab omnibus inquietantibus.. defendere.. Datum feria tercia proxima post festum sancte Trinitatis, anno domini M° CCC° XXX° primo.

Zöld-vörös selymen függő pecséttel, felül cyrographummal; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 860. 13. dipl. ltár: 2662. Közli: Kovács Nándor.

460.

1331. Tapolcza, máj. 30. Drugeth János nádor a Zala és Veszprém vármegyék részéről tartott közgyűlésen a somló-vásárhelyi apáczák iszkászi nemes jobbágyainak szabadalmai iránt intézkedik.

Nos Johannes Drugeth palatinus et iudex comanorum memorie commendamus, quod in congregacione nostra generali feria secunda proxima post octavas Penthecostes universitati comitatuum Zaladiensis et Vesprimiensis apud villam Tapolcha celebrata Michael pro se et pro aliis cognatis suis de Izkazy nobiles iobagiones monasterii sancti Lamperti consurgens proposuit in hunc modum, quod domine sanctimoniales de Apacchasomplyo ipsorum in libertatibus per reges eis concessis non tenerent et privilegium continens huiusmodi libertatem ipsorum ad instanciam eorundem hactenus non restitutum sibi reddi postularunt; cumque prefate domine personaliter consurgendo privilegium Stephani regis exhibuissent coram nobis continens predictorum hominum libertatem, nos requisivissent si ipsum privilegium ipse domine tenere debeant aut nobiles prenotati, nos unacum iudicibus et iuratis in congregacione nostra nobiscum sedentibus iudicando admisimus, quod ipsius privilegii tenorem sub sigillo capituli Vesprimiensis debeant facere emanari et transscriptum eiusdem ipsis nobilibus assignare ad ipsorum libertatem denotandam, hoc adiicientes, quod si prefate domine sanctimoniales ipsos agravare in libertatibus ipsorum niterentur, in centum marcis convicte, si vero ipsi nobiles servicia ipsi monasterio debita impendere non curarent vel non vellent similiter in centum marcis convicti haberentur, prout se ad hoc partes spontanea obligaverunt voluntate. Datum quarto die congregacionis nostre et loco prenotatis, anno domini Millesimo CCC° XXX° primo.

Rozgonyi György pozsonyi főispánnak az apáczák kérésére 1436-ban kiadott átiratából, mely megvan az orsz. lt. kincst. oszt. dipl. ltár: 2663. V. ö. Fejér i. m. VIII. 7. 232. l. Közli: Kovács N.

461.

1331. jun. 6. A nyitrai káptalan I. Károly királynak jelenti, hogy a túróczi prépost szolgáin elkövetett hatalmaskodás dolgában a nyitrai alispánt kérdőre vonta.

Karolo regi .. capitulum ecclesie Nitriensis .. litteras vestre excellencie .. recepimus .. in hec verba: Karolus .. rex fidelibus suis capitulo ecclesiae Nitriensis .. fidelitati vestre per presentes precipimus quatenus literas nostras vicecomitibus Nitriensibus preposito de Turuch destinatas per unum ex vobis exhibere faciatis easdem, et quidquid visis ipsis literis fecerint vel respondent fideliter nobis rescribatis. Datum in Buda, tercio die festi sancte Trinitatis, anno domini M° CCC° XXX° primo. Nos igitur excellencie vestre mandatis humiliter obedientes, ipsas litteras vestras statim Nicolao dicto Chuka vicecomiti per .. Paulum concanonicum nostrum destinavimus, qui tandem ad nos reversus litteras vestras predictas cum omni que decuit honore recepisse et quia continebant ut tres equos vestes et arma ac expensas famulorum prepositi de Turuch ablata per eum redderet et de iniuria captivacionis eorundem exhiberet, contra ipsas litteras in hunc (modum) respondisse nobis retulit, quod ipsos equos tres auferri et dictos famulos prepositi impediri per eum tamquam per vicecomitem Nitriensem Georgius de Wasard nobilis et unus ex quatuor iudicibus comitatus Nitriensis fecisset, qua vero racione ignoraret, nec eosdem equos et res reddere valeret absque lege vel auderet absque ipsius Georgii voluntate. Datum in octavis Corporis Christi, anno eiusdem M° CCC° XXX° primo.

Zárlatán pecsét töredékeivel; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. Jes. coll. Tyrn. 20. 5. dipl. ltár: 2661. Közli: Tagányi K.

462.

1331. Visegrád, jul. 7. Pál országbíró a Nagy-Semjéni László részére járó birság megfizetésére Székeli Csépán fiainak Lőrincznek és Gelethnek halasztást ad.

Nos comes Paulus iudex curie .. damus pro memoria, quod Andreas filius Benedicti pro Ladislao filio Michaelis de Nog Semyen .. in octavis festi Nativitatis beati Johannis Baptiste .. accedens .. contra Laurencium et Geleth filios Chepani de Zekul quasdam .. literas .. unam magistri Jacobi filii Petri vicecomitis magistri Jacobi filii Douse quondam palatini comitis de Zobolch et iudicum nobilium .. composicionales, et secundam capituli ecclesie Waradiensis nobis presentavit, in quarum tenoribus vidimus contineri, quod quia prefati Laurencius et Geleth ad confirmandam composicionem quam in facto possessionum suarum Scekul et Julyteluky vocatarum eidem Ladislao et aliis quinque personis in concambium possessionis Bys vocate collatarum ac cassacionem quarundam literarum iudicialium et causalium super homicidio cuiusdam iobagionis Johannis nomine filii Pauli confectarum ac aliorum articulorum .. mediantibus literis dicti capituli Waradiensis feria sexta .. ante octavas festi Nativitatis virginis gloriose nunc preteritas roborare debuissent, in predictum capitulum accedere non curassent, ideo onus sexte partis gravaminum viginti quinque marcarum fini argenti quatuor marcas et octo pondera faciens eidem Ladislao .. solvere debens iuxta eorum spontaneam obligacionem incurissent, de quibus idem Andreas .. congruenciam satisfaccionis preberi postulabat; quarum literarum .. visis .. continenciis quia Johannes filius Gabriani pro eisdem Laurencio et Geleth .. in contrarium dictarum literarum in nullo se obiecturum affirmabat ipsamque sextam porcionem dictorum gravaminum .. ad presens non posse solvere asserebat sed .. ulteriorem terminum .. postulabat assignari, ideo .. commisimus quod prelibati .. filii Chepani .. quatuor marcas et octo pondera ipsi Ladislao filio Michaelis et octo marcas ac

sedecim pondera nobis cum gravamine dupli in octavis beati regis Stephani coram nobis solvere teneantur .. Datum in Wissegrad, octavo die termini prenotati, anno eiusdem M° CCC° XXX° primo.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije a N. Muzeumban, a Kállay cs. lban.

463.

1331. Avignone, jul. 10. XXII. János pápa a margit-szigeti apáczák elidegenített javait a székes-fehérvári prépost által visszaszereztetni rendeli.

Johannes episcopus servus servorum dei dilecto filio preposito ecclesie Albensis salutem et apostolicam benediccionem. Ad audienciam nostram pervenit, quod tam dilecte in christo filie priorissa et conventus monasterii in Insula Danubii per priorissam soliti gubernari ordinis sancti Augustini secundum instituta et sub cura fratrum ordinis predicatorum viventes, quibus licet habere proprium in communi ex indulto sedis apostolice speciali Vesprimiensis dioecesis, quam ille que in eodem monasterio precesserant, easdem decimas terras domos possessiones redditus proventus castra grangias prata piscarias nemora molendina iura iurisdicciones et quedam alia bona ipsius monasterii datis super hec literis confectis exinde publicis instrumentis interpositis iuramentis factis renunciacionibus et penis adiectis in gravem ipsius monasterii lesionem nonnullis clericis et laicis aliquibus eorum ad vitam quibusdam vero ad non modicum tempus et aliis perpetuo ad firmam vel sub censu annuo concesserunt, quorum aliqui dicuntur super his confirmacionis literas in forma communi a sede apostolica impetrasse; quia vero nostra interest super hoc de oportuno remedio providere, discrecioni tue per apostolica scripta mandamus, quatenus ea que de bonis ipsius monasterii per concessiones huiusmodi alienata inveneris illicite vel distracta non obstantibus literis instrumentis iuramentis renunciacionibus penis et confirmacionibus supradictis ad res et proprietatem

eiusdem monasterii legitime revocare procures, contradictores per censuram ecclesiasticam impellacione postposita compescendo; testes autem qui fuerint nominati si se gracia odio vel timore subtraxerint censura simili appellacione cessante compellas veritati testimonium perhibere. Datum Avinione quarto idus Junii, pontificatus nostri anno quintodecimo.

Hártyaszalagon függő ólom pecséttel; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. Mon. V. Bud. 15. 10. dipl. ltár: 2664. Közli: Kovács N.

464.

1331. jul. 13. Esztergom város bírája és esküdt társai előtt István comes esztergomi polgár egy palotát Nagy Péter fiának Tamásnak, csókakői és gesztesi várnagynak, elörökít.

Comes Nicolaus filius Baldini iudex, comites Gan filius Maurici, Nicolaus filius Michaelis, Stephanus filius Godini, Thomas filius Kuenchul, Stephanus filius Gelety, Georgius filius Rubini, Stephanus filius Hermani, Anda, Stephanus filius Ulrici et Stephanus filius Nigram iurati ceterique cives de Strigonio .. ad universorum noticiam .. volumus pervenire, quod comes Stephanus frater Colomani socius et concivis noster ab una, nobilis vero magister Thomas filius Petri magni castellanus de Chokakw et de Geztus parte ab altera coram nobis propriis eorum in personis constituti, idem comes Stephanus dixit .. quoddam palacium suum olim Zenie-palutaya vocatum cum omnibus suis utilitatibus et pertinenciis universis in medio nostri prope locum fori iuxta parvum Danubium in vicinitate domorum Petri carnificis dicti Ukor a parte septemtrionali et Jekkul filii Ludveg a parte meridionali existentem .. quondam per magistrum Ugrinum filium Pous comiti Valtero quondam rectori novi montis Pestiensis pro debito quadraginta tunellarum vini ac viginti quinque marcarum fini argenti iure et legitime devolutum et per duos discretos viros scilicet canonicos .. capituli ecclesie Strigoniensis de mandato .. Ladizlai quondam .. regis Hungarie .. ad manus eiusdem comitis

Valterii legitime nullo contradicente assignatum, prout in privilegialibus literis iam dicti capituli feria secunda proxima ante festum Omnium Sanctorum anno domini M° CC° LXX° tercio emanatis plenius vidimus contineri, et postmodum de eodem comite Valtero ad manus .. Karoli .. regis .. devolutum per eumque .. regem .. sibi pro meritoriis suis fidelibus serviciis datum perpetuo et collatum et per comitem Petheu quondam iudicem Strigoniensem hominem eiusdem .. regis coram testimonio conventus cruciferorum sancti regis Stephani de Strigonio ad scitum eiusdem capituli Strigoniensis nullo penitus contradicente imo ipso capitulo permittente et consenciente statutum seu assignatum palam et manifeste, secundumque in literis privilegialibus prenominati .. regis anno domini M° CCC° tricesimo tercio nonas Mai confectis lucidissime vidimus contineri, preterea per comitem Stephanum filium predicti comitis Valteri tum racione proximitatis quod quia prefatus comes Stephanus ex parte nobilis domine et honeste Anna vocate filie comitis Nicolai filii Rubini civis Strigoniensis consortis sue annexus extitit, tum eciam pro quinquaginta marcis plene eidem Stephano filio comitis Valteri persolutis haduc (így) sibi donatum datum et venditum, prout in privilegialibus literis predicti conventus cruciferorum et nostris in dominica Judica me anno preterito confectis plenius vidimus contineri, de bona voluntate et permissione Pauli et Andree filiorum suorum et domine Anne predicte consortis sue ac domine Clare consortis Georgii filii Rubini filie sue nec non Ladislai et Colomani filiorum prefati Colomani fratris sui et omnium cognatorum proximorum seu vicinorum suorum superius nominatorum penitus nullo et per quempiam contradicente pro centum marcis grossorum boemicalium et latorum wienensium plene persolutis coram nobis vendidisse .. prefato magistro Thome filio Petri magni .. iure perpetuo .. possidendum .. privilegia vero dicti domini Karoli regis .. item predictorum capituli Strigoniensis et conventus cruciferorum et nostrum in manus eiusdem magistri Thome in nostri presencia statuit .. obligavit se idem comes Stephanus frater Colomani, quod si aliquas literas super facto dicti palacii sui apud se in fraudem reservaret .. et .. in lucem per

eundem vel per alios exhiberentur easdem cassas esse reliquit. . Datum in festo beate Margarete virginis et martiris, anno domini M° CCC° XXX° primo.

Zöld selyem sodraton függő kettős pecséttel; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 337. 7. dipl. ltár: 2670. I. Károly király 1331. jul. 27-én Visegrádon kelt oklevele szerint a király előtt hasonló örökbevallás történt, melyhez a király jóváhagyását adja s a föntnevezett palotát Péter fiának Tamásnak adományozza; ezen adománylevél I. Károly királynak 1335-ben kelt átiratában foglaltatik, melynek eredetije megvan az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 399. 1. dipl. ltár: 2673. V. ö. az esztergomi keresztesek conventjének 1330. mart. 18-án kelt és föntebb 412. sz. a. közölt oklevelével. Közli: Kovács N.

465.

1331. Visegrád, jul. 13. I. Károly király Jakab fiának Jánosnak jobbágyait és szolgáit az ország közhatóságainak bíráskodása alól felszabadítja.

Nos Karolus . . rex . . significamus . . quod nos Johanni filio Jacobi de (. . . . .) consvetudine et libertate nobilium regni nostri requirente hanc graciam specialem duximus faciendam, si quandocunque homines (. . . . .) iobagiones et servientes non possessionatos ipsius Johannis filii Jacobi in comitatibus de Beregh et de Wywar existentes habuerint (. . . . .) Johannis filii Jacobi domini sui exequantur, qui si querulantibus satis fecerit ex parte iobagionum et serviencium suorum non possessionatorum, bene quidem, alioquin non ipsi iobagiones et servientes sui sed ipse Johannes per querelantes ad nostram vel aliorum legitimorum et ordinariorum iudicum eiusdem presenciam possit et debeat evocari, ex parte cuius nos vel iidem legitimi et ordinarii sui iudices iusticie debitum faciemus complementum; igitur vobis palatino, iudici curie nostre, castellanis, comitibus, et iudicibus parochialibus quorumlibet comitatuum et quibuslibet iusticiariis regni nostri presentes quibus ostendentur firmissime damus in preceptis, quatenus amodo et deinceps iobagiones et servientes non possessionatos ipsius Johannis filii Jacobi con-

tra formam huiusmodi statuti nostri libertatemque nobilium regni nostri nullatenus iudicare vel vestro iudicio astare compellere presummatis .. Datum in Wyssegrad, in festo beate Margarete virginis et martiris, anno domini Millesimo CCC° XXX° primo.

Hátlapján: Zenthmiklos in Berek. Pecsét nyomaival; eredetije elrongyolt állapotban az orsz. ltár kincst. oszt. N. A. R. 1535. 42. dipl. ltár : 2671. Közli : Kovács N.

466.

1331. körül, jul. 29. A titeli convent előtt Zalankemeni Vechy Balázs a deberi hegyen egy szőlőt testvéreinek elörökít.

Capitulum ecclesie Tituliensis .. ad omnium noticiam .. volumus pervenire, quod Blasio Vechy dicto de Zalankemen ex una parte, ab altera vero Johanne filio Sebe rufi fratris eiusdem Blasii de eadem Zalankemen pro se et pro Jacobo fratre suo coram nobis constitutis, idem Blasius asseruit .. quod quamdam vineam suam manu propria plantatam in territorio nostro de Deber sitam .. ipsis Johanni et Jacobo pro quinque marcis plene ab eisdem receptis .. vendidisset .. iure perpetuo .. possidendam .. cui quidem vinee a parte orientali vinea Jekul monoculi de Zalankemen a p (. . . . . . .) nea Martini (. . . . .) vicinantur ut partes (. . .) erunt .. Datum IIII° kalendas Augusti, anno domini M° CCC° XXX (. . . . .) cantore Phillippo cu (. . . . . . .) que fratribus canonicis in ecclesia dei existentibus regi fa . . .

Függő pecsét nyomaival, alúl cyrographummal; eredetije a b. Révay cs. lban : Divers. Fam. fasc. I. nro. 1.

467.

1331. Visegrád, aug. 1. I. Károly király Bajnok fiának Mártonnak Nyitra vármegyei Elefánt nevü birtokát Elefánti Dezsőnek adományozza.

Nos Karolus . . rex . . significamus . . quod quia Martinus filius Boynuk infidelis noster aggregata sibi Stephani boemi similiter nostri infidelis potencia adversus processus contra nos et regni nostri fideles a pluribus retroactis temporibus committere non expavit imo continue infidelitatem infidelitati accumulavit non advertens quod qui naturali domino obesse moliuntur divinis disposicionibus manifeste videntur obviare, ob hoc ipsum Martinum in sue infidelitatis perversitate interemtum porcione possessionis sue in Elephant habite duximus spoliandum ut ipsius heredes perpetuam deplorent egestatem quam dictus Martinus dinoscitur promeruisse, et quia comes Deseu de Elephant dilectus et fidelis noster a multis temporibus retroactis semper nostro lateri cum summe fidelitatis desiderio et votive sollicitudinis diligencia adherendo nobis et sacre corone regie fidelissima servicia loco et temporibus oportunis et admodum necessariis exhibuit et impendit indefesse, et ne ipsius servicia aliquomodo absque aliqua regali remuneracione pertransire videamur, prenotatam porcionem possessionis dicti Martini in prefata Elephant habitam in comitatu Nitriensi existentem cum omnibus suis utilitatibus . . donavimus et contulimus ipsi magistro Deseu de Elefant . . perpetuo possidendam . . Datum in Wyssegrad, in octavis beati Jacobi apostoli, anno domini Millesimo CCC° XXX° primo.

I. Lajos királynak 1347-ben junius 22-én kelt, Elefánti Mihály mester kértére kiadott átiratából, melynek eredetije megvan az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 870. 7. dipl. ltár: 2674. Közli: Kovács N.

468.

1331. aug. 1. Az erdélyi káptalan előtt Wsfia Miklós Frata és Ponvatelek nevü birtokok negyedrészét két leányának örökjoggal odaajándékozza.

Capitulum ecclesie Transsilvane . . ad universorum noticiam . . volumus pervenire, quod nobilis vir Nicolaus filius Ws de Frata ad nostram personaliter veniendo presenciam confessus extitit . . quod ipse rectam quartam partem possessionis sue Frata vocate, item dimidietatem cuiusdam terre sue Ponuateluk nuncupate cum omnibus utilitatibus suis . . nobili domine Clara vocate filie sue consorti Nicolai filii Philippi de Nonay et alteri filie sue Elizabeth vocate adhuc in tenera etate ut dicebat existenti, dedisset donasset . . iure perpetuo . . habendas . . et possidendas, Thomas et Benedictus filii eiusdem Nicolai fili Ws coram nobis personaliter constituti huic tradicioni quarte partis possessionis Frata medietatis Ponuateluk plenum prebentes consensum . . Datum in octavis festi beati Jacobi apostoli, anno domini Millesimo CCC° XXX° primo, Dominico preposito, Santo cantore, Thoma custode, Adriano decano ecclesie nostre existentibus.

Az elveszett pecsét sárga-veres s ibolyaszínü selyem sodraton függött; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. dipl. ltár: 2675. Közli: Kovács N.

469.

1331. aug. 18. A pozsonyi káptalan előtt Pozsony vármegye alispánja és több csallóközi nemes bizonyítja, hogy Petz fia Pál pozsonyi polgár Permusfölde nevü birtokot Sándor fiának Péternek és társainak három márkáért visszabocsátotta.

Capitulum ecclesie Posoniensis . . ad universorum noticiam . . volumus pervenire, quod nobilis vir magister Farkasius dictus Fokou vicecomes et castellanus Posoniensis, item

Michael Peteu et Johannes filii Stephani filii Welpreth, item Benedictus filius Pynk, Nicolaus filius Laurencii et Paulus filius Iwanka nobiles de Challoukuz .. extiterunt confessi, quod Petrus filius Sandur, Johannes et Nicolaus filii Pauli de Padan, item Stephanus et Nicolaus filii Mortun, ac eciam Petrus filius Pauli nobiles de eadem Cholloukuz .. Paulo filio Petz civi Posoniensi coram ipsis videlicet ipso magistro Farkasio, Michaele Peteu et Johanne ac aliis predictis vicinis et commetaneis Petri filii Sandur et aliorum suorum sociorum .. in redemcionem seu liberacionem terre scilicet trium parcium terre Permusfeldy nuncupate, quas tres partes ipsius terre quondam Nicolaus filius Symonis de Tarnukystaul tenuit et possedit, tres marcas denariorum Wiennensium cum decem pensis singulas computando plenarie et integraliter persolvissent et dictus Paulus filius Petz ab eisdem hominibus integraliter recepisset, ipsis quoque Petro scilicet filio Sandur et prenotatis sociis suis tres partes terre Permusfeldy dicte quas Nicolaus filius Simonis predictus in suis extremis sibi cum instrumentis super ipsis tribus terre partibus confectis dederat et legaverat ut suo avunculo, una cum eisdem literis privilegialibus nostris quas vidimus coram nobis exhibitas, sibi et suis heredibus heredumque suorum successoribus iure perpetuo et irrevocabiliter prout sibi legata extitit reddidit . semper possidendas .. Datum die dominica proxima post festum Assumcionis Marie virginis, anno domini Millesimo trecentesimo tricesimo primo.

Vörös és zöld selyem sodraton függő pecséttel, felül cyrographummal; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. Monial. Poson. 50. 4. dipl. ltár: 2678. Közli: Kovács N.

470.

1331. aug. 26. A vasvári káptalan Erzsébet királynénak jelenti, hogy a Csornai János fia Simon által Wönöczki Miklós özvegyén és fiain elkövetett hatalmaskodás tárgyában a vizsgálatot a hely színén teljesítette.

Elizabeth .. regine .. capitulum Jauriensis ecclesie .. literas excellencie vestre recepimus .. hunc tenorem continentes: Elizabeth .. regina .. capitulo ecclesie Jauriensis .. nobilis domina relicta Nicolai filii Thome de Wynichk .. extitit nobis conquesta quod Simon filius Johannis de Chorna cum suis consangvineis et complicibus super domum ipsius veniendo filium suum ac in defensione filii sui ambos idem vulnerasset, insuper quatuor equos ac universas res mobiles et immobiles et specialiter scrinales potencialiter abstulisset, idcirco fidelitati vestre precipiendo mandamus, quatenus cum Isak filio Isak vel Laurencio filio Hung altero ipsorum absente homine nostro vestrum detis hominem pro testimonio quo presente idem homo noster sciat et inquirat de premissis omnimodam veritatem et secundum quod vobis veritas constiterit nobis .. rescribatis. Datum in Alto Castro, in die beati Stephani regis et confessoris, anno domini M° CCC° trecesimo primo. Nos igitur .. cum predicto Isaak filio Isaak homine vestro nostrum misimus hominem videlicet Thomam presbiterum chori nostri pro testimonio .. qui demum ad nos reversi nobis retulerunt, quod die dominico post octavas Assumcionis virginis gloriose accessissent super faciem possessionis Gerche vocate de comitatu Castriferrei et a nobilibus dicte possessionis item a nobilibus de Nadasd et a communibus hominibus ibidem residentibus item a nobilibus de Sythke similiter item a nobilibus de Myhaly item a nobilibus de Semyen item de sancto Martino item a nobilibus de Guad item a nobilibus de villa Beruzk item a nobilibus de Hymuskw item a iobagionibus ecclesie de Demenk in insula residentibus item a nobilibus Hwg Isaak item a nobilibus de Hwg Laurencii item a villanis de Mogos item a nobilibus de

Gench talem scivissent veritatem, quod predictus Simon filius Johannis de Chorna cum suis consangvineis et complicibus in vigilia beati Laurencii martiris nocturno tempore circa auroram super domum eiusdem domine veniendo filium suum ac ipsam in defensione filii sui vulnerasset, insuper quatuor valentes equos ac universas res mobiles et immobiles et specialiter scrinalia potencialiter abstulisset, preterea iidem homines affirmaverunt quod Paulus Petrus et Johannes filii Petri filii Benkez de Wenyzk veniendo super domum eiusdem domine, cum eadem domina in persecucione sui negocii in curia vestre excellencie extitisset, secundario venientes potencialiter aufferentes omnia quecunque in domo sepedicte domine invenire potuissent. Datum feria secunda proxima post octavas memoratas, anno superius annotato.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 448. 7. dipl. ltár: 2677. Közli: Kovács N.

471.

1331. Visegrád, sept. 21. Erzsébet királyné az apácza-somlai apáczákat Csanád esztergomi érsek által pártfogásba véteti.

Nos Elisabeth regina .. significamus .. quod nos .. ad preces .. abbatisse et conventus sanctimonialium monasterii beati Lamperti martiris de Apacha-Somla favorabiliter inclinate moteque misericordia ipsum monasterium dominam abbatissam et omnes in eodem deo famulentes ac universas possessiones ac iobagiones condicionarios et populos eiusdem monasterii .. a potestate quorumlibet hominum .. removendo in nostram recepimus proteccionem .. et eosdem vice persone nostre maiestatis venerabili in Christo patri domino Chanadino .. archiepiscopo sancte Strigoniensis ecclesie eiusdemque loci comiti perpetuo compatri nostro carissimo ab omnibus molestare volentibus commisimus indemniter defensandos .. universis comitibus castellanis .. damus .. in mandatis quatenus .. abbatissam conventum suum iobagiones et

populos .. eiusdem monasterii sancti Lamperti .. molestare nullatenus presummatis tanquam sub nostra speciali proteccione constitutos, secus facere non audentes .. sicut nostram indignacionem incurrere formidatis; si qui vero ausu temerario huiusmodi mandati nostri transgressores extiterint regiam et nostram reginalem formidabilem sencient ulcionem. Datum in Alto Castro, in festo beati Mathei apostoli, anno domini M° CCC° XXX° primo.

Hátlapján a nagy felségi pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt.Mon. Pos. 25. 3. dipl. ltár: 2682.

472.

1331. Eger, sept. 26. Az egri püspök helyettese, a Bolyi Miklós fiai és Zouchyk comes között ennek nővére Erzsébet Bolyi Kelián neje hozománya iránt fönforgott ügyben becsüt rendel.

Nos magister Dominicus archidiaconus de Abawyuar et canonicus ecclesie Agriensis iudex in spiritualibus .. Nicolai .. episcopi Agriensis .. damus pro memoria, quod cum iuxta formam et tenorem priorum literarum nostrarum Michael et Ladislaus filii Nicolai de Boly in quindenis Nativitatis virginis gloriose coram nobis comparere et literas expeditorias super facto dotaliciorum et rerum parorphanalium nobilis domine condam consortis Kelyani filii Kelyani de eadem Boly sororis videlicet uterine comitis Zouchyk filii Johannis de Nempthy de comitatu Ungh Elizabeth nuncupate in ipsorum expedicionem ut assumserant contra eundem comitem Zouchyk exhibere debuissent, ipsis itaque quindenis occurrentibus dicto comite Zouchyk ex una, prefato Michaele pro se et cum sufficienti procuratoria pro annotato Ladislao fratre suo parte ab altera coram nobis comparentibus idem Michael ipsas literas expeditorias super eisdem rebus dotaliciis et parorphanalibus ut assumserant emanatas nequivit coram nobis exhibere sed respondit ut ipsi cum premissis rebus dotaliciis et parorphanalibus nobilis domine prenotate

de possessionibus et porcionibus possessionariis dicti K. filii K. quas ipsi nunc possiderent iuxta regni consvetudinem ab antiquo approbatam promti essent expediri et parati, nos autem una cum assessoribus nostris admisimus iudicantes quod dicte partes in octavis Nativitatis Domini iam venturis duobus nobilibus hinc et inde adductis presentibus hominibus nostris videlicet Michaele de Unghwar quem prenotatus comes Z. adducet et altero Michaele de Bathyan qui per adduccionem eorundem filiorum N. inibi adduceretur ecclesiarum sacerdotibus accederit super faciem possessionum et porcionum possessionariarum prefati K. filii K. sub dominio et (........) eorundem filiorum N. constitutarum et dicti nobiles consideratis utilitatibus et quantitatibus earundem estimabunt, et facta estimacione earundem dicte partes cum eisdem hominibus nostris ad dictum dominum nostrum episcopum in octavis Epiphaniarum domini subsequentibus vel ad nos redeuntes seriem estimacionis ipsarum nobis vel dicto episcopo referre tenebuntur, et tunc idem episcopus vel nos terminum vel terminos redemcionis earundem vel terminum perpetuacionis quantum de ipsis pro dictis rebus dotaliciis et parorphanalibus conveniret, si iidem filii Nicolai redimere noluerint, tunc assignabimus vel assignabit, dicimus eciam quod si partes medio tempore poterunt concordare extunc de iudicio pacis in dictis octavis Epiphaniarum domini nos velut iudicem placare tenebuntur. Datum Agrie, quinto die termini prenotati, anno domini M° CCC° XXX° primo.

Zárlatán hosszúkás pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 1698. 15. dipl. ltár : 2685. Közli : Kovács N.

473.

1331. Visegrád, sept. 29. Pál országbíró Laczkfi Domokost Miklós somogyi várnagy részére bírságolja.

Nos comes Paulus iudex curie .. damus pro memoria, quod cum magister Nicolaus castellanus de Sumugy personaliter astans contra Dominicum filium Lachk de Sadari iuxta

continenciam priorum literarum nostrarum in quindenis festi Nativitatis beate virginis in facto possessionarie divisionis agere voluisset, Petrus dictus Waguch literas domini nostri regis sub anuleo sigillo suo confectas nobis presentavit, quarum tenore ipsa regalis benignitas dictam causam sine gravamine iudiciali vel pondere aliquali ad quindenas residencie presentis sui exercitus prorogare . . nobis dabat in mandatis, sed quia tenor dictarum literarum nostrarum ipsum Dominicum filium Lachk spontanea voluntate coram nobis ad hoc se obligasse denotabat ac dictam causam ipse Dominicus nec literis regalibus reginalibus et magistri Wyllermi nec racione fratrum proximorum et cognatorum suorum nec qualibet caucione a predicto termino diucius posset prorogare sed omni occasione proculmota contra ipsum magistrum Nicolaum peremtorie respondentem penam decem marcarum eidem magistro Nicolao ante litis ingressum absque iudiciaria porcione persolvendarum subiaceret si premissam causam qualibet caucione adinventa diucius prorogare niteretur, ideo nos unacum magnificis viris dominis magistro tavarnicorum regalium Thoma woyuoda Transsilvano, magistris Ladislao dicto Zaar comite Nitriensi, Thoma (. . . .) Petri castellano de Choukakw, Nicolao filio Petri de Gerend et aliis nobilibus nobiscum tribunal iudiciale consedentibus ipsum Dominicum filium Lachk in premissa pena decem marcarum absque iudiciaria porcione in toto triginta marcas faciente (. . . .) ac tam premissam spontaneam obligacionem quitum fore decernentes premissam causam ad quindenas residencie presentis exercitus regalis eo modo . . duximus prorogandam ac prefatas triginta marcas (. . . .) Dominicus ante litis ingressum in ipsis quindenis coram nobis contra ipsum magistrum Nicolaum solvere teneatur quia predictus Petrus dictus Waguch procurator dicti Dominici filii Lachk premissam causam alteram premissa composicione mediante dictis literis regalibus a predicto termino nitebatur prorogare. Datum in Wissegrad. octavo die termini prenotati, anno domini M° CCC° XXX° primo.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 1535. 43. dipl. ltár: 2694. Közli: Kovács N.

474.

1331. Visegrád, sept. 30. Lörincz kir. zászlótartó és semtei várnagy utasítja alvárnagyát, hogy néhai Elefánti Mátyás nyéki jobbágyait birtokaikban ne háborgassa.

Nos magister Laurencius signifer domini regis castellanusque de Sempte presentes literas memorie commendantes universis officialibus nostris in nostris comitis (így) constitutis, specialiter magistro Dominico vicecastellano nostro de Sempte omnimoda dileccione dileccioni vestre universitatis duximus declarare eo modo quod cum comes Mathias nobilis de Elyfanth bone memorie terras arabiles fenetumque nec non alias utilitates quas possidebat et uti faciebat iobagionibus de Neek nos a nobilibus et commetaneis suis et nostris resciendo omnem veritatem quod sua iura et propria possedissent, unde per eandem formam seu materiam omnibus suis filiis dicti comitis Mathei commisimus possidendi et habendi; super quo vobis Dominico et aliis nostris officialibus damus .. in mandatis quatenus eosdem .. molestare .. de fenetis et aliis utilitatibus prenotatis non audentes et sicut nostram graciam formidatis premissa facere debeatis. Datum in Vyssagradh, secundo die festi beati Michaelis archangeli, anno domini M° CCC° tricesimo primo.

Papíron, hátlapján pecséttel, melyen a paizstartó angyal szárnyai még látszanak; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 1671. 41. dipl. ltár: 2686. Ezen Lőrincz Kont nádor atyja volt. V. ö. I. Károly királynak 330. febr. 18-án kelt és fõntebb 406. sz. a. közölt oklevelét

475.

1331. Visegrád, oct. 5. Pál országbíró előtt Keledfi Péter fiai Bodrog vármegyei Adrián birtokra vonatkozó jogaikról Magyar Pál javára lemondanak.

Nos comes Paulus iudex curie domini regis . . significamus . . quod cum magister Paulus dictus Magyar castellanus de Gymus a primevis puericie sue temporibus omni fidelitatis studio regie munificencie subserviens quandam possessionem Adrian vocatam in comitatu de Budrugh existentem per regiam excellenciam sibi pro meritoriis et fidelibus suis serviciis dudum collatam fuisse et metarum circumquaque renovacionibus plurimum indigere regie benignitati declarasset, regalisque benignitatis (....) antiquam et bonam consvetudinariam legem illese cupiens observare scribens fidelibus suis honorabili capitulo ecclesie de Kw eandem possessionem Adrian vocatam per Cosmam de Kend sue celsitudinis hominem si contradiccio cuiuspiam sibi non obviaret memorato magistro Paulo dicto Magyar sub iam dicti capituli testimonio vicinorum . . convocacionibus habitis facta legitima reambulacione . . relinqui contradictoresque in statucione dicte possessionis . . contra ipsum magistrum Paulum . . ad sue serenitatis presenciam citari seriemque omnium premissorum . . sibi per ipsum capitulum rescribi facere dedisset in mandatis, ipsum capitulum ecclesie de Kw Paulum magistrum in persona Johannis clerici et Nicolai filiorum Petri filii Keled presente Dominico clerico testimonio eorum in statucione eiusdem possessionis Adrian condam Leustachii hominis sine herede ut fertur decedentis . . eidem magistro Paulo dicto Magyar facienda contradictoriam prohibicionem fecisse ipsosque Johannem clericum et Nicolaum filios Petri . . ad quindenas octavarum festi Penthecostes nunc preteriti ad regiam presenciam citatos extitisse in eorum literis rescripserant regie maiestati, cumque ipsa causa a predicto termino . . ad octavas festivitatis Omnium Sanctorum proxime venturas prorogata extitisset, tandem sabbato proximo ante octavas beati

Michaelis archangeli occurrente scilicet ante terminum dictarum octavarum Omnium Sanctorum eodem magistro Paulo dicto Magyar ab una parte et prefatis Johanne clerico et Nicolao filiis Petri filii Keled parte ab altera coram nobis propriis eorum in personis constitutis per eosdem Johannem clericum et Nicolaum filios Petri filii Keled propositum extitit .. ut ipsi prefatam possessionem Adrian vocatam .. cum omnibus suis utilitatibus .. sub eisdem metis signis et terminis quibus per priores possessores suos habita extitit et possessa eidem magistro Paulo dicto Magyar .. reliquissent .. perpetuo et irrevocabiliter possidendam .. adhuc iidem filii Petri assumserunt ut universa instrumenta in facto dicte possessionis Adrian vocate confecta in octavis Omnium Sanctorum proxime venturis in manus eiusdem magistri Pauli dicti Magyar assignarent coram nobis .. Datum in Wissegrad, sabbato proximo ante octavas beati Michaelis archangeli prenotatas anno domini M° CCC° XXX° primo.

I. Lajos király 1360-ban mart. 19-én kelt és Erzsébet királyné által felmutatott átiratából, melynek eredetije megvan az orsz. ltár kincst. oszt. Mon. Vet. Bud. 28. 20. dipl. ltár: 2689. Közli: Kovács N.

476.

1331. Visegrád, oct. 6. I. Károly király Csehi nevü birtokot Zágráb vármegyében Rakonaki Mártonnak és társainak adományozván, a zágrábi káptalannak a beiktatásról szóló jelentését átírja.

Nos Karolus .. rex .. significamus .. quod cum ad presenciam nostre maiestatis accedendo Martinus et Nicolaus filii Ladislai, Nicolaus Dominicus Stephanus et Jacobus filii Abrae filii eiusdem Ladislai fideles nostri de Rakonuk sueque fidelitatis servicia a multis temporibus retroactis cum desiderio summe fidelitatis votiveque sollicitudinis diligencia nobis et sancte corone regie temporibus opportunis exhibita et impensa exposuissent .. quandam possessionem Chehy vocatam in comitatu Zagrabiensi existentem iuxta fluvium Zawa sitam .. a

nobis sibi dari .. postulassent nosque iuxta regni mostri consvetudinem ab antiquo approbatam fidelibus nostris capitulo ecclesie Zagrabiensi ut hominem eorum fidedignum quo presente Michael filius Paulus vel Eretlen de Morocha altero absente homo noster vicinis et commetaneis eiusdem possessionis convocatis per veteres metas et antiquas reambulacione facta ipsis Martino et Nicolao filiis Ladislai, Nicolao Dominico Stephano et Jacobo filiis Abrae filiis eiusdem Ladislai contradiccionibus non aparentibus statuere perpetuo possidendam, tandem tocius facti seriem .. rescribere .. debeant, mandassemus, ac tamen dictum capitulum super his rescripserunt nobis in hec verba: .. Karolo .. regi .. capitulum ecclesie Zagrabiensis .. literas maiestatis vestre nobis destinatas recepimus in hec verba: Karolus stb.*) Datum in Wissegrad, dominico die proximo post festum beati Georgii martiris, anno domini Millesimo CCC° XXX° primo. Nos autem .. cum predicto Michaele homine vestro Johannem sacerdotem prebendarium chori ecclesie nostre .. duximus transmittendum qui demum .. redeuntes nobis recitarunt, quod idem homo vester presente ipso homine nostro predictam possessionem Chehy convocatis vicinis et commetaneis eiusdem statuit Martino et Nicolao filiis eiusdem Ladislai et Nicolao filio predicti Abre .. nemine contradictore existente, cuius quidem possessionis mete prout idem homo vester et noster nobis in scriptis attulerunt hoc ordine distinguntur: prima meta incipit a parte orientis super fluvium Zawe et exit versus meridiem transeundo Panechnicham ad semptemtrionalem ubi vicinatur castrensium, de hinc circa eandem Panechnicham per unam viam flectitur versus occidentem, inde procedendo in parvo spacio venit ad antiquam viam prope Siublan et vadit unam mlakam que vocatur Cistamlaka ubi vicinatur terre filiorum Lukach, deinde flectitur versus meridiem per antiquas metas terreas et venit ad arborem zyl ubi est meta terra circumfusa ad terram ecclesie sancti Georgii de Odra, circuendo illam terram cadit in aquam Odra, abhinc procedendo

*) Következik I. Károly királynak fõntebb már kivonatban foglalt s a zágrábi káptalanhoz intézett megkeresése.

supra per eandem aquam satis in bono spacio cadit ad unam arborem boz ubi est meta terrea et tendit versus meridiem ad unam viam de qua itur ad aliam viam que tendit versus Odram, inde per eandem viam versus orientem venit ad unam antiquam viam versus meridiem, per magnum spacium eundo venit ad metas terreas ubi intrat Lomnicha circa arborem pomi silvestri ubi est meta terra circumfusa, per eandem aquam satis in bono spacio supra eundo exit ad unum fossatum quod Hyngo vocatur, de hinc per magnum spacium eundo venit ad metas terreas ubi cadit ad aquam Mochynad super unam viam ubi sunt due arbores tul cruce signate et per eandem viam satis in bono spacio versus meridiem venit ad aquam Lybnicha per metas terreas et arbores ubi vicinatur terre Cozmath, et per posthec (így) venit ad metas filiorum Iwan et Egidii dicti Zala ubi est arbor tul cruce signata que circa unam viam ubi cadit ad aquam Kukynak et per eandem aquam in bono spacio infraeundo cadit in aquam Lomnicha ubi vicinatur terre filiorum Stephani quondam bani Brězanicha vocate et per eandem infraeundo venit per unum strug et transit per Cheret Starcha vocatum ubi est arbor harazth cruce signata que est in campo, inde ad unum fluvium Lakun vocatum et per eundem venit ad arborem pomi cruce signatam ubi vicinatur terre nostre Blaca vocate, inde tendit versus septemtrionem et cadit a mlakam Glogala vocatam ubi est arbor jegned cruce signata et per eandem (. . . . . .) eundo circa silvam Churma cadit ad Odram, deinde per competentem spacium exit ad metas terreas ad unam arborem topol, inde directe procedendo venit ad unum strug, supra in parvo spacio eundo exit ad silvam et per eandem supra eundo cadit ad Zawa (. . . . .) in bono spacio venit ad priorem metam ibique terminatur. Datum feria quinta proxima ante festum Nativitatis beati Johannis Baptiste, anno autem superius dicto. Nos itaque (tenore) literarum dicti capituli . . fidelium nostrorum super statucione . . informati eandem possessionem . . de consilio prelatorum et baronum regni nostri eisdem . . donavimus. Datum in Wyssegrad, in octavis beati Michaelis archangeli, anno domini millesimo CCC° XXX° primo.

I. Lajos királynak Rakonaki Márton fia Péter kérésére 1342-ben »4° die 8rum b. Michaelis arch.« kiállított átiratából, melyet ugyancsak I. Lajos 1354-ben sept. 29-én jeles alakú oklevelében újabban átírt és megerősített; ezen utóbbinak eredetije megvan a gr. Draskovics cs. lban.

477.

1331. oct. 8. A budai káptalan I. Károly királynak jelenti, hogy Tamás erdélyi vajdát hat somogyi és két Veszprém vármegyei birtokba beiktatta.

Karolo .. regi.. capitulum Budensis ecclesie .. literas .. comitis Pauli iudicis curie vestre .. recepimus in hec verba .. capitulo ecclesie Budensis comes Paulus iudex curie domini regis .. vestre amicicie .. declaramus, quod cum .. Thomas woyuoda Transsilvanus et comes de Zonuk magistrum Johannem filium Hench rectorem castri novi montis Pestiensis et comitem Mosoniensem pro eo, quia Ladislaum dictum Malath hominem regalis excellencie presente.. Thoma presbitero concanonico et testimonio vestro a statucione quarumdam possessionum Nicolai filii Nicolai de Tengurd, Merke Topsun Terebezd Sithke Zoob et Bennek in Simigiensi, item Pata et Esgrem in Wesprimiensi comitatibus vocatarum existencium per regiam maiestatem ipsi domino Thome woyuode .. nomine possessionum hominis sine herede decedentis perpetuo collatarum contradiccionis obstaculo obviando per Kornys et officialem suum idem magister Johannes prohiberi fecerit, mediantibus literis vestris citatoriis .. ad octavas beati Jacobi apostoli anno in presenti preteritas in regiam presenciam in causam attraxisset et ipsa causa racione prioritatis termini ad quindenas sancti regis Stephani.. protelata extitisset, tandem ipsis quindenis occurrentibus idem magister Johannes filius Hench eodem Thoma woyuoda .. personaliter astante ad nostram propria in persona accedens presenciam, easdem possessiones Merke Topsun Terebezd Sithke Zoob et Bennek in Simigiensi, item Pata et Esgrem in Vesprimiensi comitatibus existentes renuncians prohibicioni sue in statucione earumdem possessionum

ut prediximus facte, exceptis possessionibus Wepsyn et Meger vocatis, iuxta collacionem regiam eidem domino Thome woyuode pure et simpliciter resignavit nullum ius .. de eisdem reservando, salva tamen prohibicione in statucione predictarum possessionum Vepsyn et Meger pretacto modo facta remanente, quarum enim possessionum Vepsen et Meger vocatarum factum sortilegio litis partes voluerunt terminari; unde cum ad statucionem predictarum possessionum Merke, Topsun Terebezd Sithke Zoob Bennek Pata et Esgrem premisso modo resignatarum homo regius et vestrum testimonium ut partes voluerunt existant necessarii, amiciciam vestram .. petimus .. quatenus .. vestrum hominem .. pro testimonio transmittatis in cuius presencia Beke filius Petri vel Dominicus filius Heem de Kuthus altero absente homo domini regis ad faciem dictarum possessionum .. accedat et easdem .. reambulet per veteres metas et antiquas, facta quoque reambulacione .. non obstante contradiccione ipsius magistri Johannis filii Hench, si per alios non fuerit contradictum, ipsi domino Thome woyuode et suis heredibus .. iuxta regiam collacionem iure perpetuo .. statuat easdem possidendas .. Datum Bude decimo die quindenarum sancti regis Stephani predictarum, anno domini M° CCC° XXX° primo. Nos igitur .. cum predicto Dominico filio Heym homine vestro eundem Thomam presbiterum socium et concanonicum nostrum .. transmisissemus, qui quidem demum ad nos reversi nobis .. retulerunt, quod idem Dominicus homo vester in eiusdem hominis nostri presencia tercia feria proxima ante festum beati Michaelis archangeli proxime preteritum ad facies dictarum possessionum videlicet Topsun Terebezd Sythke Zoob et Bennek accessissent et convocatis vicinis et commetaneis earumdem legitime sicut dicitur infra specialiter reambulassent per veras metas et antiquas, quarum possessionum Topsun Terebezd et Sythke prima meta videlicet ipsius terre seu ville Topsun predicte incipit a parte occidentali de rivulo Haas vocato et tendit ad orientem de nemore ad unam metam terream circa arborem silicis existentem iuxta vicinitatem possessionis cuiusdam nobilis Anda nuncupate a parte septemtrionali existentis, ab inde ad eandem

partem orientalem gradiens per terras arabiles intrat virgultum quoddam et in ipso virgulto pervenit ad duas metas terreas cum arboribus silicum ubi erecta est tercia meta nova, deinde per fenetum graditur ad eandem partem directe deficiente vicinitate terre ipsius Anda circa vicinitatem terre populorum de villa Zakach et transit parvam vallem unam, pervenit ad magnam arborem silicis cruce signatam positam pro meta, deinde vicinitatem terre eorumdem populorum Zakachy ita videlicet quod pars septemtrionalis est terra dictorum populorum Zakachy pars vero meridionalis remanet terre Topsun, ad eandem partem eundo per terras arabiles declinat palisper versus septemtrionem et pervenit unum rivulum et transeundo ipsum rivulum ad orientem descendit infra ad partem septemtrionalem, in orientali parte ipsius rivuli vicinatur iterato cum terra predicti Anda circa quamplurimas arbores pirorum, ab inde ad partem orientalem circa dictas arbores pirorum ascendit cuius pars septemtrionalis remanet ipsi Anda, et sic prope curiam ipsius Anda ascendendo pervenit ad unam viam graminosam ad metam terream ibique angulabit se et divertit ad meridiem eundo palisper, inde iterato ad orientem et pervenit unum nemus parvum, exinde ad meridiem circa terras arabiles gradiendo deficiente iam vicinitate terre Anda pervenit alium nemus nucum et spinarum ac pirorum cuius pars orientalis remanet terre ecclesie Simigiensis Terpech vocate pars vero occidentalis terre Topsun, deinde ad occidentem declinando usque predictum rivulum eundo pervenit cuius pars meridionalis est terra Terpech pars vero septemtrionalis remanet terre Topsun, ibique transit ipsum rivulum ad eandem partem occidentalem ad terras arabiles et sic eundo pervenit unam viam et per ipsam viam flectit se ad meridiem et pervenit unam metam terream in opposito ville Topsun antedicte circa vicinitatem eiusdem possessionis ecclesie Simigiensis Terpech supradicte a parte orientali, sicque iterato vertit se ad occidentem inter terras arabiles et pervenit truncum cuiusdam arboris cerasii, inde ad virgultum ad eandem partem occidentalem cuius meridionalis pars est terre Terpech a parte septemtrionali terre Topsun remanente, eundoque per magnum spacium ad

eandem partem pervenit virgultum quoddam et in virgulto arborem silicis cruce signatam, deinde vadit usque priorem rivulum Haas dictum per quod ascendit palisper ad meridiem de ipsoque rivulo iuxta quoddam parvum nemus exit ad orientem et per unam viam ascendit ad orientem usque villam Topsun predictam, cuius pars septemtrionalis est terre Terpech predicta parte meridionaliville Topsun remanente, et sic intrat ad villam Topsun predictam in qua villa a parte orientali sex sessiones in longitudine unius terre arabilis cuilibet retro ortum et non ultra sunt ipsius terre Terpech, et deinde iterato ad septemtrionem ad eandem villam per quam itur ad villam Terpech per ipsamque viam ascendit et pervenit in collicula quamplures arbores silicum cuius pars septemtrionalis est terra ville Terpech pars vero meridionalis remanet terre Thopson, pervenitque ibi ipsum rivulum de quo prius exierat ad occidentem et in ipso rivulo ascendit per parvum spacium ad meridiem ibique iuxta arbores silicum exiendo de ipso rivulo ad orientem ad montem vineas quamplurimas continentem et sic inter ipsas vineas per semitam ascendit ad eandem partem orientalem et pervenit viam magnam per quam transitur de villa Kysfolud ad Terpech, ibi meta terrea circa viam erecta cuius pars septemtrionalis prout semite distingunt remanet terre Terpech pars vero meridionalis eiusdam terre Thopsun ubi eciam vicinitas terre Terpech deficit et vicinatur cum terra ecclesie Zagrabiensis Budun vocate a parte orientali, abhinc ad partem meridionalem declinando per ipsam viam vadit inter virgultum in vicinitate eiusdem terre Bodon a parte orientali ut prediximus et pervenit in ipso virgulto arborem piri pro meta positam ubi incipiunt mete terre Terebezd deficiendo mete ipsius Thopsun cuius orientalis pars est terre dicte ecclesie Zagrabiensis pars quidem occidentalis cum vineis et virgultis remanet villis Terebezd etSithke mixtim adiacentis, deinde pervenit viam magnam qua ducit de Terebezd ad villam Seyner et ipsam viam transit ad eandem partem per virgultum et descendit ad terras arabiles et sic eundo ad eandem partem meridionalem et pervenit unam viam ubi meta terrea angularis declinatque abinde ad occidentem, per eandem viam eundo ascendit ad collem in vir-

gulto existentem de ipsa via declinando ad meridiem iuxta vicinitatem eiusdem ecclesie Zagrabiensis possessionis Tykud vocate a parte orientalis et meridionalis, deinde versus plagam meridionalem et occidentalem mediocriter descendendo deficiente mete terre Tykud incipiet metas tenere cum terra udvornicorum de Chempred, eundo namque per fenetum et per vites pervenit viam Johannis Sceuke dicti per quam itur de Dand ad Veyse, ab inde ad occidentem et vicinitatem cum terra Chukma que est similiter domini woyuode cuius pars septemtrionalis et orientalis includitur et circumdatur ac remanet villis Terebezd et Sythke supradictis, et ita declinando ad septemtrionem intrat ad priorem rivulum Haas dictum et descendit per ipsum ad metam principalem. Dicimus eciam, quod inter ipsas duas possessiones Terebezd videlicet et Topsun adiacet quedam particula terre mixtim cum ipsis terris in uno loco sine metis qua est terra predicte ecclesie Simigiensis ad predictam villam Terpech pertinens quam scilicet propter absenciam procuratoris dicte ecclesie quia vocatus non venisset metis circumdare nequivissent; preterea mete possessionis Zoob hoc ordine distinguntur, quod prima et principalis meta incipit a parte septemtrionali circa vicinitatem terre Segusdiensis iuxta arborem haas circa rivulum Lapod ubi est meta terrea a parte occidentali et ibi intrat ad ipsum rivulum Lapod et per ipsum rivulum descendit ad meridiem directe cuius pars orientalis est terre Segusdiensis et pars occidentalis remanet terre Zoob descenditque usque viam magnam et ibi vicinatur cum terra Lapod et sic descendendo per medium ipsius rivuli pervenit unum locum molendini Santus dicti, deinde descendit ad locum alterius molendini cuiusdam Cosme nuncupati de predicta villa Zoob, ab inde per ipsum rivulum pervenit usque villam Barad ad eandem partem meridionalem, transeundo ipsam villam Borad idem rivulus vertit se ad occidentem et per medium ipsius rivuli Lapod descendendo pervenit ad angulum ubi tempore inundacionis aque de ipso rivulo Lapod ad Nogthow intrat unus rivulus ad partem septemtrionalem ubi in angulo predicto est meta terrea ex novo erecta circa antiquam et sic ad eandem partem septemtrionalem eundo per meatum aque

pervenit ad Nogthow predictum et circa fossatum per quod meatur aqua de Lapod ad Nogthow est meta terrea et arbor silicis cruce signata a parte occidentali cuius occidentalis est terra ville Bulhas terra vero orientalis remanet terre Zoob, deinde transit ipsum Nogthow versus occidentem et in fine ipsius Nogthow per metodum declinat ad occidentem inter terras arabiles et pervenit ad virgultum ubi inter duas scyl et tul est meta terrea antiqua circa quam erecta est nova meta et ipsa arbor tul cruce signata, deinde pervenit ad viam magnam prope finem ville Balhas ubi pro meta antiqua arbor silicis circa cuius truncum et radicem erecta est nova posita meta iuxta viam predictam, inde transit ipsam viam ad partem occidentalem metatim et pervenit ad Eleuer in capite Vechengata et per ipsum Eleuer ascendit parum ad septemtrionem et iterum exit ad occidentem et pervenit viam quamdam per quam intrat ad silvam byk per metas terreas antiquas videlicet et novam circa arborem gyrthan, post hoc ad eandem partem occidentalem eundo transit ipsam silvam ad fluvium Ranya ad Boyungata et de Boyungata ad Nogsceg, deinde gradiens directe ad duas arbores tul cruce signatas ubi sunt mete terre antique videlicet et nova circa viam per quam itur ad Chorgow et ab hinc per ipsam viam vadit usque metas ville Syntha cuius pars meridionalis est terra Balhas pars vero septemtrionalis remanet terre Zoob, et post Syntha ad septemtrionem cadit in viam magnam per quam itur de Chorgow ad Segusd et sic per ipsam viam declinat ad orientem et pervenit ad Balatafew et per ipsam viam Segusdiensem veniet ad orientem veniet usque Elever predictum et dum exit de Elever declinat de ipsa magna via et vertit ad viam Gezthinei et sic metatim veniendo quinque per metas terreas unquam quidem per arbores cruce signatas graditur per eandem viam vertit se versus meridiem palisper et pervenit ad primam seu principalem metam; postremum principalis meta terre Bennek incipit a parte septemtrionali in monte et vicinitate terre Gyu nobilium castrensium videlicet de Simigio ubi sunt tres mete terree antique quarta vero ex novo erecta, deinde ad eandem partem septemtrionalem intrando per unam viam et per beyrch ad

duas metas terreas antiquas cuius pars occidentalis est terra nobilium de Gyog pars vero orientalis remanet terre Bennek ibique angulat se et declinat ad orientem eundoque per magnum spacium ad orientem circa quamdam viam pervenit ad tres metas terreas antiquas penes quas erecta est quarta nova, ab hinc ad eandem partem orientalem tendit circa viam versus septemtrionem per virgultum et pervenit ad duas metas terreas circa arborem silicis cruce signatam ubi est erecta tercia meta nova, deinde descendit ad vallem et transit ipsam vallem ascenditque ad montem ad finem silve ubi in latere montis circa arborem silicis est meta terrea antiqua et nova que separat a parte septemtrionali a terra Gyw supradicta, deinde per viam declinat ad partem septemtrionalem et pervenit ad duas metas terreas antiquas in parte orientali, post hec per eandem viam vadit ad partem septemtrionalem et pervenit in ascensu cuiusdam collis ad quatuor metas terreas antiquas ubi quinta est erecta nova meta ibi eciam deficit vicinitas terre Gyw et incipit tenere metas cum terra Gerek que videlicet mete separant a parte occidentali terram Gyw a septemtrionali parte terram Gerek a parte vero orientali et meridionali terre Bennek remanente, ab hinc declinat ad orientem et metatim eundo pervenit ad duas metas terreas angulares quarum una separat terre Gerek alia terre Felgemas a parte orientali tercia vero ex novo erecta separat terre Bennek predicte ad partem meridionalem, abhinc vertit se ad plagam meridionalem versus silvam ubi vicinatur cum terris populorum udvornicorum de Tord a parte orientali, deinde ad eandem partem meridionalem transit in capite cuiusdam vallis et pervenit ad terras arabiles inter quas est meta terrea, deinde per spinas inter duas terras arabiles pro meta derelictas seu commissas graditur ad eandem partem declinatque palisper ad occidentem, post hec iterato ad meridiem per tribulos virgultasque similiter duas inter terras arabiles existentes pervenit terram qua est inter duas arbores piri videlicet et gemulchen circa quam erecta est alia meta nova, abhinc per quamplures arbores pirorum descendit ad virgultum ad eandem partem et per unum berch circa vallem a parte occidentali graditur et pervenit in de-

scensu unius collis tres metas terreas antiquas et descendendo vallem in fine terrarum arabilium intrat ad silvam cuius pars orientalis est terra de Tord pars vero occidentalis remanet terre Bennek, deinde per ipsam silvam graditur directe ad eandem meridionalem vadit ad magnam viam per quam itur de Tord ad Twl recte ubi est erecta terrea meta a parte ipsius vie meridionali qua separat terram Tord a terra Bennek et eciam villam Berkus a parte meridionali ab eadem terre Bennek et sic per ipsam viam vadit ad rivulum ubi est meta terrea cuius pars meridionalis et orientalis est silva pertinens ad villam Berkus predictam pars vero septemtrionalis remanet ad possessionem Bennek, abinde per ipsam viam descendit usque vineam Gallus dicti ubi est meta terre Algmas angularis ibi eciam vicinatur cum terra ville Twl, abhinc declinat directe ad occidentem iuxta silvam et ascendit ad finem vinee Johannis filii Crisii, abhinc vero gradiens directe ad eandam partem occidentalem circa ipsam silvam cuius terre arabiles sunt terre Twl silva vero remanet terre Bennek, abinde descendit ad calculum ipsius silve et descendit ad pratum ad vallem per terras arabiles, deinde transit quandam viam et pratum et ascendit ad cacumen montis ubi sunt mete terree antique in qua est arbor quercina cuius pars meridionalis est terra Twl parte septemtrionali possessioni Bennek remanente, deinde descendit ad vallem per magnas arbores et per virgultum pervenitque ad viam magnam per quam declinat ad partem septemtrionalem circa silvam, per ipsam viam eundo declinat et ascendit iterato ad occidentem per eandem viam ad angulum ipsius silve ubi sunt sex mete terree antique que separant terras Twl Alchy videlicet et Bennek, abhinc per ipsam viam divertit se ad partem septemtrionalem et sic ad eandem partem eundo pervenit quamplures metas terreas antiquas et arboreas cruce signatas circa silvam que separant terram Alch a parte meridionali et occidentali et terram ecclesie sancti Jacobi de Lelez (így) *) abinde ad eandem partem per ipsam viam eundo palisper pervenit ad metam terream in transitu vie per quam itur de Bennek ad Sudok a parte occidentali et eundo ad eandem par-

*) Hihetőleg az átiró hibája miatt »*Selyz*« helyett. Szerk.

tem descendit ad vineas in quas vineas gradiens metatim pervenit ad metas terreas antiquas in pede cuiusdam vinee ubi vicinatur cum terra filiorum Dominici de Elya, ab inde tendit palisper quantum iactatus est lapidis pervenit iterato ad metas terreas deficit vicinitas terre filiorum Dominici predictorum, deinde declinat parum ad occidentem et iterato ad septemtrionem metatim per semitam inter vineas cadit ad viam et per ipsam viam ascendit iterato ad orientem iuxta vicinitatem terre Sudok iam deficiente et incipiet tenere metas cum terra Thoty, et abhinc declinat ad septemtrionem et pervenit ad metas terreas circa arborem cruce signatam, deinde ad eandem partem protenditur et declinat parum ad orientem ascenditque ad virgultum ad unum berch et metatim vadit directe ad septemtrionem per magnas arbores silicum et pervenit ad Mogosmal ad tres metas antiquas et quamplures arbores pirorum, descendit de Mogosmal ad orientem ubi deficit vicinitas terre Thoty et vicinatur iterato cum terra nobilium de Gyug de valleque ascendit ad montem ad berch et per ipsum berch pervenit ad priorem principalemque metam, et sic mete et distincciones possessionum dumtaxat Topsun Terebezd Sythke Zoob et Bennek terminantur; item quia iste possessiones Berke Pata et Esgrem antiquis metis evidentissimis circumdari et aliis possessionibus vicinorum et commetaneorum circumiacencium sine ullo preiudicio et aliqualis contradiccionis obstaculo separari videbantur et distingui, idcirco metas earum et limitaciones nominatim habere non curassent sed per ipsas metas circuendo reambulassent reambulatasque presentibus vicinis et commetaneis earum omnibus consencientibus et admittentibus nulloque contradictore apparente simul cum aliis possessionibus superius nominatis quarum possessionum mete et limitaciones nominatim superius sunt . . declarate, eidem domino Thome woyuode iuxta tenorem litterarum ipsius comitis Pauli statuissent perpetuo possidendas. Datum feria tercia proxima post octavas festi beati Michaelis archangeli proxime preteritas, anno domini M° CCC° XXX° primo.

A budai káptalannak 1347. jun. 21-én Tamás vajda kérésére kiállított átiratából, melynek eredetije megvan az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 397. 29. dipl. ltár: 2681. Közli: Kovács N.

478.

1331. Esztergom, oct. 12. Az esztergomi érsek helyettese a verebi egyház kegyúri joga tárgyában az illető feleket okleveleik felmutatására utasítja.

Nos magister Petrus archidiaconus de Sombon de ecclesia Agriensi generalis vicarius . . Chanadini archiepiscopi Strigoniensis eiusdemque loci comitis perpetui damus pro memoria, quod cum iuxta formam literarum magistri Petri cantoris Budensis condam auditoris causarum per eundem . . archiepiscopum deputati magister Paulus archidiaconus Waciensis et Georgius frater eiusdem item Petrus filius Stephani filii Henche Thomas et Henche filii Johannis filii Stephani de Wereb ac Demetrius sacerdos de eadem contra Nicolaum filium Korrardi in octavis beati Michaelis archangeli vel ad concordiam recitandam vel ad peremtoriam responsionem faciendam coram nobis comparere debuissent, quo termino adveniente pro ipso Nicolao filio Korrardi Thoma fratre eiusdem ab una parte, ex altera vero parte Petro filio Stephani pro se et cum legitimis procuratoriis pro prefatis nobilibus coram nobis constitutis prefatus Thomas pro eodem Nicolao fratre suo . . contra predictum Petrum et nobiles memoratos proposuit in hunc modum, quod idem Nicolaus in ecclesia de eadem Wereb porcionem racione patronatus tantam habere dinosceretur sicut unus ex nobilibus supradictis, qui quidem nobiles a festivitate Assumcionis beate virginis cuius iam sexta revolucio transivisset usque nunc proventibus eiusdem ecclesie de Wereb usi fuissent in suum preiudicium et eundem de patronatu eiusdem exclusissent, insuper in prato et feno in possessione eiusdem per peregrinos ad ecclesiam eandem confluentes viginti marcarum damnum idem Nicolaus habuisset; e converso prefato Petro ad premissa respondente quod a tempore proavi ipsorum a protavo predicti Nicolai per divisionem congruam fuissent separati in possessionibus eorundem et facta divisione in possessione porcioni ipsorum cedenti ipsam ecclesiam de Wereb construxissent et sic nullam in eadem haberet Nicolaus

porcionem racione patronatus, licet sacerdotem communiter in eadem habuissent et haberent, preterea idem Thomas contra Demetrium sacerdotem de eadem pro quo idem Petrus filius Stephani comparuit proposuit talimodo, quod idem sacerdos vocatus pro celebrandis nupciis in possessione eiusdem Nicolai habitis accedere noluisset, propter iniuriam eidem inferendam eodem Petro pro ipso sacerdote respondente, quod sicut eis ita et iobagionibus Nicolai omnia prout sacerdos parochialis administrasset; nos vero unacum discretis viris de capitulo Strigoniensi ac nobilibus viris nobiscum in iudicio assidentibus sentencialiter decrevimus, quod super eo quia divisionem tempore protavorum eiusdem Petri ac nobilium predictorum una cum protavo prefati Nicolai dixit factam extitisse et in porcione in divisione eis cedenti ipsam ecclesiam construxisse que nunc est, idem Petrus ac nobiles predicti super ipsa divisione facta debeant sua exhibere instrumenta in octavis beati Andree apostoli nunc venturis coram nobis, et quia actor accionem suam probare contra ipsum Demetrium sacerdotem non assumsit, idem Demetrius sacerdos prestabit eodem die sacramentum super eo quod ad nupcias celebrandas per iobagiones eiusdem Nicolai vocatus nunquam ire recusasset sed semper ivisset propria in persona, et eodem die prefatus Petrus filius Stephani de *iudicio lingue* in quo coram nobis remansit nobis assumsit satisfacere sub pena dupli si terminum preteriret. Datum Strigonii, septimo die termini prenotati, anno domini M° CCC° XXX° primo.

Zárlatán hosszúkás pecséttel; eredetije megvan az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 35. 69. dipl. ltár: 2690. Közli: Kovács N.

479.

1331. Kálló, oct. 19. Szabolcs vármegye alispánja Lengyel Jánost bizonyos ügyben esküre kötelezi.

Nos magister Berch vicecomes de Zoboch ac quatuor iudices nobilium de eodem damus pro memoria, quod magister Johannes Lengel dictus debet sabato proximo post

datarum presencium contra Paulum filium Petri testibus comprobare quibus poterit evidencius super eo quod tres boves pro centum grossis et sex extimatos quos magister Johannes antedictus recaptivaverat apud eundem Paulum Johannis (így) servientis sui extiterint et fuerint. Datum in Kalo, sabbato proximo post festum beati Luche, anno domini M° CCC° XXX° primo.

Zárlatán pecsétnyommal; eredetije a N. Muzeumban, a Kállay cs. ltárban.

480.

1331. oct. 19. Esztergom város bírája és esküttt társai előtt Capo András, házait Péter fiának Tamásnak elörökíti.

Comes Nicolaus filius Baldinii iudex, comes Stephanus filius Godini, comes Nicolaus filius Michaelis, Stephanus filius Hermani, magister Thomas filius Kunchel, Stephanus filius Gelety, Georgius filius Rubini, Stephanus filius Hurricy, magister Anda et Stephanus filius Csugram iurati ceterique cives de Strigonio .. ad universorum noticiam .. harum serie volumus pervenire, quod Andreas brevis ac Capo sponsus relicte Donc muratoris noster socius ab una parte, ac nobilis vir et honestus magister Thomas filius Petri castellanus de Chokakeu ex altera coram nobis personaliter constituti, idem Andreas Capo dixit .. domos suas in medio nostri cum muro ad easdem pertinenti in vicinitate domorum Nicolai carnificis a plaga septemtrionis in fine curie predicti magistri Thome circa parvum Danubium existentes et adiacentes de bona voluntate et ex permissione domine Elene consortis sue Nicolai et Johannis filiorum suorum et ceterorum cognatorum et proximorum eiusdem prout per nos diligenti inquisicione inquisiti et interrogati consensum prebuerunt benevolum et assensum, dedisse .. prefato nobili viro magistro Thome filio Petri decem marcis argenti mercimonialis .. et per ipsum magistrum Thomam .. iure perpetuo .. possidendas .. et habendas .. quarum quidem domorum premissarum et muri longitudo triginta

ulnas et latitudo quindecim cum ulna seu mensura pannorum que et vulgari Reyf dicitur seu nominatur in se continent; insuper predictus Andreas Capo.. assumsit et si qui processu temporum racione premissarum domorum per ipsum venditarum prefatum nobilem virum magistrum Thomam.. inquietare nitterentur.. ab omnibus expedire.. Datum secundo die festivitatis beati Luce evangeliste, anno domini Millesimo CCC° XXX° primo.

A félig ép kettős pecsét zöld-veres selyem sodraton függ; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 409. 16. dipl. ltár: 2691. Közli: Kovács N.

481.

1331. Pozsony, nov. 30. I. Károly király Bolchi András panaszára Szabolcs vármegye szolgabíráit bizonyos ügyben vizsgálatra kiküldi.

Karolus rex .. iudicibus nobilium de comitatu Zobouch .. dicit nobis Andreas de Bolch quod quidam inimici et sui malivoli in eadem possessione Bolch suas equacias ipso in exercitu nostro existente recepissent, super quo .. precipimus .. quatenus unus aut duo ex vobis in eadem provincia ab omnibus quibus decuerit sciant et inquirant omnimodam veritatem, et prout vobis veritas constiterit de premissis nobis .. rescribatis. Datum Posonii, in festo beati Andree apostoli, anno domini M° CCC° XXX° primo.

Szabolcs vármegye négy szolgabírájának 1352-ben »sabbato post festum Epiphaniarum domini« kelt jelentéséből, melyben a királylyal tudatják »quod hoc anno in presenti in festo beati Martini.. primo Stephanus germanus Az, item Ladislaus germanus eiusdem, item Johannes filius Petri filii Gal, item Jacobus filius Johannis filii Tal equacias suas videlicet quinque electas equas in eadem possessione Bolch clara luce potentibus manibus ipso comite Andrea in vestro exercitu existente abstulissent.« Az átirat eredetije a N. Muzeumban, a Kállay cs. lban.

482.

1331. dec. 6. A pozsonyi káptalan elött Kenéz comes fiai Myle nevü birtokukat Nagy-Pozsony vármegyében Fodor Jánosnak elörökítik.

Capitulum ecclesie Posoniensis ad universorum .. noticiam .. volumus pervenire, quod Philippus et Petrus iuvenes nobiles filii comitis Kenez una cum nobili domina .. Clara matre sua .. quandam sue terre particulam ex dono regio ad eos pertinentem Myle vocatam in maiori comitatu Posoniensi a parte meridiei in vicinitate Johannis filii Jenslini seu Iwan filii sororis eiusdem Johannis civis de Tyerna, item a parte occidentis Andree filii Nicolai de Kyurth, a parte autem septemtrionali in confinitate possessionis magistri Petri dicti Orrus Dudvagzeg vocate existentem .. quam eciam terram a parte orientis aqua Dudvag ab aliis separat .. hanc inquam terram una cum fundo curie .. item aliis utilitatibus suis ., Johanni dicto Fudur filio Mauricii qui eciam presens aderat .. pro sedecim marcis latorum denariorum wiennensium singulis decem pensis computatis .. vendiderunt et alienarunt semper possidendam .. hoc se nihilominus vimine vincientes quod si successu temporum quispiam ipsum Johannem . quoquomodo molestare .. vellet, extunc iidem Philippus et Petrus et ipsa domina mater eorum .. ipsum Johannem Fudur et eius successores expedirent .. quod si facere non possent saltem de alia possessione ipsorum .. tantundem sicut prefata possessio se extendit eidem Johanni dare .. tenebuntur .. Datum in die beati Nicolai confessoris et pontificis, anno domini Millesimo trecentesimo tricesimo primo.

A pecsét zöld-veres selyemszálakon függ, alúl cyrographum rajta ; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. Mon. Pos. 18. 1. dipl. ltár : 2693. Közli : Kovács N.

483.

1331. A budai káptalan előtt Német Lukács boldogköi várnagy Devecser nevü birtokra vonatkozó okleveleit Magyar Pálnak átszolgáltatja.

Capitulum ecclesie Budensis ad universorum . . noticiam . . volumus pervenire, quod magistro Lucachio theotonico castellano de Bolduaku famulo magnifici viri Philippi condam palatini ab una parte, item Dionisio filio Simonis officiali magistri Pauli dicti Magar . . ex altera coram nobis personaliter constitutis idem magister Lucachius exhibuit nobis quasdam litteras privilegiales, unam videlicet . . Karoli regis . . in qua declaravit totalem porcionem possessionariam Nicolai filii Alexandri in possessione Deuecher vocata in comitatu de Zobolch existente habitam pro eo quia idem Nicolaus in crimine hospitalitatis scienter furibus impense fuisset deprehensus et coram eodem magnifico viro Philippo palatino super hoc convictus legitime extitisset ad manus eiusdem Philippi palatini esse perpetuo deuolutam, aliam quidem nostram in qua demonstravit eandem porcionem possessionariam per eundem Philippum palatinum dominum suum sibi donatam extitisse perpetuo et collatam, quam siquidem porcionem possessionariam idem magister Lucachius cum omnibus suis utilitatibus et pertinenciis universis vendidit . . pro centum marcis fini argenti plene receptis prefato magistro Paulo dicto Magar et per eum suis heredibus heredumque suorum successoribus iure perpetuo et irrevocabiliter possidendam, predictas literas privilegiales dicti domini nostri regis et nostras ad manus dicti magistri Pauli in persona eiusdem officialis sui in nostri presencia assignando, alias siquidem litteras universas . . si quas idem magister Lucachius super ipsam porcionem possessionariam dolo fraudis future fieri procurasset vel procuraret reddidit idem magister Lucachius et reliquit cassas . . Datum per manus discreti viri magistri Ladislai lectoris ecclesie nostre, anno domini M° CCC° XXX° primo, magistro Petro cantore, Jacobo custode, ma-

gistro Posonio, Petro quondam decano, Petro Syculo, Johanne presbitero, Johanne et altero Johanne ac Jacobo magistris ceterisque canonicis existentibus.

Veres selyem zsinóron függött pecsét nyomaival, fölül cyrographummal; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 1535. 44. dipl. ltár: 2695. Ugyanott megvannak a föntebb idézett oklevelek is, dipl. ltár: 2684. sz. a. Közli: Kovács N.

484.

1331. A budai káptalan előtt Kokai Mogh és fia Mihály, Aladrián Bodrog vármegyei helységben való birtokjogukat Magyar Pálra átruházzák.

Capitulum ecclesie Budensis .. ad universorum noticiam .. volumus pervenire, quod Michaele filio Moogh de Koka pro se et pro dicto Moogh patre suo ab una parte, item magistro Paulo dicto Magyar castellano de Gymus ex altera coram nobis personaliter constitutis propositum extitit per eosdem .. quod super medietate possessionis Oladrian in meridionali parte iacente possessionis videlicet in comitatu de Budrugh circa fluvium Tycia adiacentis per .. Karolum regem .. magistro Gallo de Koka quondam portario suo fratri videlicet ipsius Michaelis filii Moogh nomine possessionis hominis sine heredum solacio decedentis donata et collata inter eos contencio extitisset pro eo quod predictus magister Paulus dictus Magyar eandem medietatem possessionis Oladryan predicte mortuo ipso magistro Gallo ab eodem .. rege sibi dari et conferri .. postulasset a fratribus et proximis predicti magistri Galli alienando; tandem per consilium et ordinacionem baronum et regni nobilium ac aliorum quorumlibet proborum virorum super eadem medietate possessionis Oladryan tali modo concordassent, quod predicti Michael et Moogh pater suus receptis sexaginta marcis grossorum denariorum ab eodem magistro Paulo Magyar eidem magistro Paulo .. cum omnibus suis utilitatibus perpetuo et irrevocabiliter reliquissent, literas eciam universas .. super sepefata medietate

possessionis Oladryan emanatas .. ad manus eiusdem magistri Pauli dando et resignando .. Datum per manus discreti viri magistri Ladislai lectoris ecclesie nostre, anno domini Millesimo CCC° XXX° primo, magistro Petro cantore, Jacobo custode, magistro Posonio, Petro quondam decano, Petro siculo, Dominico, Johanne presbiteris, Johanne, altero Johanne ac Jacobo magistris ceterisque canonicis existentibus.

A budai káptalannak 1360-ki átiratából, melynek eredetije megvan az orsz. ltár kincst. oszt. Mon. V. Bud. 28. 6. dipl. ltár: 2696. Közli: Kovács Nándor.

485.

1332. Beregszász, jan. 2. Dezső Bereg vármegye ispánja és birótársai bizonyítják, hogy Bodoló és Harábor nevü birtokokon az illető tulajdonosok a régi határjelek helyén újakat emeltek.

Nos magister Desew comes de Bereg et quatuor iudices nobilium de eodem damus pro memoria, quod causa que fuisset mota inter magistrum Iwan filium Egidii de Bodolo ab una parte, ab altera vero inter Stephanum filium Thome et filium suum Andream de Harabur super destruccione metarum predictarum possessionum per composicionem proborum virorum ad talem pacis devenerunt unionem, quod secundum tenorem priorum literarum .. Philippi palatini antedictam metam sub antiquis metis erectis earum metarum sublevassent. Datum in Luprecht Zaza, secundo die festi Strennarum, anno domini Millesimo CCC° XXX° secundo.

Zárlatán öt pecséttel; eredetije a N. Muzeumban, a Kállay cs. ltárban.

486.

1332. jan. 13. A pécsváradi convent I. Károly királynak jelenti, hogy több Baranya vármegyei birtokosokat a nyúlszigeti apáczák részére megidéztetett.

.. Karolo .. regi .. conventus monasterii Waradiensis .. patentes literas vestre magnitudinis recepimus et iuxta earumdem continenciam unacum Nicolao nobili de Topord homine vestro .. Petrum sacerdotem ecclesie nostre de Nadosth pro testimonio transmisimus .. qui feria sexta proxima ante octavas Epiphanie domini Batham filium Laurencii de Mendscenth super porcione sua in eadem Mendscenth habita, item Paulum filium Markus de Topord super porcione de eadem Topord in qua ipse propriam habet residenciam, item Petrum filium Ladislai Batha dictum super porcione sua in Topord habita et Petrum ac Deseu filios Pobor super possessione eorum Pobor-Boxaya vocata contra religiosas dominas sanctimoniales de Insula Leporum .. citavissent octavas beati Mathie apostoli nunc venturas eisdem pro termino assignando. Datum in predictis octavis Epiphanie domini, anno eiusdem M° CCC° XXX° secundo.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. Mon. Pos. 63. 3. dipl. ltár: 2699. Közli: Nagy Gyula.

487.

1332. Visegrád, jan. 15. I. Károly király előtt Magyar Pál gímesi várnagy és Endre fia András s társai, Uzudföld Monorosd Ardó és Deregnye nevü birtokok iránt föntforgott ügy elintézését választott bírákra bízzák.

Nos Karolus .. rex .. significamus .. quod magistro Paulo Magar dicto castellano nostro de Gymes ex una parte, item Stephano filio Dominici pro se ac vice et nomine Johannis et Nicolai filiorum Laurencii proximis suis, item Andrea

filio Endree et Johanne filio Nicolai ac Peteu filio Petri nec non Stephano filio Bekee parte ex altera coram nobis personaliter constitutis, propositum extitit per eosdem . . quod i causa quam idem magister Paulus contra prenominatos nobiles super facto quarumdam possessionum Vzudfeldy Monorosd Ordo et Deregeny vocatarum in quindenis residencie presentis exercitus nostri proxime preteriti coram iudice curie nostre movere intendebant taliter inter se convenissent, quod in octavis Pentecostes nunc venturis adducerent octo nobiles viros communiter ad capitulum ecclesie Jauriensis et in presencia eiusdem capituli . . prenominati nobiles super dictis possessionibus exhiberent sua instrumenta et iura quibus mediantibus dictas possessiones optinent et conservant, quibus visis dicti arbitrares (így) arbitrarentur inter ipsos . . et si dicti arbitratores . . predictas possessiones ad memoratos nobiles pertinere invenerint, tunc idem magister Paulus memoratas possessiones relinquet . . predictis nobilibus . . si vero iidem nobiles efficacia instrumenta super dictis possessionibus exhibere non possent que easdem possessiones salvare possent et ob hoc partes arbitrium predictum non acceptarent, tunc octavo die octavarum predictarum coram iudice curie nostre statu priori permanente tenerentur comparere; hoc nihilominus declarato, quod si ipse magister Paulus ob aliquam causam personaliter ad prenominatum locum et terminum accedere non posset tunc filium suum . . destinare teneretur . . Datum in Visegrad, tercio die octavarum Epiphaniarum domini, anno eiusdem M° CCC° XXX° secundo.

Hátlapján nagy királyi pecsét nyomaival; eredetije Sitkén, Vasmegyében, Nagy Sándor ltárában. K. 32.

488.

1332. jan. 20. Az egri káptalan előtt Kállay Iván Karászi Lászlót Devecser nevü Szabolcs vármegyei birtok eladásától, Magyar Pált pedig annak megvételétől tilalmazza.

Nos capitulum ecclesie Agriensis damus pro memoria, quod magister Dominicus filius comitis Dyonisii filii Blasii de Belch pro nobili viro magistro Iwan filio Egidii de Kallo .. dixit nobis protestando, quod Ladizlaus filius Alexandri de Karaz quandam possessionem suam Devecher vocatam in comitatu de Zabouch existentem magistro Paulo dicto Magyar absque .. permissione eiusdem magistri Iwan vendidisset .. quem .. a vendicione .. racione vicinitatis .. prefatum vero magistrum Paulum Magyar .. ab emcione .. prohibuit .. coram nobis .. Datum in quindenis Epiphaniarum domini, anno eiusdem M° CCC° XXX° secundo.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 830. 1. dipl. ltár: 2700. Közli: Nagy Gyula.

489.

1332. Buda, febr. 2. Csanád esztergomi érsek emlékezetül adja, hogy Bodun fia Mihály és rokonai a budai országgyülésen több birtok elfoglalása miatt Mikch tótországi bán és társa ellen panaszt emeltek.

Nos Ch(anadinus) archiepiscopus Strigoniensis .. damus pro memoria, quod Michael filius Bodun suo et suorum fratrum Donchonis videlicet Mathei Georgii Nicolai ac Ladislai nomine apud Budam in congregacione regni .. extitit protestans, quod vir magnificus Mykch banus tocius Sclavonie et Emericus filius Pauli ipsorum possessiones .. occupassent .. quarum possessionum nomina hec sunt: Surky, Gurgy, Nadazd, Bukey, Jan, Fencuzege, item inter fluvios Thyza Budrug: Chel-

mech, Kachun cum pertinenciis ad easdem. Datum Bude, in festo Purificacionis virginis gloriose, anno domini Millesimo CCC° XXX° secundo.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 1535. 47. dipl. lt. 2701. Közli: Nagy Gyula.

490.

1332. Visegrád, febr. 5. I. Károly király elött Sóvári János fia László, nagybátyját Pétert birtokainak elidegenítésétől tilalmazza.

Nos Karolus .. rex .. damus pro memoria, quod Ladislaus filius Johannis filii Georgii de Sowar in nostri presencia .. per modum protestacionis prohibuit Petrum filium Georgii fratrem suum a vendicione impignoracione et quomodolibet alienacione universarum possessionum ubilibet existencium cuilibet seu quibuslibet preterquam sibi facienda et quoslibet alios quovis colore ab intromissione se in easdem; in cuius prohibicionis testimonium presentes a nobis sibi dari postulavit, quas nos sibi concessimus communi iusticia suadente. Datum in Wysegrad, in festo beate Agathe virginis et martiris, anno domini M° CCC° XXX° secundo.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije a N. Muzeumban, a Sóvári Soós cs. lban.

1332. febr. 9. Az egri káptalan elött Bok János és testvére Miklós a Szkáros és Visnyó nevü Gömör vármegyei faluk megtelepítésére vonatkozó föltételeket megállapítják.

Nos capitulum ecclesie Agriensis damus pro memoria, quod comes Johannes dictus Bok filius Nicolai ex una parte, et Nicolaus filius eiusdem Nicolai scilicet frater dicti Johannis uterinus ab altera nobiles de Scarus in nostri presencia personaliter constituti dixerunt, quod cum ipsi quasdam possessiones ipsorum communes et hereditarias videlicet dictam

possessionem Scarus et Vysnow vocatas in comitatu Gumuriensi habitas populorum multitudine preditare et habitatoribus decorare volunt .. si eedem possessiones ipsorum dictorum populorum multitudine decorari possint et ipsam intencionem suam effectui mancipare valerent, ex tunc libertates eisdem populis ex communi consensu condonarent et assignarent et ususfructus dictorum iobagionum equaliter perciperent iuxta facultatem iobagionum prenotatorum, tali tamen obligacione interiecta, quod si qui ipsorum altero eorum ignorante vel contradicente dictos iobagiones seu hospites in plus vexaret aut maiorem collectam super eisdem iobagionibus quam conveniret et opportunum videretur exigere niteretur et hoc alter ipsorum contra alterum suis vicinis et commetaneis ac aliis testibus evidentibus comprobare posset et valeret, pars premissa faciens contra partem hoc tolerantem et non facientem ante litis ingressum in decem marcis convinceretur eo facto. Datum in octavis Purificacionis virginis gloriose, anno domini M° CCC° XXX° secundo.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije a N. Muzeumban, a Hamvay cs. lban.

492.

1332. Visegrád, febr. 9. I. Károly király elött Bakóczai Egyed Mihåld nevü Somogy vármegyei birtokát Nagy-Martoni Pál országbírónak elörökíti.

Nos Karolus .. rex .. significamus .. quod magistro Egidio filio Petri de Bokolcha ab una parte, et magnifico viro comite Paulo filio Simonis iudice curie nostre parte ab altera .. constitutis, per eundem magistrum Egidium propositum extitit .. ut ipse quandam possessionem suam hereditario iuris titulo ipsum contingentem Myhald vocatam in comitatu Simigiensi existentem .. eidem comiti Paulo pro sexingentis marcis .. vendidisset .. perpetuo possidendam tenendam et habendam .. obligans se .. ut si aliquis vel quicunque ipsum comitem Paulum vel suos heredes pretextu dicte

possessionis .. molestare .. attentarent .. ipse magister Egidius vel sui heredes ipsum comitem Paulum et suos posteritates .. expedire tenerentur .. Datum in Wysegrad, in octavis festi Purificacionis virginis gloriose, anno domini M° CCC° XXX° secundo.

Hátlapján nagy felségi pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 557. 26. dipl. ltár: 2702.

493.

1332. Kapornak, febr. 9. Henrik veszprémi püspök a liszói és pátrói nemeseknek megengedi, hogy a liszói kápolna temetőjében temetkezhessenek.

Nos Herricus .. episcopus Vesprimiensis aule domine regine cancellarius significamus .. quod quia nobilis domina mater quondam Nicolai bani tocius Sclavonie Petrum sacerdotem de Sag ablatis bonis suis contra canonicas sancciones potencialiter de sua ecclesia in preiudicium omnium ecclesiasticarum personarum et nobilium virorum in villis Lizo et Patruh existencium expelli fecit, pro eo compacientes altercacionibus quas iobagiones eiusdem domine de prefata villa Sag una cum Petro filio Johannis et aliis nobilibus habebant, capellam sancti Bricci de Lizo a prefata matre ecclesia de villa Sag separando in cimiterio eiusdem capelle prefatis nobilibus sepulturam annuimus et concedimus presencium per tenorem dantes eisdem auctoritatem sacerdotem quandocunque voluerint conservandi in eadem. Datum in Kapornok, sabbato proximo ante dominicam Oculi nostri, anno domini Millesimo CCC° XXX° secundo.

János veszprémi prépostnak László veszprémi püspök helyettesének 1363. september 22-én kelt átiratából, melynek eredetije megvan az orsz. ltár kincst. oszt. Eccl. 55. 9. dipl. ltár: 5159. Közli: Kovács N.

494.

1332. mart. 8. Esztergom város tanácsa előtt Pertold királyi orvos, ennek neje és fiai, Tamás csókaköi és gesztesi várnagynak egy szölöt elörökítenek.

Comes Nicolaus filius Baldini iudex, comes Stephanus filius Godini, comes Nicolaus filius Michaelis, magister Georgius filius Robini, Stephanus filius Gilethy, magister Thomas filius Kunchel, Stephanus filius Hermany, magister Anda, comes Valentinus, Stephanus filius Hurnicy et comes Stephanus filius Nigram iurati ceterique cives de Strigonio .. ad universorum noticiam .. volumus pervenire, quod .. magister Perettoldus cirolitus seu medicus .. regis Karoli .. noster socius et concivis, domina Elisabeth consors sua, Johannes uterque et Nicolaus filii eiusdem ab una parte, et vir nobilis magister Thomas filius Petri castellanus de Chokakeu et de Kezthes ex altera coram nobis personaliter constituti iidem magister Perettoldus domina consors sua et filii sui memorati quandam vineam ipsorum ipsi magistro Perettoldo per dominum nostrum regem datam et donatam et postmodum per eundem emcionis titulo comparatam Burkuth vocatam in territorio Strigoniensi retro ecclesiam sancti Dominici confessoris in facie terre capituli ecclesie Strigoniensis sitam .. in vicinitate vinearum comitis Stephani filii Nigram concivis nostri a parte septemtrionis et magistri Gehan pistoris a plaga orientis existentem .. ex permissione ipsorum vicinorum suorum .. dixerunt .. vendidisse predicto .. Thome filio Petri centum marcis grossorum denariorum plene habitis et receptis ab eodem .. iure perpetuo .. possidendam .. preterea idem magister Perettoldus et sui filii .. assumserunt ut si qui ullo unquam tempore prefatum magistrum Thomam filium Petri racione premisse .. vinee inquietare niterentur .. expedire .. peciit eciam a nobis magister Thomas memoratus ut tenorem litterarum quibus mediantibus predictam vineam magister Perettoldus emisset et obtinuisset, presentibus inseri faceremus, quarum tenor talis est: Comes Nicolaus . . . stb. (l. föntebb

453. sz. a.) .. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem ad instantes peticiones parcium premissarum presentes concessimus duplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum in dominica Invocavit, anno domini Millesimo trecentesimo tricesimo secundo.

A kettős pecsét fehér-piros selyem sodraton függ; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 409. 18. dipl. ltár: 2698. Közli: Kovács Nándor.

495.

1332. Visegrád, mart. 11. Demeter tárnokmester előtt Bonaguntai János és György Petheuch fia György ellen mindennemű keresetről lemondanak.

Nos Demetrius magister thawarnicorum domini regis damus pro memoria, quod magister Johannes de Bonagunta et Georgius frater eiusdem .. confessi sunt .. quod omnes causas ipsorum quas usque nunc contra Georgium filium Petheuch proximum et famulum nostrum et eciam causas famulorum suorum propter bonum pacis et concordie unionem predicto Georgio penitus et per omnia remiserunt et si quas literas cuiusvis capituli vel conventus contra prefatum Georgium haberent ipsas omnes literas mortuas reddiderunt et cassatas, et si in processu temporum predictas litteras contra ipsum Georgium habitas usque a data presencium in lucem quandocunque fuerint exhibita viribus careant penitus et vigore, penam callumnia incursuri si aliquam causam idem magister Johannes et Georgius de predictis causis iam elapsis contra pretactum Georgium incitarent, ad quod se spontanea obligarunt voluntate. Datum in Wyssegrad, in octavis diei Cinerum, anno domini M° CCC° XXX° secundo.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije a N. Muzeumban. Közli: Tagányi K.

496.

1332. Visegrád, mart. 24. Pál országbíró elött Csenik mester Újvár és Hevesújvár megyei birtokait Ugod várával elcseréli.

Nos comes Paulus iudex curie .. significamus, quod magister Chenyk bohemus aule regie maiestatis miles est confessus quod ipse quasdam possesiones suas Bura, Bachanad, Scench, Ida, Wyfolu et Lytery vocatas in comitatibus Wywar et Heweswywar existentes nomine possessionum quondam Demetrii filii Bodun .. notorii infidelis ac Leustachii magni de Velpreth ab erumna seculi absque heredum solacio sequestrati per regie maiestatis clementiam in recompensacionem fidelissimorum obsequiorum suorum sibi perpetuo collatas .. in concambium .. castri Wgud vocati eidem domino nostro regi dedisset tradidisset. Datum in Wyssegrad, in vigilia festi Annunciacionis virginis gloriose, anno domini Millesimo CCC° XXX° secundo.

Kék zsinóron függő pecséttel; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 650. 2. dipl. ltár: 2708. Közli: Tagányi K.

497.

1332. Visegrád, mart. 28. I. Károly király elött Kátai Jakab Tyukud, máskép Kerekudvar nevü birtoknak István királyi jegyző részére történt adományozásába beleegyez.

Nos Karolus .. rex .. significamus .. quod Jacobus filius Valentini de Katha coram nobis personaliter constitutus possessionem Tyukud vocatam alio nomine Kerekudvar nuncupatam in comitatu de Heweswywar circa fluvium Zogyva existentem per nos magistro Stephano speciali notario aule nostre perpetuo collatam eidem magistro Stephano eodem modo prout nos contulimus pacifice ex parte sua reliquit omni iuri quod in ipsa possessione habuisset renunciando

coram nobis, asserens predictam collacionem nostram fore iustam et modestam. Datum in Wisegrad, sabbato proximo ante dominicam Letare, anno domini M° CCC° XXX° secundo.

Hátlapján pecsét töredékeivel; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 955. 13. dipl. ltár: 2709. Közli: Tagányi K.

498.

1332. Gömör, mart. 30. János gömöri föesperes elött Csoltói Detre leánya Klára Mihály comes neje, férjét, Sal fiát Pált és Beretke fiát Sándort ügyvédekül vallja.

Nos magister Johannes archidiaconus Gumuriensis.. declaramus.. quod nobilis domina consors comitis Michaelis filii Detrici de Choltou Clara nuncupata nobis in archidiaconatu nostro Gumuriensi procedentibus in nostri presencia personaliter comparendo in omnibus causis suis et articulis earum et specialiter super requisicione mancipiorum seu ancillarum suarum quas habet vel habere sperat contra quoscunque quandocunque et quovis termino coram domino nostro archiepiscopo Strigoniensi vel vicario suo aut coram nobis tam in agendo quam in defendendo prefatum Michaelem maritum suum ac Paulum filium Sal et Alexandrum filium Beretke nobiles de eadem Choltou quemlibet eorum in solidum suos constituit legitimos procuratores ratum et firmum se spondens habituram quidquid per eosdem aut aliquem ipsorum presencium porrectorem actum fuerit vel ordinatum in suis causis antedictis. Datum in villa Gumur, feria secunda proxima post dominicam Letare, anno domini M° CCC° XXX° secundo.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije a N. Muzeumban a Hamvay cs. lban.

499.

1332. apr. 7. Hont vármegye alispánja és birótársai a Bori Petü és Stoyssa fiai között föntforgott ügyben halasztást adnak.

Nos magister Nicolaus comes Hontensis et quatuor iudices nobilium de eodem damus pro memoria, quod cum feria tercia proxima post dominicam Iudica causam quam Petheu de Bori secundum formam literarum conventus de Saag contra Petrum Soos et Nicolaum dictum Helmes de Bori habebat scilicet super eo quod si arbitrium non acceptarent sine parte iudicis extunc in gravamen decem marcarum subiacerent et tamen nos inspicere de ipsa causa volebamus, tunc filii Stoyssa dixerunt quod contra ipsas literas conventus literas haberent et terminum sibi postularunt presentare, sigillando literas Petheu commisimus ut feria tercia proxima post festum beati Georgii martiris presentarent coram nobis et de habet (így) inspiceremus, item ipso die de duabus marcis de parte byrsagyorum lingue solvet Petheu et de aliis prout scilicet de sex marcis nos et ipsum placabunt. Datum in termino predicto, anno domini M° CCC° XXX° secundo.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije a Bory cs. lban.

500.

1332. Avignone, apr. 8. XXII. János pápa a székes-fehérvári pépostot utasítja, hogy a Budavár kapujánál szedett vám dolgában Buda város közönsége és a nyúlszigeti apáczák közt föntforgott vitás ügyet intézze el.

Johannes episcopus servus servorum dei dilecto filio preposito ecclesie Albensis salutem et apostolicam benediccionem. Significarunt nobis dilecte in Christo filie priorissa et conventus monasterii regalis monasterii sancte Marie de Insula Danubii alias Leporum per priorissam soliti gubernari

ordinis sancti Augustini Vesprimiensis dioecesis secundum instituta et sub cura fratrum ordinis predicatorum viventes, quod percepcio emolumenti quod de foro porte Castrabude dicte dioecesis quolibet die sabbati proveniebat quodque tributum nuncupatur, ad dictas priorissam et conventum, quibus licet habere proprium in communi ex indulto sedis apostolice speciali de antiqua et approbata et hactenus pacifice observata consvetudine dinoscitur pertinere et tam prefate priorissa et conventus quam ille que in dicto monasterio precesserunt easdem fuerant in pacifica possessione vel quasi iuris percipiendi prefatum emolumentum a tempore cuius in contrarium memoria non existit, verum universitas dicti loci Castrabude contra premissam consvetudinem temere venientes et ad derogacionem priorisse et conventus et monasterii prefatorum pravis ingeniis anhelantes temeritate propria constituerunt nundinas per quindenam ante et post festum Decollacionis beati Johannis Baptiste in eodem loco Castrabude annis singulis faciendas et publice indixerunt quod nullus aliquod emolumentum vel tributum solveret dictis abatisse et conventui durantibus nundinis antedictis in priorisse conventus et monasterii predictorum preiudicium non modicum et gravamen; quare nobis eedem priorissa et conventus humiliter supplicarunt, ut providere ipsis in hac parte de oportuno remedio curaremus: quocirca discrecioni tue per apostolica scripta mandamus, quatenus partibus convocatis audias causam et appellacione remota debito fine decidas faciens quod decreveris per censuram ecclesiasticam firmiter observari. Testes autem qui fuerint vocati si se gracia odio vel timore subtraxerint, censura simili appellacione cessante compellas veritati testimonium perhibere. Datum Avinione, sexto idus Aprilis, pontificatus nostri anno sexto decimo.

Függő pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. Mon. V. Bud. 15. 11. dipl. ltár: 2712. Közli: Kovács N.

501.

1332. Avignone, apr. 10. XXII. János pápa a székesfehérvári prépostot utasítja, hogy a budai királyi kápolnában befolyt kegyes adományokból a margit-szigeti apáczákat a nekik járó osztalék dolgában megvédelmezze.

Johannes episcopus servus servorum dei dilecto filio preposito ecclesie Albensis salutem et apostolicam benediccionem. Significarunt nobis dilecte in christo filie piorissa et conventus monasterii sanctimonialium regalis monasterii sancte Marie de Insula Danubii alias Leporum per priorissam soliti gubernari ordinis sancti Augustini Vesprimiensis dioecesis secundum instituta et sub cura fratrum ordinis predicatorum viventes, quod perceptio duarum parcium oblacionum que a Christi fidelibus proveniunt capelle regie vocate site in castro Bude dicte dioecesis ad dictas priorissam et conventum quibus licet habere proprium in communi ex indulto sedis apostolice speciali de antiqua et approbata ac hactenus pacifice observata consvetudine dinoscitur pertinere et tam prefate priorissa et conventus quam ille que in dicto monasterio precesserunt easdem fuerunt in pacifica possessione vel quasi iuris percipiendi easdem duas partes dictarum oblacionum a tempore cuius in contrarium memoria non existit, verum universi clerici eiusdem capelle contra consvetudinem premissam temere venientes propriisque commodis inhiantes prefatas duas partes ipsarum oblacionum temeritate propria receperunt et percipiunt minus iuste ipsasque suis usibus applicarunt et applicant in priorisse conventus et monasterii predictorum preiudicium non modicum et gravamen; quare nobis eedem priorissa et conventus humiliter supplicarunt, ut providere ipsis et dicto monasterio in hac parte de oportuno remedio curaremus; cum autem priorissa et conventus prefate, sicut asserunt, dictorum universorum clericorum potenciam merito perhorrescentes ipsos infra civitatem seu dioecesem Vesprimiensem nequeant convenire secure, discrecioni tue per apostolica scripta mandamus, quatenus partibus convoca-

tis audias causam et appellacione remota debito fine decidas faciens quod decreveris per censuram ecclesiasticam firmiter observari. Testes autem qui fuerint nominati, si se gracia odio vel timore subtraxerint, censura simili appellacione cessante compellas veritati testimonium perhibere. Datum Avinione, quarto idus Aprilis, pontificatus nostri anno sextodecimo.

Az ép ólombulla közönséges len-madzagon függ; eredetije megvan az orsz. ltár kincst. oszt. Mon. Poson. 68. 38. dipl. ltár: 2713. Közli: Kovács N.

502.

1332. Vizsoly, april 13. Druget Vilmos albírája Csetneki Lászlónak Lukácsfi Lukács elleni osztályos ügyében halasztást ad.

Nos comes Nicolaus viceiudex magistri Wyllermi damus pro memoria, quod cum secundum continenciam priorum litterarum nostrarum memorialium Ladislaus filius Benedicti de Cythnek in octava diei medii Quadragesime contra magistrum Lukacium filium Lukacii actorem sua instrumenta exhibere debuisset super eo quod proavus et avus eiusdem a proavo et avo dicti magistri Lukaci in possessionibus divisionem habuisset, ipso termino adveniente licet idem Ladislaus personaliter comparuerit tamen predicta sua instrumenta non exhibuit dicens ad presens apud se non habere, super quo admisimus quod in octavis festi Penthecosthes nunc venturis prefata sua instrumenta exhibebit cum iudicio trium marcarum coram nobis contra magistrum Lukacium prenotatum. Datum in Wysl, nono die termini prenotati, anno domini M° CCC° XXX° secundo.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 1535. 54. dipl. ltár: 2716. Közli: Tagányi K.

503.

1332. apr. 14. András tornallyai alesperes a Csoltói Mihály neje és Kalsai Sándor között egy szolganő miatt föntforgott ügyet elhalasztja.

Nos Andreas sacerdos de Tornalia vicearchidiaconus Gumuriensis damus pro memoria, quod causam quam nobilis domina consors Michaelis de Choltou Clara nuncupata pro qua idem Michael maritus eius cum litteris procuratoriis magistri Johannis archidiaconi Gumuriensis domini nostri comparuit contra Alexandrum filium Emirici de Kalsa . . feria secunda proxima post dominicam Ramispalmarum habebat coram nobis super facto cuiusdam ancille Kotus nuncupate, et idem Alexander proposicionem predicti Michaelis audiendo contra eundem non respondit quia predictam ancillam dicebat esse possessionem, unde causam predictam propter arduitatem eiusdem et de voluntate parcium usque adventum predicti magistri Johannis archidiaconi Gumuriensis duximus prorogandam, ita tamen, si feria secunda venire contingeret a quindenis eiusdem termini si vero aliis diebus feria secunda proxima que fieret in quindenis eiusdem coram domino nostro antedicto partes tenebuntur comparere. Datum in sequenti die termini prenotati, anno domini M° CCC° XXX° secundo.

Zárlatán pecsét maradványaival; eredetije a N. Muzeumban, a Hamvay cs. lban.

504.

1332. apr. 26. Az egri káptalan előtt Omode comes vécsei nemes és fia Kuchk, Kalsai Mikó fiaival s ezek osztályos rokonaival a Vécse és Galya nevü Abaúj vármegyei birtokok miatt föntforgott perben kiegyeznek.

Nos capitulum ecclesie Agriensis significamus . . quod comes Omodeus filius Chepani nobilis de Weyche unacum

Kuchk filio suo ex una, et Michael Johannes ac Nicolaus filii Mykow, item Benedictus filius eiusdem Nicolai et alter Benedictus filius Andree iam defuncti filii videlicet sororis prefati comitis Omodei nobiles de Kalsa parte ab altera coram nobis personaliter constituti dixerunt, quod cum .. super dicta possessione Wechee ac quadam particula terre Galya vocate de eadem possessione Weyche decisa in comitatu Abawywariensi existentibus lis et contencio inter partes mota fuisset .. tandem .. per reformacionem et composicionem virorum nobilium comprovincialium suorum .. in talem perpetue pacis et concordie unionem devenissent, quod predicti comes Omodeus et Kuchk filius suus eandem particulam terre Galya cum omnibus utilitatibus .. quibus eciam dicti filii Myko eandem particulam terre primitus possedissent .. simul cum quadam alia particula terre similiter de eadem possessione Weyche decisam quam per distincciones et cursus metarum infra declarandarum ab ipsa possessione Weyche separassent dedissent .. annotatis Mychaeli Johanni Nycolao Benedicto et alteri Benedicto .. iure perennali .. irrevocabiliter possidendas .. prefata possessione Weyche cum omni integritate sui iuris in ius et proprietatem eorundem comitis Omodei et Kuchk filii sui .. similiter perennaliter et irrevocabiliter remanente; insuper obligarunt se prelibati comes Omodeus et Kuchk .. predictos filios Mychow et Benedictum filium Nicolai ac Benedictum filium Andree .. ab omnibus racione dictarum particularum terre processu temporis impetere nitentibus defendere .. quod si expedire non possent .. extunc in vicio calumnie convincerentur eo facto .. hoc specialiter declarato, quod si dicti filii Mykow et proximi eorumdem annotati in dictis particulis terrarum modo premisso eisdem datis et concessis pacifice non contentarentur et contra eosdem Omodeum et filium suum .. racione dicte possessionis Weyche .. aliquam litem suscitarent, similiter vicio dicte calumnie subiacerent eo facto .. Mete autem dicte particule terre de sepedicta possessione Weyche decise quibus ipsa ab eadem possessione separatur et distingitur prout eedem partes nobis retulerunt hoc ordine protenduntur, quod prima meta incipit seu egreditur a dicta terra Galya a parte meridionali videlicet a metis terre

Gaduan ubi in quodam berch est una meta terrea de qua versus plagam meridionalem reflectendo currit modicum et iungit aliam metam terream sub quadam arbore ilicis positam et abhinc de ipso berch descendit iuxta quandam vallem Bechkapua vocatam et pervenit ad quamdam viam ubi est una meta terrea et in eadem via versus dictam partem meridionalem circulariter currendo transit quendam rivulum Eblezkpathaka vocatum a quo rivulo in dicta via vertitur ad partem orientalem et currendo cadit in alium rivulum Garadnapathaka nuncupatum et in eodem rivulo descendit versus partem meridionalem de quo postmodum exit ad quoddam aliud pothok Dubrokapathaka vocatum versus partem orientalem ubi dictus rivulus Dubroka commiscitur cum prefato rivulo Garadna et in eodem fluvio Dubroka versus dictam plagam orientalem currendo venit ad caput ipsius fluvii in cuius capite est una meta terrea inter quam metam terream et metas possessionis Zwled vocate eedem partes cum funiculo posuissent mensuram ad cuius mensure quantitatem ac latitudinem ipsa particula terre protenderetur usque ad fluvium Harnad versus dictam partem orientalem et interim donec addictum fluvium cadit transit tres metas terreas in quo fluvio terminantur. Datum in octavis Passce domini, anno domini Millesimo trecentesimo tricesimo secundo.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 513. 3. dipl. ltár: 2718. Közli: Kovács Nándor.

505.

1332. máj. 1. Az egri káptalan elött Lukassy Sándor Geurke fia György halála dolgában Csetneki László elleni panaszától eláll.

Nos capitulum ecclesie Agriensis damus pro memoria, quod Alexandro filio Luka de iuxta Turuch de comitatu Gumuriensi ex una, et Ladislao filio Ratolth serviente et procuratore magistri Ladislai filii Benedicti de Chutnuk pro eodem domino suo parte ab altera coram nobis personaliter constitu-

tis, per eundem Alexandrum propositum extitit et relatum, quod super omnibus causis quas ipse racione vulneracionis sue quod in facie sua appareret et mortis Georgii filii Geurke contra eundem magistrum Ladislaum movisset .. idem Ladislaus facta pecuniaria solucione decem marcarum quibus ipse iuxta continenciam literarum comitis Nicolai de Peruen viceiudices magistri Willermi comitis de Scepus et de Wyvar eidem facere tenebatur, sibi omnimodam fecisset .. satisfaccionem, et dictus Alexander eundem magistrum Ladislaum filium Benedicti et heredes suos super premissis vulneracione et morte dicti Georgii reddidisset expeditos, omnes literas suas causales et protestatorias super premissis quoquomodo emanatas, cassatas . . relinquendo; insuper obligavit se dictus Alexander .. prefatum magistrum Ladislaum ab omnibus racione premissorum vulneracionis et mortis impetere nitentibus defendere et expedire. Datum in octavis sancti Georgii martiris, anno domini M° CCC° XXX° secundo.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 1535. 52. dipl. lt. 2720. Közli: Kovács N.

506.

1332. máj. 1. Az egri püspök helytartója Dersfi Lászlót és társait bizonyos bírság lefizetéséről nyugtatja.

Nos magister Johannes prepositus ecclesie sancti Georgii martiris de Strigonio et canonicus ecclesie Agriensis generalis vicarius venerabilis in Christo patris domini Nicolai dei et apostolica gracia episcopi Agriensis damus pro memoria, quod magister Ladislaus filius Ders nobilis de Peturi super omnibus iudiciis in quibus ipse cum Johanne Nicolao Paulo et Stephano filiis Petri de Varkon in facto dotaliciorum rerum et parorphanalium nobilis domine consortis quondam Petri filiis Paznan et quarte filialis filie eiusdem domine in causa procedendo, coram nobis convictus fuerat, nobis in nostra parte videlicet iudicii, condignam et congruam satisfac-

cionem et nos eundem et ipsius heredes super dictis iudiciis ex parte nostri . . reddimus expeditos. Datum Agrie, in octavis sancti Georgii martiris, anno domini M° CCC° XXX° secundo.

Hátlapján pecsét maradványaival; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 1535. 51. dipl. ltár: 2719. Közli: Nagy Gyula.

507.

1332. Visegrád, máj. 13. I. Károly király a margit-szigeti apáczák jobbágyait utasítja, hogy a hadi költség fejében minden egy telekre kivetett márkát az említett apáczáknak fizessék.

Karolus . . rex . . villicis et universis iobagionibus . . sororum de Insula Leporum . . cum nos propter presentem exercitum nostrum quem nos domino permittente anno in presenti propter exaltacionem nostri nominis utilitate et tuicione tocius regni nostri per totum ambitum regni nostri huiusmodi collectam ordinantes imposuerimus, ut una integra curia sive mansio que integrum terragium vel debitum domino terre solvere consvevit et potuit unam marcam solvere debeant ut exinde hominibus exercituantibus stipendia commode elargiri possint et valeant nosque dictam collectam unius marce super vos habite ad peticionem viri religiosi fratris Dominici prioris ob remedium et salutem anime nostre eisdem religiosis dominabus commisimus exigendam, fidelitati vestre precipimus per presentes quatenus predictam collectam de singulis mansionibus integrum debitum persolventibus singulas marcas et vos dare persolvere et persolvi facere eisdem debeatis, aliud facere non audentes, alioquin per officialem sive hominem nostrum pro nobis super vos ex integro exigi faciemus. Datum in Visegrad, feria quarta proxima post quindenas beati Georgii martiris, anno domini M° CCC° XXX° secundo.

Hátlapján kerek pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. Mon. Pos. 39. 7. dipl. ltár: 2723. Közli: Nagy Gyula.

508.

1332. máj. 14—21. Az egri káptalan I. Károly királynak jelenti, hogy Zeleméri Mihály a Csele fia Sándorral és fiával folytatott perben Salamon és Zelemér nevü Szabolcs vármegyei birtokok határainak helyes kijelölésére esküjét letette.

Karolo .. regi .. capitulum ecclesie Agriensis .. literas comitis Pauli iudicis curie vestre recepimus in hec verba .. capitulo Agriensi comes Paulus iudex curie .. noverit vestre discrecionis amicicia, quod cum secundum continenciam priorum litterarum nostrarum modum et formam iudicii nostri exprimencium Johannes et Jacobus filii Alaxandri contra Michaelem filium Michaelis de Zelemer in octavis medii Quadragesime proxime preteritis super facto potenciario in presencia comitis capelle regie testimonium producere seriemque ipsius testimonii partes octavo die in litteris dicti comitis capelle regie nobis reportare debuissent, ipso termino reportacionis premisse seriei adveniente prefati Johannes et Jacobus filii Alexandri personaliter ab una parte, et Johannes filius Elekus pro eodem Michaele filio Michaelis de Zelemer .. parte ab altera coram nobis comparendo litteras magistri Jacobi prepositi Posoniensis comitis capelle et *fisici domini regis* nobis presentarunt, in quarum tenoribus vidimus contineri, quod prefati Johannes et Jacobus filii Alexandri pro se personaliter ab una parte, predictus vero Michael filius Michaelis similiter pro se personaliter in predictis octavis medii Quadragesime coram dicto domino capelle regie constituti, licet quidem filii Alexandri ipsum testimonium producere promti fuissent et parati tamen ordinantibus .. probis viris .. ad talem pacis devenissent unionem, quod eedem partes in quindenis festi beati Georgii martiris proxime venturis hominem domini regis et testimonium vestrum ad facies possessionum Salamon et Zelemer vocatarum in comitatu de Zobach existencium ut assumsissent adducere et incipiendo a prima meta iuxta veteres metas et antiquas quas idem Michael ostenderit usque ad ultimam metam angularem ubi mete earundem terminantur reambulare distin-

ccciones earundem possessionum coram eisdem tenebuntur et dum ad ultimam seu angularem metam adventum fuerit Michael prefatus in ipsa angulari meta stabit sicut placuerit et iurabit tali modo quod deus ipsum ita salvet et conserve quod ipse illas metas quas ostenderit veras metas dictarum possessionum esse sciat, et si iidem Johannes et Alexander pater ipsius super metis per ipsum Michaelem ostensis contenti fuerint tunc novas metas iuxta veteres erigent si autem super his non contentantur extunc ubicunque idem Alexander et Johannes voluerint incipiendo iterato a principio iuxta assignaciones .. et ostensiones scilicet ipsorum Alexandri et Johannis ipsas possessiones reambulabunt similiter usque ad ultimam metam angularem et tunc stando super metam angularem ubi expedit vel ipse comes Alexander aut Johannes predictus iurabit tali modo quod deus ita iuvet eum et ita possit ipsam possessionem suam posteris suis relinquere quod illa sit vera distinccio et ille sunt vere mete dictarum possessionum quas idem Alexander et Johannes ubi demonstraverint, et finaliter ambe partes metas et distincciones per ipsos Alexandrum aut Johannem iuxta iuramentum suum predictum ostensas ratas in perpetuam successionem erectis metis ubi expedit inter ipsas possessiones habere tenebuntur; item obligasset se idem Michael quod in eisdem quindenis Ladislaum et Michaelem filios Johannis fratris sui ad ipsas reambulaciones adducerent qui si easdem ordinacionem et pacis reformacionem non acceptarent tunc idem Michael filius Michaelis propriis laboribus et expensis ipsos Alexandrum Johannem et Jacobum heredum per heredes utriusque partis in dominio dictarum metarum tenebitur conservare; cum autem ab eisdem filiis Alexandri et Johanne filio Elekus legitimo procuratore ipsius Michaelis de eo utrum premissam composicionem et ordinacionem inter se modo premisso factam observare velint aut ne, quesivissemus, iidem filii Alexandri se et prefatus Johannes filius Elekus prelibatum Michaelem filium Michaelis pretactas composicionem et ordinacionem sine diminucione aliquali firmissime observare velle affirmarunt; unde cum ad premissa exequenda homines domini regis et vestrum testimonium existant necessarii amiciciam vestram presentibus peti-

mus diligenter quatenus hominem vestrum pro testimonio fidedignum quem partes in communi adducere debent transmittatis, in cuius presencia Nicolaus de Heethy vel Andreas filius Iwan de Zepus quorum unum iidem filii Alexandri, item Andreas magnus de Porlogh vel Booch filius Nochk de Scepus quorum similiter unum prefatus Michael filius Michaelis aliis absentibus pro hominibus domini regis adducent, in predictis quindenis beati Georgii martiris proxime venturis ad facies dictarum possessionum Salamon et Zelemer vocatarum accedendo premissa exequantur.. Datum in Wysagrad, octavo die reportacionis seriei prenotato, anno domini M° CCC° XXX° secundo. Nos igitur legitimis peticionibus eiusdem comitis Pauli et iusticie annuentes cum prefato Andrea de Parlagh homine vestro quem prefatus Michael filius Michaelis inibi adduxisset ad cuius assercionem et relacionem dictus comes Alexander tam in facie dictarum metarum possessionum Zelemer et Salamon prelibatarum quam eciam coram nobis se compromisit magistrum David archidiaconum de Zobouch socium et concanonicum nostrum transmisimus ad premissa exequenda, qui demum ad nos reversi nobis concorditer retulerunt quod ipsi in predictis quindenis sancti Georgii martiris proxime preteritis accessissent ad facies annotatarum possessionum Zelemer et Salamon vocatarum in dicto comitatu existencium et a duabus metis terreis a plaga occidentali iuxta quandam publicam viam que de villa Debrenthe versus fluvium Tycie duceret inter dictas duas possessiones Zelemer et Salamon iuxta quendam magnum holm positis processissent ad plagam orientalem et per metas duplicatas ac singulares inter terras arabiles in octo locis positas quas prefatus Michael filius Michaelis eisdem ostendisset directe transeundo pervenissent ad ultimam metam angularem similiter duplicatam iuxta quandam silvam ad dictam possessionem Zelemer pertinentem positam ubi mete earundem terminantur, in qua ultima et angulari meta prelibatus Michael filius Michaelis iuxta libitum sue voluntatis stando secundum formam et tenorem dictarum litterarum comitis Pauli iurasset.. Datum feria quinta proxima octavas *) quindenarum sancti Georgii martiris,

*) Kimaradt *post* vagy *ante*.

anno supradicto. Dixerunt eciam iidem homo vester et nostrum testimonium quod prefatus Michael filius Michaelis dictos Ladislaum et Michaelem filios fratris sui in dictis quindenis similiter ad factum dictarum possessionum ut assumserat adduxisset qui quidem Michael et Ladislaus dictam ordinacionem et pacis reformacionem se firmissime observasse obligassent.

Zárlatán pecsét töredékeivel; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 1507. 27. dipl. ltár: 2714. Közli: Kovács N.

509.

1332. Visegrád, máj. 22. Pál országbiró elött Molnári János Lapsa nevü birtokát Vas megyében Tatamér székes-fehérvári prépostnak és testvéreinek elörökíti.

Nos comes Paulus filius Simonis iudex curie .. significamus .. quod honorabili viro magistro Tatamerio Albensis ecclesie preposito auleque regie vicecancellario personaliter pro Stephano vero et Bakow fratribus eiusdem uterinis comite Peder filio Absolon de Peder ab una, et Johanne filio Lazari de Molnar parte ab altera coram nobis constitutis per eundem Johannem filium Lazari relatum extitit.. quod quasdam possessionarias porciones hereditarias ipsius domini prepositi et fratrum suorum predictorum in possessione ipsorum Lapsa vocata in comitatu Castriferrei existenti habitas quibus a parte orientali possessio Scenthloranth vocata a parte vero occidentali terra eorundem Fyuzwelg nominata vicinantur .. racione quarum prefatus Johannes per ipsos dominum prepositum et fratres suos .. ad nostram presenciam in causam fuerat attractus quarum unam quidam proximus ipsorum nomine Bese filius Gregorii eidem mediantibus litteris patentibus capituli ecclesie Castriferrei perpetuasse dinoscebatur .. aliam vero particulam Gregorius et Stephanus filius Jacobi similiter proximi ipsorum domini prepositi et fratrum suorum pignori eidem obligarant. receptis ab ipso domino preposito viginti marcis promtorum denariorum coram nobis utrasque particulas possessionarias predictas idem Johannes filius Lazari de Molnar eisdem domi-

no preposito et fratribus suis . . perpetuo . . resignasset . . et litteras videlicet memoratas patentes ecclesie Castriferrei . . et alias clausas tenorem earundem patencium litterarum continentes ipse Johannes filius Lazari ad manus ipsius domini prepositi . . assignavit coram nobis, alias vero litteras universas super eisdem possessionariis particulis quoquomodo emanatas et confectas frivolas reddidit et viribus . . carituras . . obligacione huiusmodi interserta quod si ipse Johannes vel sui heredes ipsum dominum prepositum et fratres suos sepedictos . . racione dictarum possessionariarum particularum quovis temporis curriculo in causam attrahere niteretur quoquomodo tunc . . punirentur eo facto . . Datum in Wysegrad, feria sexta proxima ante festum Ascensionis domini, anno eiusdem Millesimo CCC° XXX° secundo.

Veres és sárga selyem zsinóron függött pecsét nyomaival; eredetije gr. Pejacsevich Julián birtokában; közölve dr. Zimmermann Henrik másolata után.

510.

1332. Visegrád, máj. 23. Erzsébet királyné a buda-felhévízi mészárszéki jog gyakorlását Imre mester és Péter budai polgár özvegye között ítéletileg megosztja.

Nos Elysabeth (. . . . .) significamus (. . . . .) quod cum magister Emiricus (. . . . . . .) quandam matronam relictam Petri condam civis Budensis filiam videlicet Nicolai claudi de Calidis (. . . . .)am racione cuiusdam macelli iuxta murum cimeterii ecclesie Sancte Trinitatis de Calidis Aquis (. . . . . . .) enciam traxisset in causam, tandem termino ad hoc assignato utrisque partibus coram Paulo (. . . .) nostre Johanne preposito ecclesie Vesprimiensis aule nostre vicecancellario et magistro Thoma eiusdem aule (. . . . .) icibus per nos deputatis personaliter comparentibus, idem magister Emiricus privilegium convent (. . . . . .) regis Stephani de Strigonio in lucem produxit in quo continebatur quod ipsum macellum predictus (. . . . . .) cus pro decem

et octo marcis a Lucachio clerico comparasset, e converso autem ipsa relicta Petri (......) as patentes prioris et conventus cruciferorum ecclesie Sancte Trinitatis de Calidis Aquis exhibuit conti (..........) quod terciam partem eiusdem macelli Paulus filius eiusdem Nicolai claudi fratris dicte matrone a C (.....) magistro ordine iudiciario recuperasset et sic eadem matrona prefatam terciam partem macelli habita divisione cum eodem Paulo fratre suo ad eam devolutam asserebat reliquas vero duas porciones eiusdem macelli iure hereditario sibi proveniendas allegabat, unde cum iidem iudices quibus discussionem ipsius cause vice nostre persone commiseramus una cum aliis nobilibus et probis viris iudicium facere voluissent inter partes, memoratus magister Emiricus uxta ordinacionem et composicionem eorundem proborum et nobilium virorum medietatem eiusdem macelli prescripte matrone ut sibi de iure provenire videbatur et eius filiabus seu heredibus reliquit.. perpetuo pacifice possidendam.. alia dimidietate ipsius macelli prelibato magistro Emerico similiter perpetuo remanente.. Datum in Alto Castro, sabbato proximo ante festum beati Urbani pape et martiris, anno domini Millesimo trecentesimo tricesimo secundo.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 860. 14. dipl. ltár: 2725. Közli: Kovács N.

511.

1332. Esztergom, máj. 29. Péter somboni föesperes és az esztergomi érsek helytartója a verebi templom kegyurasága dolgában az illetö feleknek halasztást ad.

Nos magister Petrus archidiaconus de Sombon de ecclesia Agriensi generalis vicarius.. Chanadini.. archiepiscopi Strigoniensis eiusdemque loci comitis perpetui damus pro memoria, quod cum iuxta continenciam priorum literarum nostrarum in quindenis ferie sexte proxime ante octavas Invencionis sancte crucis magister Paulus archidiaconus Waciensis filius Johannis dicti Chenk et Georgius frater eiusdem, item Petrus

filius Stephani filii Henthe, Thomas et Henthe filii Johannis filii Stephani nobiles de Wereb contra Nicolaum filium Corrardi in presencia eiusdem .. archiepiscopi comparere debuissent ut partibus presentibus idem .. super eo quia predicti nobiles de Wereb instrumenta quibus mediantibus protavos ipsorum a protavo predicti Nicolai filii Corrardi in possessionibus eorum divisionem factam fuisse asserebant et ecclesiam de Wereb in porcione ipsorum in divisione eis cedenti constructam et pro eo ipsum Nicolaum in patronatu eiusdem ecclesie non habere porcionem.. non potuerunt exhibere et super aliis (. . . . .) is in eisdem prioribus litteris nostris expressis iusticia mediante fine debito decideret, tandem ipso termino adveniente predicto Georgio pro se et pro ipso magistro Paulo archidiacono .. item Petro filio Stephani, Thoma filio Johannis pro se et pro Henthe fratre suo .. ab una parte, ab altera vero .. prefato Nicolao filio Corrardi coram eodem domino nostro archiepiscopo personàliter constitutis ex parcium voluntate .. discussionem cause seu negocii eorundem ex mandato eiusdem domini nostri ad quindenas Penthecostes nunc venturas .. ad specialem presenciam eiusdem duximus prorogandam .. Datum Strigonii, octavo die termini prenotati scilicet in crastino festi Ascensionis domini, anno eiusdem M⁰ CCC⁰ XXX⁰ secundo.

Zárlatán három pecsét töredékeivel ; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 72. 12. dipl. ltár : 2726. Közli : Kovács N.

512.

1332. Visegrád, jun. 3. I. Károly király elött Koronczói István, Mihàld Bük és Keleviz nevü Somogy vármegyei birtokokat Pál országbírónak elörökíti.

Nos Karolus .. rex .. significamus . . quod magnifico viro comite Paulo filio Simonis iudice curie nostre .. ab una parte, et magistro Stephano filio Michaelis filii Petri de Korumzow parte ab altera coram nobis .. constitutis propositum extitit per eosdem .. quod idem magister Stephanus filius

Michaelis totales possessionarias porciones suas in possessionibus Myhaald Byky et Kelewyz vocatis in comitatu Symigiensi existentibus ipsum quovis iusto titulo contingentes cum omnibus suis utilitatibus . . salvis porcionibus Nicolao filio Cherneel dudum ut dicebat impignoratis prefato comiti Paulo . . pro quantitate pecunie infrascripte . . vendidisset . . perpetuo . . possidendas . . pretactas possessionarias porciones memorato Nicolao filio Cherneel pro pignore obligatas redemcioni eiusdem comitis Pauli . . permittendo . . e converso idem comes Paulus universa iudicia . . quorum onere ipse magister Stephanus contra quospiam . . ordine iudiciario extitisset innodatus eidem magistro Stephano penitus et toto salvis porcionibus adversariorum suorum de eisdem remanentibus relaxasset . . insuper centum marcas in promta pecunia eidem magistro Stephano persolvisset . . Datum in Wissegrad, feria quarta proxima ante festum Penthecostes, anno domini Millesimo CCC° XXX° secundo.

Hátlapján a nagy kir. pecsét nyomaival ; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 29. 40. dipl. ltár : 2727. Megvan ugyanott I. Lajos király 1364. febr. 24-én kelt átiratában is, N. R. A. 643. 16. dipl. ltár : 2643. Közli : Kovács N.

513.

1332. Vizsoly, jun. 17. Drugeth Villermus Szepes és Abaúj vármegyék főispánja hét vármegye részéről Vizsolyon közgyűlést tartván, a Kállay Iván bagosi és löki birtokain elkövetett tolvajlások dolgában intézkedik.

Nos magister Wyllermus Drugetth comes de Scepes et de Wywar damus pro memoria, quod in quadam congregacione nostra generali cum universis nobilibus septem comitatuum nostrorum in octava festi Penthecostes in villa Vysul ad compescendum malefactores facta inter cetera magister Iwan filius Egidii de Kallow consurgens dixit, quod Pangracius de Scynne, Georgius filius Egke, Andreas filius Chudur et Petheu magnus ac Ladislaus filius Reynoldi feria sexta proxima post

festum beati Georgii martiris anno apresenti super possessionem suam Bogus vocatam undecim equos iobagionum suorum more latrocinio abstulissent, item Johannes filius Worbou super possessionem Lwk vocatam tres boves iobagionum suorum similiter more latrocinio abstulisset; qui quidem Pangracius Georgius Andreas Petheu Ladislaus et Johannes in ipsa congregacione nostra non comparuerunt nec aliquis astitit pro eisdem tribus diebus continuis legitime expectati, sed vicecomites nostri quatuor iudices nobilium iurati assessores et universi nobiles dictorum comitatuum per nos requisiti predictos Pangracium Georgium Andream Petheu et Johannem latrones publicos et notorios malefactores fore affirmarunt. Datum quarto die congregacionis antedicte, loco memorato, anno domini M° CCC° XXX° secundo.

Zárlatán pecsét romjaival; eredetije a N. Muzeumban, a Kállay cs. lban.

514.

1332. jun. 17. A leleszi convent Druget János nádornak jelenti, hogy Iván fia Mihály és a Boksa nemzetségbeliek birtokai között a határjárást teljesítette.

.. Johanni Drugeth palatino Blasius prepositus et conventus ecclesie sancte crucis de Lelez .. literas vestre magnificencie.. recepimus hanc seriem continentes: Nos Johannes Drugeth palatinus et iudex comanorum damus pro memoria, quod Michael filius Ivan iuxta continenciam priorum literarum nostrarum memorialium contra Nicolaum Francyk et Laurencium filios condam Nicolai filii Boxa et Cosmam filium Francyk in vigesimo secundo die festi beati Georgii martiris in figura nostri iudicii egit proponendo in hunc modum, quod cum ipse quandam possessionem suam hereditariam Ambud vocatam in congregacione nostra generali apud civitatem Arad celebrata a Nicolao filio Boxa antedicto cui ipsa possessio pignori obligata extiterat titulo redemcionis recuperatam metis et terminis iuxta legitimam reambulacionis seriem et modum erectis

metis voluisset separare predictus Nicolaus filius Boxa et Cozmas antedictus in ipsarum metarum ereccione contradixissent, cuius contradiccionis vellet scire racionem, quo audito predictus Cozmas filius Francyk personaliter pro Nicolao vero Francyk et Laurencio filiis eiusdem Nicolai ad quos ipsa causa mortuo ipsorum patre prenotato extitit devoluta Nicolaus de Zumutur cum procuratoriis litteris conventus de Lelez comparendo taliter responderet, quod quia ipse Michael metas sue possessionis intra terminos et metas possessionis eorundem Cozme et filiorum Nicolai antedicti Zeredahel vocate erigere volebat propter hoc ab ereccione ipsorum contradicendo prohibuissent eundem, que quidem possessio Zeredahel ab possessione ipsius Michaelis et aliorum suorum vicinorum possessionibus metis et terminis in instrumentis ipsorum privilegialibus contentis que instrumenta privilegialia ut assumserunt exhibuerunt ibidem coram nobis esset separata; unde quia in ipsis literis privilegialibus mete et termini ipsam possessionem Zeredahel ab ipsa possessione Ompud et ab aliis vicinorum suorum possessionibus distingventes plene nobis contineri videbantur, nos unacum nobilibus regni nobiscum in iudicio assedentibus decrevimus iudicantes, quod ipsi Michael Cozmas Nicolaus Francyk et Laurencius . . ad faciem ipsarum possessionum Ompud et Zeredahel vocatarum convocatis vicinis et commetaneis earundem universis unacum Ladislao filio Benedicti Andrea filio Dionisi aut ipsis absentibus Matheo filio Johannis homine nostro quem idem Cozmas et filii Nicolai antedicti pro parte sua adducerent, item una cum Johanne dicto Batur Ladislao filio Marcel aut ipsis absentibus Matheo de Panky similiter homine nostro quem ipse Michael adducet accedere teneantur secundo die octavarum Penthecosthes proxime nunc venturo coram homine conventus de Lelez et ipsas iuxta metas in eisdem literis privilegialibus domini Stephani condam illustris regis Hungarie contentas quas idem Cozmas et filii Nicolai ibi exhibere tenebuntur separarent ab invicem et distingvant et ubi necesse fuerit iuxta veteres novas metas erigeant et distinctam prenotatis metis cuilibet ipsarum parcium predictarum suam sibi relinquant perpetuo . . possidendam . . post hec ipsius separacionis seriem cum metarum cur-

sibus partes nobis in literis dicti conventus octavo die reambulacionis eiusdem reportabunt. Datum Bude, octavo die termini prenotati, anno domini M° CCC° XXX° secundo. Nos igitur . . unacum predictis Ladislao filio Marcel de Scelemench Johanne filio Jacobi de Panky Michaele de Nemety vice et nomine Mathei de Panki vestris hominibus pro parte Michaelis filii Iwan de Ompud nostrum misimus hominem pro testimonio fidedignum ad premissa exequenda, qui postmodum ad nos reversi nobis concorditer retulerunt, quod ipsi feria secunda proxima post octavas festi Penthecosthes proxime preteritas unacum Cozma filio Francÿk Nicolao magno de Zumutur vice et nomine predictorum filiorum Nicolai filii Boxa dominorum suorum cum legitimis literis procuratoriis conventus nostri sive hominibus vestre magnitudinis quos adducere tenebantur accessissent super faciem possessionis Thaybafeuldu nuncupate, idem antedictus Cozmas cum magistro Nicolao procuratore filiorum Nicolai exhibuerunt nobis literas privilegiales emanatas a Stephano condam . . rege . . prout debebant et tenebantur iuxta continenciam vestrarum litterarum pretactarum super distinccione ostensione ac ereccione novarum metarum existencium inter possessiones Zeredahel et Thaybafeulde vocatas, illo privilegio perlegi faciendo veniendo ad distincciones metarum in ipso existencium primo demonstrabat unam metam a parte septemtrionis terream iuxta fluvium dictum Budrug sub arboribus populeis, item idem privilegium ad partem meridionalem directe demonstrabat quod iuxta fluvium dictum Simonuize sub quadam arbore populea tres metas terreas, inde ad eandem partem meridionalem demonstrabat ad quendam montem duas metas lapideas in ascensu eiusdem montis, deinde ad eandem partem directe per verticem montis progrediendo et in modico descendendo demonstrabat quatuor metas terreas, quibus nos omnibus ab inicio non secundum tenorem dicti privilegii perambulatis sed iuxta ducatum Cozme filii Francyk ac magistri Nicolai procuratoris prefatorum filiorum Nicolai, ubi ipsi nobis loca et distincciones metarum demonstrabant et ostendebant ibi nulla meta apparebat nec existebat, unde de premissis singulis talem rei sci-

vimus veritatem. Datum feria quarta proxima post festum Trinitatis, anno domini M° CCC° XXX° secundo.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije a N. Muzeum könyvtárában. Közli: Tagányi K.

515.

1332. jun. 19. Jakab a pécsi egyház birtokainak ispánja bizonyítja, hogy Margit asszony Tamás fiának Balázsnak a patacsi hegyen egy szőlőt eladott.

Nos Jacobus comes terrestris ecclesie Quinqueecclesiensis memorie commendamus . . quod magister Petrus canonicus ecclesie sancti Johannis de castro Quinqueecclesie et sacerdos ecclesie sancti Benedicti de eadem civitate Quinqueecclesiensi, Petrus Veg dictus, Ladizlaus Toot dictus, Johannes pellipar cives Quinqueecclesienses et Paulus Oruzlan vocatus iobagio domini nostri episcopi de Patach . . confessi sunt, quod quedam mulier Margareta vocata filia Stephani mercatoris soror Petri Iper vocati quandam vineam suam inveteratam et multis annis culti destitutam in monte predicte Patach existentem cui vinea Ereus a parte occidentali et vinea Blasii filii Thome a parte orientis ac via publica a plaga meridionali vicinantur . . predicto Blasio filio Thome tunc vicino suo tribus fertonibus denariorum banalium . . vendidisset . . Datum in crastino festi Corporis Domini, anno domini M° CCC° XXX° secundo.

Hátlapján kis kerek pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. Paul. Patach, nro: 2. dipl. ltár: 2731. Közli: Nagy Gyula.

516.

1332. jun. 20. A budai káptalan Erzsébet királynénak jelenti, hogy a teljesített vizsgálat után meggyőződött arról, hogy a margit-szigeti apáczák buda-felhévízi palotája mellett fekvő telek a királyné szabad rendelkezése alatt áll.

Serenissime domine Elisabeth .. regine .. capitulum ecclesie Budensis .. litteras vestre serenitatis recepimus in hec verba: Elisabeth .. regina capitulo ecclesie Budensis .. datur nobis intelligi quod quedam sessio vacua et ab antiquo desolata iuxta palacium religiosarum sororum de insula beate virginis leporum vocata in villa cruciferorum de Calidis Aquis a parte aquilonis immediate existens ad nostram reginalem excellenciam pertineret, quo circa fidelitati vestre precipientes damus firmiter in mandatis, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fide dignum quo presente Blasius de Nyek homo noster accedendo ad ipsam villam de Calidis Aquis prefatam sessionem iuxta palacium memoratarum dominarum habitam reimpediat nomine nostro et sciat ac inquirat omnimodam veritatem utrum ipsa sessio ad nostram de iure pertineat celsitudinem nec ne, et post hec prout vobis veritas constiterit de eadem nobis fideliter rescribatis. Datum in Wysegrad, sabbato proximo ante octavas Penthecostes, anno domini M° CCC° XXX° secundo. Nos igitur vestre serenitatis mandatis obedientes ut tenemur cum predicto Blasio de Nyek homine vestro magistrum Johannem sublectorem nostrum ad exsequendum de premissis veritatem pro testimonio destinavimus, qui demum ad nos reversi nobis concorditer retulerunt quod prout ab hominibus hospitibus videlicet de sub urbis castri Budensis et de eisdem Calidis Aquis scire potuissent ipsam vacuam sessionem iuxta palacium predictarum religiosarum dominarum a parte aquilonis immediate existentem ad vestram reginalem celsitudinem pertinere invenissent et scivissent. Datum sabbato proximo post festum Corporis Domini, anno eiusdem M° CCC° XXX° secundo.

Erzsébet királynénak ugyancsak 1332. jul. 13-án kiadott adománylevelébõl, mely szerint az említett telket a margit-szigeti apáczák néhai perjelnõjének Katának adományozta. A királyné adománylevele megvan eredetiben az orsz. ltár kincst. oszt. Fund. fasc. 39. 8. dipl. ltár: 2729. Közli: Kovács N.

517.

1332. Buda, jun. 21. Druget János nádor Chama fiának Pálnak Mihályfia László elleni ügyét a királyi hadbaszállás tizenötöd napjára elhalasztja.

Nos Johannes Drugether palatinus et iudex comanorum damus pro memoria, quod causam quam Thomas filius Pauli filii Chama personaliter astans contra Ladislaum filium Michaelis in octavis Penthecostes habebat coram nobis iuxta continenciam literarum conventus de Lelez citatoriarum pro quo asumtor termini astitit et terminum assumsit, propter prioritatem termini ad quindenas residencie presentis exercitus domini nostri regis duximus prorogandam. Datum Bude, octavo die termini prenotati, anno domini Millesimo CCC° XXX° secundo.

Papíron, zárlatán pecsét maradványaival; eredetije a N. Muzeumban, a Kállay cs. lban.

518.

1332. jun. 24. A györi káptalan XXII-ik János pápának a segesdi lelkész által megtagadott tizedre vonatkozó bulláját átírja.

Capitulum Jauriensis ecclesie.. ad universitatis noticiam tenore presencium cupimus fieri notum, quod religiosi viri dominus Nicolaus abbas et conventus monasterii de sacromonte Pannonie ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis per fratrem Johannem priorem sanctissimi in Christo patris ac domini nostri domini Johannis pape vicesimi secundi ilteras nobis . . exhibuerunt petentes nos . . . quatenus literas

easdem nostris literis inseri .. dignaremur .. quarum literarum tenor talis est: Johannes episcopus servus servorum dei .. abbati monasterii beate Marie de Bokan Vesprimiensis diocesis .. conquesti sunt nobis abbas et conventus monasterii de sacro monte Pannonie ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis ordinis sancti Benedicti Jauriensis diocesis, quod rector ecclesie de Segusd Vesprimiensis diocesis super quibusdam decimis et rebus aliis ad dictum monasterium spectantibus iniuriaretur eisdem; ideoque mandamus quatenus partibus convocatis audias causam et appellacione remota debito fine decidas, faciens quod decreveris per censuram ecclesiasticam firmiter observari; testes autem qui fuerint nominati si se gracia odio vel timore subtraxerint censura simili appellacione cessante compellas veritati testimonium perhibere. Datum Avinione kalendas Julii, pontificatus nostri anno quartodecimo. Nos vero .. memoratas literas nostris literis inseruimus .. et fecimus sigillo nostri capituli .. communiri. Datum octavo kalendas Julii, anno incarnacionis domini M° CCC° XXX° secundo, domino Nicolao preposito de sancto Adalberto, Matheo lectore, Georgio cantore, Petro custode existentibus.

Hártyaszeleten függő pecséttel; eredetije a pannonhalmi főapátság ltárában, Capsa 23. lit. T. Közli: Stachovics Remig.

519.

1332. Visegrád, jun. 29. I. Károly király Keresztúr és Bedesfölde nevű Borsod vármegyei birtokokat Fonyi Balázsnak és Zung Jánosnak adományozza.

Nos Karolus .. rex .. significamus .. quod magister Blasius de Fony comes Bakon (....) quandam possessionem Kerezthwr vocatam in comitatu Borsudiensi existentem .. quondam Petri filii Farkasii de Lada et terram Bedesfeulde nominatam circa eandem adiacentem .. sibi et Johanni dicto Zung fratri suo a nobis conferri perpetuo postulavit; nos itaque .. prefatam possessionem Kerezthwr nominatam et ean-

dem terram Bedesfeulde .. predicto magistro Blasio et Johanni fratri suo antedicto .. contulimus .. Datum in Wyssegrad, in festo beatorum Petri et Pauli apostolorum, anno domini M° CCC° XXX° secundo.

Hátlapján nagy kerek pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. Paulin. de Lad. 7. 3. dipl. ltár: 2736. Közli: Nagy Gyula.

520.

1332. jun. 30. A pozsonyi káptalan előtt Aachenbe zarándokló Orros Péter végrendeletet tesz.

.. capitulum ecclesie Posoniensis .. ad universorum .. volumus pervenire noticiam, quod .. Petrus dictus Orrus ad limen beate Marie virginis videlicet Aquis-Granis cupiens proficisci .. ne ipso quod absit defuncto .. sua bona .. distrahantur .. tale condidit testamentum, quod duas possessiones suas videlicet villam sancti Michaelis item villam Duduagzyg .. in maiori Posonio existentes domine Helene karissime coniugi sue racione dotis .. item filie sue Margarete racione quarte .. deinceps de aliis suis possessionibus quidquid sibi attemtent vendicare de consensu Nicolai filii Thome et Petri de Zala proximorum suorum .. legavit .. aliis tamen suis hereditariis possessionibus .. Nicolao et Petro proximis suis .. legatis. In cuius rei memoriam presentes nostro sigillo consignando duximus concedendas, Jacobo preposito, Thedaldo custode et Nicolao notario existentibus. Datum feria tercia proxima post festum apostolorum Petri et Pauli beatorum, anno domini Millesimo trecentesimo tricesimo secundo.

Fehér és lila-színű selyem zsinóron függő pecséttel; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. Mon. Pos. 17. 2. dipl. ltár: 3450. Közli: Nagy Gyula.

521.

1332. jul. 1. A nyitrai káptalan előtt Dytus bányai polgár Beel nevü Hont vármegye birtokát Aponyi Pál fiának örök áron bevallja.

Capitulum ecclesie Nitriensis . . ad universorum noticiam . . volumus pervenire, quod Dytus filius Nicolai filii Hermanni civis de Banya ab una parte, item Peteu Petrus et Michael filii Pauli de Oppon ex altera coram nobis personaliter constituti, item Dytus est confessus . . quod . . mediam partem ville seu possessionis Beel vocate . . per dictum Nicolaum patrem suum a Lamperto filio Nicolai de genere Hunpazman titulo emcionis comparatam in comitatu Hunthensi sub monte Scyten existentem a parte occidentali adiacentem cum universis suis utilitatibus . . dictis Peteu Petro et Michaeli . . pro centum marcis argenti ponderis Budensis vendidisset . . iure perpetuo . . possidendam; privilegium eciam honorabilis capituli ecclesie Strigoniensis super emcione dicte possessionis confectum coram nobis dictis Peteu Petro et Michaeli pro maioris cautele firmitate assignavit . . Datum in octavis Nativitatis beati Johannis Baptiste, anno domini Millesimo trecentesimo tricesimo secundo; magistro Stephano lectore ecclesie nostre existente.

A pecsét tégla- és új veres szinű selyem sodraton függ, alúl cyrographum rajta; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 639. 3. dipl. ltár: 2738. Közli: Kovács N.

522.

1332. jul. 3. A jászói convent Villermus szepesi és újvári főispánnak jelenti, hogy Hegymeg faluban az illető felek között az osztályt teljesíttette.

. . magistro Willermo comiti de Scepus et de Wywar Paulus prepositus et conventus monasterii beati Johannis Baptiste

de Jazow ordinis premonstratensium . . litteris comitis Nicolai viceiudicis vestri receptis . . cum Dominico filio Petri de Monay homine vestro ad hoc deputato misimus hominem nostrum . . pro testimonio qui tandem . . nobis concorditer . . retulerunt quod ipsi in octavis Nativitatis beati Johannis Baptiste . . ad villam Hegmegy vocatam devenissent et ibi Petrus Johannes et Barrabas filii Powka ipsorum iuramentum contra Petrum filium Stephani actorem cause in facie terrarum prestandum inductu proborum virorum propter bonum pacis et concordie obmisissent et divisio talis inter partes fuisset ordinata, ut capella ipsorum parochialis in tercia parte a plaga septemtrionali una cum cimiterio esset filiorum Powka nominatorum due vero partes cum cimiterio annexo pertinerent Petro filio Stephani et Ladislao filio Johannis a parte meridionali unicuique cognacioni perpetualiter assignando, post hoc autem ostendissent primam metam in se lapidem habentem prope rivulum in medio ville meantem, deinde per cimiterium transeundo indicassent aliam metam in valle versus Laak et per eandem vallem ascendendo demonstravissent duas terreas metas a parte septemtrionali, deinde cursus angulatur ad metam terream sub arbore positam a parte orientali, ac inde ostendissent terream metam in rubeto positam, demum in colle indicassent tres metas terreas que dividunt inter villam Thumor Johannis dicti Eles et inter ipsos, tali specie divisionis mediante ut a prima meta usque ad ultimam a parte meridionali esset iuridicium hereditarium Petri filii Stephani et Ladislai filii Johannis ante nominatorum, a parte autem septemtrionali esset hereditas perpetualis Petri Johannis et Barrabe filiorum Powka ac suorum proximorum, presertim iidem Petrus et Ladislaus de propria porcione ipsorum fundum unum sive curiam deberent dare et assignare capelle parochiali ad commodum et usum sacerdotis parochialis perpetuo possidendam, tali nihilominus obligacionis vinculo mediante, quod si qua parcium premissam divisionem terrarum revocare niteretur ex tunc parti divisionem inter ipsos positam pacifice tolleranti sex marcas ante litis ingressum dare et solvere teneretur, iudicem autem Petrus filius Stephani in duabus partibus iudicii, Petrus vero

Johannes et Barrabas filii Powka in tercia placare tenebuntur. Datum feria sexta proxima post diem beatorum Petri et Pauli apostolorum, anno domini M° CCC° XXX° secundo.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 750. 21. dipl. ltár: 2739. Közli: Kovács N.

523.

1332. jul. 9. A zirczi apát Pósa segesdi plebános ellen, ki a tizedet a pannonhalmi apátságtól megtagadta, ítéletet hoz.

Nos frater Odo miseracione divina abbas de Cyrch ordinis cysterciensis per sanctissimum patrem dominum Johannem papam XXII^um iudex ad infrascripta delegatus tenore presencium universis cupimus fore notum, quod cum secundum continenciam literarum religiosi viri fratris Stephani abbatis predecessoris nostri sentenciam excommunicacionis auctoritate predicti domini nostri summi pontificis in se continencium Povsa plebanus de Segust pro primo secundo et tercio terminis parcendo laboribus et eciam expensis parcium, citatus super facto decimarum eiusdem ville Segust coram nobis prout a sede apostolica delegato iudice sentenciam diffinitivam parcium instrumentis visis expectatus in quindenis beati Johannis Baptiste contra venerabilem patrem dominum Nicolaum abbatem monasterii sancti Martini de sacro monte Pannonie ut actorem comparere debuisset, ipso termino adveniente pro dicto domino Nicolao abbate Johannes prior eiusdem monasterii sancti Martini cum sufficienti procuratorio comparuit coram nobis suaque instrumenta videlicet excellentissimi principis domini Stephani sanctissimi quondam regis Hungarie literasque papales confirmacionem ipsarum decimarum et donacionem ville Segust in se continentes nobis simul cum domino Jacobo abbate de Bel ac domino Johanne abbate de Jast necnon (. .) custode capituli Vespriminensis pro tribunali sedentibus exhibuit ut debebat, predictus vero Pousa plebanus eiusdem ville Segust nec venit nec aliquem pro se misit responsalem per partem adversam in legitimo assignato

sufficienter expectatus, et quia nostri intererat ipsam causam sentencia diffinitiva in ipsis quindenis Nativitatis beati Johannis Baptiste finaliter terminare ipsam decimam ville Segust visis certis et edificacibus (így) instrumentis simul cum suis pertinenciis universis dicto domino abbati et per ipsum suo monasterio adiudicando decrevimus perpetuo et irrevocabiliter pertinere, sepedictum autem Pousam plebanum de Segust propter contemtum sedis apostolice in eo quia in termino peremtorie sibi prefixo contumaciter nostri in presencia comparere non curavit sentenciam excommunicacionis in ipsum proferimus in his scriptis; quare vobis plebanis et ecclesiarum rectoribus videlicet omnium circumsedencium vicinis ecclesie de Segust ex precepto apostolico nobis commisso damus in mandatis et auctoritate apostolica qua fungimur in hac parte sub virtute obediencie firmiter imponimus et districte, quatinus dominum Nicolaum abbatem sacri montis Pannonie in corporalem possessionem predicte decime de Segust et ipsarum pertinenciarum auctoritate papali per nos in hac parte vobis concessa et commissa restituatis et perpetuo confirmetis, sepedictum vero Pousam plebanum de Segust in toto comitatu Simigiensi publice excommunicatum denuncietis et ab omnibus ecclesiarum rectoribus eiusdem comitatus Simigiensis denunciari singulis diebus dominicis et festivis excommunicatum pulsatis campanis et extinctis luminibus sollemniter faciatis et a Christi fidelibus precipiatis arcius evitari donec de perceptis domino Nicolao abbati prefato sacri montis Pannonie per eundem Pousa plebanum satisfaccio impendatur. Lata et facta est hec nostra sentencia diffinitiva in monasterio nostro de Cyrch presentibus abbatibus et plebanis et aliis quampluribus ad hoc per nos specialiter invitatis.. Datum et actum in Monasterio de Cyrch septimo idus Julii, anno dominice incarnacionis M° CCC° XXX° secundo.

Négy hártyaszeleten függő pecsét nyomaival; eredetije a pannonhalmi főapátsági ltárban, Capsa XXVI. CC. Közli: Stachovics Remig.

524.

1332. Visegrád, jul. 13. Pál országbíró a margitszigeti apáczák Symog nevü birtokának határát az esztergomi káptalan által megjáratni rendeli.

Nos comes Paulus iudex curie . . damus pro memoria, quod cum nos in festo beate Margarete virginis unacum discreto viro magistro Thatamerio preposito ecclesie Albensis aule regie vicecancellario, Demetrio magistro tavarnicorum regalium, Thoma woyvoda Transsilvano, magistris Deseu comite de Bereg et Thoma filio Petri castellano de Chokaku et aliis quampluribus baronibus et nobilibus regni tribunal iudiciale sederemus et causas quorumlibet litigancium iusto deliberacionis moderamine partiremur, prenominatus dominus Thatamerius prepositus de medio nostri consurgens contra Thomam et Paulum filios Jacobi ac Peteu Tarnuk dictum personaliter coram nobis astantes dixit proponendo quod iidem Thomas Paulus et Peteu quandam possessionem religiosarum dominarum sanctimonialium de Insula Leporum Symog vocatam in comitatu Strigoniensi existentem proteccioni sue commissam a serenissima domina nostra Elysabeth . . regina . . pro fidelibus eorum serviciis eis dari et perpetuo conferri postulassent, super qua eedem sanctimoniales efficacia haberent instrumenta; quo audito iidem Thomas Paulus et Peteu ipsa instrumenta quorum vigore dicta possessio Symog vocata ad prefatas sanctimoniales pertineat per eundem dominum prepositum postularunt exhiberi et ibidem in momento idem dominus prepositus quoddam privilegium serenissime domine Isabella quondam regine Hungarie clare memorie nobis presentavit, cuius series eandem dominam Isabellam quondam reginam Hungarie quasdam duas possessiones Sumudur et Simog vocatas in comitatu Strigoniensi existentes sub certis metis et limitibus in eodem privilegio contentis sequestratas et distinctas prenominatis religiosis dominabus sanctimonialibus de Insula Leporum in perpetuam elemosinam dedisse . . . explicabat, unde quia de eo ut quantam terram seu possessio-

nem ipsum privilegium ambiat et circuat nobis et eisdem baronibus ac nobilibus regni non aliqualis veritas constabat, ut in facto ipsius possessionis inter partes discutere et decernere potuissemus, ideo volentibus partibus decrevimus ut ambe partes vel procuratores earundem tercio die predicti festi beate Margarete virginis una cum Petro filio Beke vel Paulo de Zolath altero absente homine domini regis et testimonio capituli ecclesie Strigoniensis quod scilicet testimonium per ipsum capitulum amicabiliter ad id transmitti postulamus, ad faciem prenominate possessionis Symog vocate vicinorum et commetaneorum eiusdem universorum legitimis convocacionibus factis accederent et eandem predicto privilegio ipsius domine Isabelle regine per eundem dominum prepositum vel procuratorem suum in specie in facie eiusdem possessionis exhibito per suas veras et antiquas metas in eodem privilegio repertas reambularent et facta reambulacione quantumcunque terram seu possessionem de ipsa possessione Symog vocata ipsum privilegium domine Isabelle regine ambiret et circueret iidem Thomas Paulus et Peteu ut assumserunt eisdem religiosis dominabus .. restatuere .. tenerentur; si quid autem de dicta possessione Symog vocata, extra terminos in dicto privilegio domine Isabelle regine repertos invenirent statueretur pretactis Thome Paulo et Peteu .. Datum in Vissegrad in festo beate Margarete virginis prenotato, anno domini M° CCC° XXX° secundo.

Zárlatán pecsét töredékeivel; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. V. Budens. Monial. 32. 8. diplom. ltár: 2740. Közli: Kovács N.

525.

1332. jul. 14. I. Károly király Prehtold mesternek nejének és fiainak az Esztergom város határában fekvö burkuthi szölöröl való örök eladását Tamás csókaköi várnagy részére megerősíti.

Nos Karolus.. rex.. significamus.. quod magistro Prehtoldo cyrogito nostro fideli pro se et pro domina Elizabet consorte sua cum sufficienti procuratorio item Johanne te

altero Johanne ac Nicolao filiis suis ab una, item magistro Thoma filio Petri magni castellano nostro de Chokakw et de Geztus familiari nobis et fideli parte ab altera coram nobis personaliter constitutis, idem magister Prehtoldus suo et dicte domine consortis eius nomine et vice ac predicti filii sui confessi sunt .. quod quandam vineam ipsorum Burkwth vocatam in territorio Strigoniensi retro ecclesiam sancti Dominici confessoris in facie terre capituli ecclesie Strigoniensis existentem a parte orientis vinee magistri Gehan pistoris a parte quidem septemtrionis vinee comitis Stephani filii Nigram civis Strigoniensis vicinantem per nos sibi scilicet magistro Prehtoldo et filiis suis .. perpetuo .. collatam post ipsamque nostram collacionem a comite Egidio de Boyon et domina Elizabet consorte ipsius Egidii ac Katherina filia eiusdem in eadem ius sibi vendicantibus per eundem ad uberiorem cautelam precio comparatam .. cum omnibus suis utilitatibus ... quibus ipsa per priores possessores suos et per eundem magistrum Prehtoldum habita extitit, eidem magistro Thome et per eum suis heredibus .. pro centum marcis denariorum grossorum bohemicalium vendidissent .. dictis quoque vicinis suis permittentibus coram nobis perpetuo .. possidendam .. et quia .. privilegium nostrum collacionem ipsius vinee dicto magistro Prehtoldo et dictis filiis suis factam continens eo quod in eodem plures donaciones nostre sibi facte habentur ad manus dicti magistri Thome nequierunt assignare, ideo assumserunt et se ac ipsorum heredes firmiter obligarunt quod ipsum magistrum Thomam et suos heredes ab omnibus impetitoribus .. deberent et tenerentur expedire .. litteras ipsius civitatis .. ipsius vinee vendicionem et emcionem continentes ad manus eiusdem magistri Thome assignarunt, cuius quidem vinee emcionem nos ratam habentes .. eidem magistro Thome et suis heredibus perpetuo valere et inviolabiliter permanere mox autoritate presencium duximus confirmandum, imo si quid titulus huiusmodi emcionis dicte vinee dicto magistro Thome et suis heredibus ad inviolabilem perpetuitatem minus expleret nos ex nostra donacione regia si in quantum ad nostram collacionem pertinere dinoscitur, adimple-

mus .. Datum in Vysegrad in octavis Pentecostes, anno domini Millesimo CCC° XXX° secundo.

Hátlapján a nagy királyi pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 552. 18. dipl. ltár: 2730. Ugyanott megvan I. Károly király 1335-ki megerősítő átiratában is, N. R. A. 399. 1. dipl. ltár: 2673. Közli: Kovács N.

526.

1332. Kálló, jul. 18. István Szabolcs vármegye alispánja és bírótársai előtt Lengyel Iván és társa Bys nevü birtokának elfoglalásától az illetőket tilalmazza.

Nos magister Stephanus vice magistri Oliverii comes de Zobolch et iudices nobilium de eodem damus pro memoria, quod magister Ihones dictus Lengen cum Petro filio Thome nobile de Luo homine nostro omnes vicinos et commetaneos suos a percipientibus usu et utilitatis terre sue Bys vocate impedivit precipue magistrum Michaelem Ladislaum filium Micha in ipsa terra ipsum attingenti nemini donare seu dare proibuit. Datum in Kallo, sabbato proximo post beate Margarete virginis, anno domini M° CCC° XXX° secundo.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije a N. Muzeumban, a Kállay cs. lban.

527.

1332. aug. 1. Az erdélyi káptalan előtt Palatkai Janka előterjeszti, hogy ha Legyun nevü birtoka iránt valamely bevallást tenne, az érvénytelennek tekintessék.

Nos capitulum ecclesie Transsilvanie damus pro memoria, quod accedens ad nostram presenciam Janka filius Gregori nobilis de Palatka .. protestatus est, quod quia ipse iusticiam super facto possessionis sue Legyun vocate contra Johannem filium Petri et Nicolaum dictum Zabary castella-

nos de Kuholm prosequeretur ipsis Johanni et Nicolao contradicendo, ideo magnificus vir Thomas voyuoda Transsilvanus et comes de Zonuk propter favorem predictorum Johannis et Nicolai castellanorum suorum periculum sibi comminaretur et ipsum perdere conaretur, unde idem Janka protestando dixit quod si ipse de prosecucione iusticie sue ad (így) tempore cessaverit tunc propter potenciam predicti Thome voyuode cessabit, et si forte aliquam confessionem de predicta sua possessione Legyun vocata fecerit tunc propter metum maioris perdicionis sue faciet, petens super hoc ipse Janka literas protestatorias, quas eidem concessimus. Datum in octavis sancti Jacobi apostoli, anno domini M° CCC° XXX° secundo.

Zárlatán pecsét maradványaival; eredetije a N. Muzeumban. Közli: Tagányi K.

528.

1332. aug. 6. Az egri káptalan előtt Boldi Álmos és társa, Bold és Nozkad nevü Borsod vármegyei birtokokat Fony Miklós fiainak elörökítik.

Nos capitulum ecclesie Agriensis significamus . . quod Almus filio Bely nobili de Bold pro se et pro Stephano filio Nicolai dicti Kopas proximo suo ex una, item magistro Petro dicto Somogh serviente magistrorum Blasii et Johannis dicti Zunk filiorum Nicolai de Fony pro eisdem dominis suis parte ab altera coram nobis personaliter constitutis, per eundem Almus suo et nomine dicti Stephani proximi sui . . propositum extitit . . quod quandam possessionem ipsorum Bold vocatam iure acquisiticio ad ipsos pertinentem simul cum quadam particula terre Nozkad vocate que de possessione Nozkadkerestur decisa et ad dictum Nicolaum Kopas emticio iure devoluta extitisset in comitatu Borzodiensi existentes iuxta fluvium Heyo adiacentes cum universis utilitatibus et pertinenciis earumdem ac sub metis et limitacionibus infra specialiter notificandis dedissent et vendidissent prelibatis filiis Nicolai de

Fony pro quinquaginta marcis plene persolutis, insuper obligavit se dictus Almus prelibatos Blasium et Johannem ab omnibus racione possessionis et particule terre prenotatarum inquietare nitentibus defendere, literas eciam universas que super facto dictarum possessionis et particule terre forent emanata et quas ipsi nunc haberent idem Almus similiter . . cassatas et frivolas reliquit . . ita videlicet quod ubicunque eedem litere . . in lucem presentarentur vires non haberent et ipsi tanquam in duello succumberent eo facto; cursus autem metarum ipsius possessionis Bold et prefate particule terre prout idem Almus nobis retulit taliter egrederetur, quod prima meta incipit a parte Emeud a plaga occidentali in quadam valle Wstaraswelgh vocate ubi sunt due mete terree de quibus versus partem orientalem directe procedendo venit ad publicam stratam que de Myscolch ducit in Ohath iuxta quam est una meta terrea, deinde procedendo ad eandem plagam iungit aliam viam que de Mohy ducit in Emeud, abhinc vadit ad quoddam berch ubi in sabulo est una meta terrea, inde eundo ad eandem plagam prope quendam fluvium Berethua vocatum est una meta terrea, abhinc transeundo ipsum fluvium pervenitur ad fluvium Zemd in cuius margine a parte occidentali est una meta terrea, et exhinc eundo venit ad angulum unum Nadzek vocatum ubi circa sunt due mete terree, abhinc cadit in fluvium Heyo et vadit infra versus meridiem ad locum ubi circa fossatum cuiusdam molendini est una meta terrea, deinde eundo in eodem fluvio Heyo venit ad unum pontem et abhinc pervenit ad locum Babaw reme (így) vocatum ubi iungit metas dicte possessionis Nozkadkerestur et ibi terminantur; presentes autem quamprimum ad nos reportate fuerint nostro confirmabimus privilegio. Datum in festo beati Sixti pape, anno domini M° Trecentesimo XXX° secundo.

Az egri káptalannak 1414-ben aug. 6-án kelt, Tamásnak a bold. Szűzről nevezett laádi kolostor perjelének kértére kibocsátott átiratából, melynek eredetije megvan az orsz. ltár kincst. oszt. Act. Paulinorum de Lád. 7. 2. dipl. ltár: 2744. Közli: Kovács N.

529.

1332. szept. 5. A budai káptalan I. Károly királynak jelenti, hogy Tyuk Tamást Gyal nevü Pest vármegyei birtokba beiktatta.

... Karolo .. regi .. capitulum ecclesie Budensis .. vestra noverit excellencia nos literas vestras pro Thoma dicto Tyuk recepisse in hec verba: Karolus .. rex .. capitulo ecclesie de Veteri Buda .. dicit nobis Thomas dictus Tyuk filius Johannis, quod de quadam possessione sua Gyal vocata in comitatu Pestiensi existenti quam a collacione nostre maiestatis nomine possessionis hominum sine herede decedencium pro suis fidelitatibus et meritoriis serviciis obtinuisset que eciam mediante homine nostro et vestro testimonio sibi quondam absque aliquali contradiccione statuta extitisset, quasdam particulas quidam ipsius vicini occupassent, ad maiorem iuris sui evidenciam mediante nostro homine et vestro testimonio reambulari et sibi statui facere vellet vice iterata; super quo .. mandamus quatenus vestrum mittatis hominem .. quo presente Jacobus filius Balasey aule nostre tavarnicus vel Georgius de Inarch altero absente homo noster ad faciem dicte possessionis accedendo .. reambulet reambulatamque et ab aliorum possessionibus distinctam statuat predicto Thome filio Johannis dicto Tyuk perpetuo possidendam .. Datum in Wissegrad, in festo beati Bartholomei apostoli, anno domini M° CCC° XXX° secundo. Nos igitur.. cum predicto Jacobo filio Balasey .. per vos ad hoc deputato magistrum Emericum chori nostri Clericum ad exequendum premissa pro testimonio destinavimus, qui .. ad nos reversi nobis .. retulerunt, quod feria quinta proxima ante festum Nativitatis beate Marie virginis nunc venturum ad faciem predicte possessionis Gyal in comitatu Pestiensi existentis accessissent, et eandem omnibus vicinis suis et commetaneis legittime convocatis secundum cursus antiquarum metarum suarum novas iuxta veteres ubi necesse fuisset erigendo reambulassent et ab aliorum vicinorum et commetaneorum eiusdem

possessionis distinxissent .. reambulatamque . . prefato magistro Thome dicto Tyuk cum Vernelteleki et aliis pertinenciis suis prout a vicinis et commetaneis ibi apparentibus et aliis a quibus decuit et licuit ipsam particulam terre Verneltheleki ad ipsam possessionem Gyal invenissent et scivissent pertinentem statuissent perpetuo possidendam .. nemine prohibente et contradicente; cuius quidem possessionis mete hoc ordine distinguntur: prima enim meta incipit a septemtrione a parte possessionis Scenthleurinch vocate ubi sunt novem mete terree, deinde per metas cursuales vadit ad orientem ad tres metas terreas zeghatar nominatas que distingunt tribus possessionibus Tornustelek et Holm ac eidem possessioni Gyal et ibi separatur ab eadem possessione Tornusteluk, abhinc circa eandem possessionem Holm metatim vadit ad meridionalem partem ad unum lacum seu pratum Toufeu nominatum et ibi sunt tres mete terree zeghatar nuncupate que distingunt tribus possessionibus videlicet ipsi possessioni Gyal et Holm ac Pokun nominatis et ibi separatur ab ipsa possessione Holm, deinde tendit iterum ad eandem partem orientalem circa eandem possessionem Pokun ad unam metam antiquam, deinde it per metas cursuales iterum ad partem meridionalem transeundo unam magnam viam que vadit ad Keurus et ibi circa ipsam viam sunt due mete terree cursuales, abhinc transeundo ipsam viam it ad magnam viam transeuntem ad Olcha et circa eandem viam per metas cursuales vadit usque ad aliam magnam viam que vadit de B . . . . . in Zeged et ibi sunt tres mete terree que distingunt tribus possessionibus scilicet Gyal et Olcha Pokun supradictis et ibi separatur a possessione Pokun, et inde per eandem magnam viam ad bonum spacium tendit ad occidentem ad tres metas terreas similiter zeghatar nuncupatas que distingunt tribus possessionibus videlicet eidem possessioni Gyal et Nymig ac Kerekhyghaz et ibi separatur a Nymig et circa eandem possessionem Kerekhyghaz vadit ad pratum que pertinet ad ipsam Kerekhyghaz, circumeundo ipsum pratum inter ipsum pratum et Icrus Holm vadit ad possessionem Kormanus et ibi sunt tres mete terree que distingunt tribus possessionibus Gyal Kormanus et Kerekhyghaz et ibi separatur ab ipsa Kerekhyg-

haz, et inde circa eandem possessionem Kormanus vadit ad primam metam unde prius incipiebant. Datum sabbato proximo ante festum Nativitatis virginis gloriose prenotatum, anno domini Millesimo CCC° XXX° secundo.

A budafelhévízi keresztesek conventje perjelének Bertalannak 1336. január 11-én kelt, Tyuk Tamás mester kir. procurator kértére kiadott átiratából, melynek eredetije megvan az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 681. 17. dipl. ltár: 2747. Közli: Kovács N.

530.

1332. Eger, sept. 7. János az esztergomi Szent-György egyház prépostja, egri kanonok és az egri püspök helytartója, Semjéni Mihály özvegyének Mihály fia László és társai elleni ügyét elhalasztja.

Nos magister Johannes prepositus ecclesie sancti Georgii martiris de Strigonio et canonicus ecclesie Agriensis generalis vicarius .. Nicolai .. episcopi Agriensis damus pro memoria, quod nos causam quam .. relicta .. Michaelis de Semyen Elena nuncupata et filia eiusdem .. pro quibus comes Petrus dictus de Sumugy .. astitit contra Ladislaum filium Michaelis item Nicolaum et Valentinum filios Michaelis filii dicti Michaelis, pro quibus .. Stephanus rector ecclesie de Semyen, item Petrus clericus et Petrus serviens magistri David *legitimi termini assumtores* comparuerunt in quindenis sancti regis .. habebant coram nobis, ad quindenas Nativitatis virginis .. duximus ad responsionem faciendam prorogandam. Datum Agrie, quinto die termini prenotati, anno domini M° CCC° XXX° secundo.

Papíron, zárlatán félig ép monorú pecséttel; eredetije a N. Muzeumban, a Kállay cs. ltárban.

531.

1332. sept. 25. Szabolcs vármegye ispánjai alispánjaikat utasítják, hogy a Lengyel László jobbágya által letartóztatott ló dolgában járjanak el.

Jacobus et Paulus magistri filii Dause quondam palatini comites de Zabolch et castellani de Adryan, magistro Petro et Nicolao filiis Ladislai vice nostris comitibus de Zabolch, dicit nobis Andreas presencium exhibitor quod Deme iobagio Ladislai filii Johannis dicti Lengel unum suum *equum sar colorem* vestro accepto homine iuris recaptivasset, super quo vestre fraternitati presentibus damus in mandatis quatenus ut ipsum equum in speciali colore tercia feria proxima nunc ventura scilicet in festo sancti Michaelis archangeli ad sedem iudiciariam et in presenciam vestri et quatuor iudicum nobilium conduci faciatis et si nos ibi presens adesse poterimus tunc una nobiscum et si absentes vel fieri in eadem congregacione adesse non poterimus extunc una cum quatuor iudicibus nobilium et aliis nobilibus ipsi Andree prenotato iusticiam et iudicium verum faciatis super facto equi predicti, et aliud propria consideracione non facturi in premissis. Datum sexta feria proxima ante festum predictum.

Papíron, zárlatán pecsét nyomaival; eredetije a N. Muzeumban, a Kállay cs. ltárban. *)

532.

1332. oct. 2. A budai-felhévízi convent elött a pécsi püspök és a margitszigeti apáczák Mohács és Chele birtokok határának megjárására magukat kötelezik.

Nos frater Bartholomeus prior et conventus cruciferorum ecclesie sancte Trinitatis de Calidis Aquis damus pro

***) Az évszám 1332., mert Szent-Mihály napja ezen időszakban akkor esett keddi napra.**

memoria, quod magistro Petro archidiacono Zeguediensi pro venerabili in Christo patre domino Ladislao episcopo Quinqueecclesiensi nomine procuratorio ab una parte, et comite Georgio procuratore religiosarum dominarum sanctimonialium de Insula Leporum ab altera .. constitutis propositum extitit per eosdem, quod causa quam idem dominus episcopus et domine sanctimoniales .. secundum continenciam literarum iudicis curie domini regis in octavis festi beati Michaelis archangeli.. super ereccione metarum inter possessionem episcopalem Mohach vocatam .. ac possessionem predictorum dominarum Chele dictam .. necnon super damnis et iniuriis .. habere dinoscuntur, de voluntate parcium taliter extitisset prorogata.. ut dum .. dominus episcopus de curia domini regis ad suam diocesim redierit et eo Quinqueecclesiis apud domum suam existente per fratrem Leustachium priorem fratrum predicatorum ecclesie beate virginis de dicta Insula Leporum sub testimonio conventus Waradiensis requisitus fuerit, a die requisicionis ipsius ad octo dies idem dominus episcopus ad faciem predictarum possessionum personaliter accedere vel suum procuratorem mittere debebit pro ereccione metarum.. et aliis factis .. in litteris predicti iudicis curie continentibus .. si qui vero parcium ad terminum .. prefixum accedere vel mittere procuratorem aut ea que in predictis literis iudicis curie continentur .. facere non curaret, obligacionibus et gravaminibus in ipsis litteris contentis subiacebit .. Datum feria sexta proxima post .. festum beati Michaelis archangeli, anno domini M° CCC° XXX° secundo.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt Mon. Poson. 61. 3. dipl. ltár : 2749. Közli : Tagányi K.

533.

1332. Nagy-Várad, oct. 6. I. Károly király Semjéni Lászlót utasítja, hogy a Szatmár városába átköltözött semjéni jobbágyok dolgában ne bíráskodjék.

Karolus .. rex .. magistro Ladislao filio Michaelis de Semyen .. dicit nobis comes Demetrius iudex civitatis de Zothmar, quod Johannes dictus Lengel de eadem Semyen quendam hospitem dicte civitatis nomine Bene item Nicolaum et Stephanum filios suos qui iusticia et regni consvetudine observata obtenta licencia a te et de villa tua predicta iamdudum transtulissent impediendo molestaret; unde cum dicta civitas nostra de Zothmar more aliarum civitatum nostrarum huiusmodi libertate inter aliarum libertatum prerogativas frui et premuniri dicatur, ut hospites dicte civitatis quoslibet non alii aliqui preterquam iudex ipsius civitatis contra quoslibet et cuiusvis status homines iudicare possint .. mandamus quatenus ipsam causam quam dictus Johannes contra prefatum Bene et filios suos movere habet nullatenus iudicare presummas sed si qui contra ipsos Bene et filios suos quidquid accionis movere intenderent visis libertatibus dicte civitatis ad presenciam iudicis dicte civitatis transmittendo in presencia dicti iudicis exequentur, aliud nullatenus facturus. Datum in Waradino, in octavis beati Michaelis archangeli, anno domini M° CCC° XXX° secundo.

Zárlatán a nagy felségi pecsét maradványaival; eredetije a N. Muzeumban, a Kállay cs. lban.

534.

1332. Nagy-Várad, oct. 6. I. Károly király a beszterczei polgárokat Ependorf birtok használatától letiltja.

Karolus .. rex .. universis villicis seu iudicibus iuratis et hospitibus seu populis de Bezterce et ad eandem pertinenti-

bus ac specialiter de villa Jad .. dicit nobis magister Johannes dictus Hennel filius Johannis filii Geubul, quod vos contra quamplurimas inhibiciones suas mediantibus literis nostris factas ususfructus et utilitates cuiusdam possessionis sue Epen' dorph vocate ac ad eandem pertinencium.. percepissetis, super quo fidelitati vestre .. mandamus .. quatenus ab usu .. dicte possessionis Ependorf .. eidem Johanni pro fidelitatibus suis . date contra ipsius voluntatem vos omnino continere et prohibere debeatis et si quas iniurias vel damna in dicta percepcione utilitatum dicte possessionis eidem Johanni intulissetis ipsi refundere damna eadem et satisfaccionem exhibere et impendere debeatis, et aliud sicut nostram regiam indignacionem incurrere formidatis non facturi, caventes ne super facto eodem contra vos per ipsum de cetero porrigatur querimonia aliqualis. Datum in Waradino, in octavis beati Michaelis archangeli, anno domini M° CCC° XXX° secundo.

Hátlapján pecsét töredékeivel, a pecsét alatt e szavak olvashatók: relacio woyuode Thome; eredetije Bethlenben, a gr. Bethlen cs ltárában. Közli: Szabó Károly.

535.

1332. Pozsony, nov. 1. Pozsony vármegye alispánja és birótársai I. Károly királynak jelentik, hogy Petend helység dolgában a vizsgálatot teljesítették.

.. Karolo .. regi magister Foco vicecomes comitis Posoniensis et quatuor iudices nobilium de eodem . . litteras vestre celsitudinis recepimus in hunc modum: Nos Karolus . . rex .. comiti vicecomiti et iudicibus nobilium nec non universis nobilibus in comitatu Posoniensi constitutis .. cum nos ex tenore privilegii Stephani regis in conspecto nostre maiestatis in iudicio exibiti eo quod metas seu terminos possessionis Petend nominate in comitatu predicto existentis ipsum privilegium non continebat in causa super facto eiusdem possessionis inter religiosas dominas sanctimoniales de Insula Leporum ex una parte, et nobiles qui se eciam de possessione Peten

nominant ab altera vertitur, coram nobis plenam iusticiam facere nequeamus nisi fidelitatem universitatis vestre .. requiramus .. universitati vestre damus in mandatis, quatenus ab universis nobilibus dicti comitatus requiratis .. veritatem que foret illa possessio Petend nominata quondam Zulgageoryensis quam reges serenissimi Bela et Stephanus nostri predecessores memoratis sanctimonialibus dominabus .. donaverunt et scita earum plena veritate omnium vicinorum et commetaneorum eiusdem possessionis Petend undique adiacencium nomina inserendo .. nobis seriem tocius facti ad vigesimum secundum diem festi Omnium Sanctorum rescribentes fideliter nobis transmittatis .. Datum in Vissegrad, in festo beati Luce ewangeliste, anno domini M⁰ CCC⁰ XXX⁰ secundo. Nos igitur .. super premissa talem rescivimus veritatem, quod primo a villa Padand et a villanis seu hominibus de Zaza et villa Varkon ac a villa Mod commetaneis ipsorum possessionum Peten et insuper a nobilibus et innobilibus eiusdem provincie diligenter investigando .. (prout tenemur) talem rescivimus veritatem, quod illa possessio Peten in nullo prefatis monialibus attineret sed commetanea possessionis Petend esset, quod Petend inter Peten et Padan iacet, insuper a prescriptis commetaneis eciam rescivimus quod illa possessio Petend foret Zulgageoriensis esset et ipsis nobilibus possessionis Peten in nullo attineret. Datum Posonii, in die Omnium Sanctorum, anno domini M⁰ CCC⁰ XXX⁰ secundo.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. Mon. Pos. 22. 7. dipl. ltár: 2755. I. Károly király föntebbi rendelete megvan ugyanott: dipl. ltár: 2751. A király a győri káptalant is kiküldötte hogy a föntebbi ügyben a Győr és Komárom vármegyék részéről Donch mester ezen vármegyék főispánja által tartandó közgyülésen vizsgálatot teljesítsen; a káptalan jelentésének eredetije ugyanott feltalálható, Mon. Pos. 22. 8. dipl. ltár: 2754. Közli: Kovács N.

536.

1332. nov. 2. I. Károly király Perveyn Miklós kérésére Loktelek nevü birtokra vonatkozó, 1325. dec. 23-án kelt s fönteb 211. sz. alatt említett adománylèvelét átírja és megerősíti.

Karolus . . rex . . ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod cum nos anno domini M° CCC° XXX° ad visitandam terram nostram transalpinam cum quadam particulari gente nostra accessissemus et eam pacifice perambulassemus in exituque nostro abinde Basaras (így) infidelis noster transalpinus preconcepta infidelitatis nequicia sub ficte pacis astucia in quodam loco nemoroso et silvoso indaginumque densitate firmato quandam particulam gentis nostre hostiliter invasisset in cuius invasionis hostilis insultu magister Endree Albensis ecclesie prepositus aule nostre vicecancellarius bone memorie suam vitam nostrumque sigillum perdidisset, nos tandem aliud sigillum novum pro nobis fecimus reparari, quo facto comes Nicolaus filius Vrbanus de Perueyn ad nostram accedens presenciam exhibuit nobis quoddam privilegium super facto introduccionis possessionis Loktelek vocate in comitatu de Zaboch existente (így) sub ipso sigillo nostro amisso sibi confectum tenoris infrascripti, petens nos ut ipsum privilegium cum dicto sigillo nostro novo eidem.. dignaremur.. confirmare, cuius tenor talis est: Karolus.. stb. (l. föntebb 211. sz. a.) Nos itaque inspecta veritate prescripti privilegii nostri . . idem . . presentibus insertum . . sub appensione dicti *sigilli nostri novi tercii* .. confirmamus. Datum per manus discreti viri magistri Thatamerii Albensis ecclesie prepositi aule nostre vicecancellarii dilecti et fidelis nostri, anno domini M° CCC° XXX° secundo, quarto nonas Novembris, anno autem regni nostri similiter XXX° secundo. Venerabilibus in Christo patribus et dominis Chanadino Strigoniensi et fratre Ladislao Colocensi aule nostre cancellario archiepiscopis, item Benedicto Chanadiensi, Nicolao Jauriensi, Georgio Syrimiensi, Ladislao Quinqueeclesie, fratre Petro Boznensi, Henrico Wesprimiensi aule domine regine cancellario, Andrea Transsil-

vano, Ladislao Zagrabiensi, Meskone Nitriensi, Andrea Varadiensi, Rodolpho Waciensi et Nicolao Agriensi ecclesiarum episcopis, magnificis baronibus Johanne palatino et iudice cumanorum, Demetrio magistro tavarnicorum nostrorum, Thoma woyvoda Transsilvano, Mykch bano tocius Sclavonie, Paulo iudice curie nostre, Johanne bano de Machow, Stephano agasonum et Dionisio dapiferorum nostrorum magistris, Nicolao comite Posoniensi et aliis quampluribus regni nostri comitatus tenentibus et honores.

Vörös-zöld selyem zsinóron függött pecsétje elveszett; eredetije megvan az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 1535. 11. dipl. ltár: 2331 Közli: Nagy Gyula.

537.

1332. nov. 30. Zemplén vármegye alispánja és birótársai Michk bán helmeczi jobbágyait Bolyi László elleni ügyökkel Druget János nádor elé utasítják.

Nos magister God vice Johannis palatini comes de Zemlen et quatuor iudices *servientum* de eodem damus pro memoria, quod cum secundum continenciam priorum literarum nostrarum memorialium feria secunda proxima post festum beate Katarine virginis populi de Helmech iobagiones Mich bani contra Ladizlaum filium Nicolai de Boli in forma pacis coram nobis comparere debebant, ipso termino adveniente partes comparuerunt et populi vero predicti exhibuerunt literas domini Johannis palatini in hunc tenorem, quod causam predictam non iudicaremus et ad ipsius presenciam prorogaremus; nos vero perlectis et intellectis literis domini Johannis palatini inter partes predictas causam non iudicamus sed absque gravamine iudicis prorogamus ad octavas Epifanie domini proxime venturas ad presenciam domini Johannis palatini personalem ad peremtoriam responsoriam (így) faciendam. Datum termino prenotato, anno domini M^{o} CCC^{o} XXX° secundo.

Zárlatán hat pecsét töredékeivel; eredetije a N. Muzeumban.

538.

1332. Visegrád, dec. 9. Pál országbíró Senyői Péternek Csengeri János elleni hatalomperében ez utóbbinak a váradi convent előtt huszonötöd magával leteendő esküre határnapot tűz ki.

Nos comes Paulus iudex curie . . damus pro memoria quod Petrus filius Michaelis pro Johanne filio Petri de Senee.. in vicesimo secundo die festi beati Martini confessoris ad nostram accedens presenciam contra Johannem filium Petri de Chenkeer in figura nostri iudicii proposuit eo modo, quod idem Johannes filius Petri de Chenkeer fructus et utilitates dicte possessionis prefati Johannis filii Petri Senee vocate a quatuor annis incipiens contra legitimam prohibicionem eiusdem Johannis de Senee potencialiter percipi et arbores eiusdem quamplures decidi fecisset, in quibus omnibus damnum triginta duarum marcarum eidem Johanni de Senee intulisset, quo audito Paulus filius Demetrii pro eodem Johanne filio Petri de Chenkeer.. eundem innocentem fore et immunem allegavit in premissis, unde licet pretactus Petrus filius Mychaelis procurator dicti Johannis filii Petri de Senee premissam assercionem suam demonstracione literarum . . conventus monasterii sancti Stephani inquisicionalium et magistrorum Peteu quondam iudicis ac Michaelis Sirmiensis olim vicecomitis Zothmariensis ac quatuor iudicum nobilium de eodem prohibicionalium declaraverit, tamen quia humano testimonio comprobare non assumsit pro eo unacum baronibus et nobilibus regni nobiscum in iudicio consedentibus decrevimus iudicando, quod prenominatus Johannes filius Petri de Chenkeer vigesimo quinto se nobilibus in octavis Strennarum nunc venturis in dicto conventu sancti Stephani in eo ut ipse in premissis acquisicionibus ipsius Johannis filii Petri de Senee innocens sit et immunis sacramentum prestare teneatur . . Datum in Vysegrad, octavo die termini prenotati, anno domini M° CCC° XXX° secundo.

Zárlatán pecsét helyével; eredetije az erdélyi Muzeum kézirattárában, Jos. Com. Kemény Dipl. Autogr. Tom. I. Közli: Szabó Károly.

539.

1332. dec. 17. A vasvári káptalan bizonyítja, hogy a szökeföldi udvarnokok birtokában a király által kiküldött bírák Szöke Pétert megerösítették.

Nos capitulum ecclesie sancti Michaelis archangeli de Castroferreo notum facimus .. quod Johannes dictus Elus homo domini Karoli .. regis Nicolaus frater Pese de Pese homo magistri Stephani comitis Ferrei Castri et magister Paulus canonicus et decanus ecclesie Jauriensis per venerabile capitulum ecclesie Jauriensis predicte pro testimonio deputatus coram nobis .. retulerunt, quod cum ipsi mediantibus literis domini regis et regine ex precepto et mandato eorundem ad requirendas et recapiendas udvornicas terras que eorundem fuissent transmissi et constituti et cum per aliquorum relacionem inducti ad quandam terram possessionariam particulam videlicet molendinum et terram ad idem spectantem inter terram Zumbathel et Kyszeuleus adiacentem recapiendam accessissent, Petrus dictus Zeuke filius Nicolai filii Jacobi villici de Sabaria super eadem possessionaria porcione instrumenta seu literas suas exhibuisset efficaces quarum tenore conspexissent eandem possesionariam porcionem et molendinum emcionis titulo a Tymadeu filio Tyma proximisque suis ipsi Petro dicto Zeuke de iure pertinere .. quare eidem Petro successoribusque suis libere et pacifice eodem iure quo usque modo per eundem et suos predecessores possessa extitit perpetuo permiserunt .. possidere .. nihilominus Petrus filius Kupe de Zeuleus pro se et pro Johanne filio Martini proximo suo dicto de Wep personaliter comparendo ipsi Petro dicto Zeuke suisque successoribus eandem possessionem possidendi perpetuo consensum pariter et assensum (így). Datum feria quinta proxima post octavas sancti Nicolai confessoris, anno domini M° CCC° tricesimo secundo, magistro Andrea preposito, Michaele cantore, Dominico custode, Gregorio decano ecclesie nostre existentibus.

Függö pecsét nyomaival; eredetije a N. Muzeumban, a Békássy cs. ltárban.

540.

1332. dec. 21. János Doboka vármegye ispánja és két szolgabírája bizonyítják, hogy János Miklós fia Mikod unokája heted magával a neki ítélt esküt letette.

Nos comes Johannes comes de Dubuka et Petrus de Baduck ac Johannes de Bungarth iudices nobilium provincie eiusdem damus pro memoria, quod secundum continenciam priorum literarum nostrarum et in die datarum presencium. Johannes filius Nicolai filii Mycud contra quendam iuvenem nomine Nicolaum cum sex personis sibi similibus super recepcione viginti quinque marcarum bonorum rerum in equis et in armis ac in denariis ut debuisset prestare sacramentum die et loco sacramenti idem magister Johannes filius Nicolai cum tantis personis prout causa fuit iudicata est iustificatus seu emendatus de premissis contra Nicolaum antedictum. Datum in festo sancti Thome apostoli, anno domini M° CCC° XXX° secundo.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije az erd. Muzeum kézirattárában. (Pápay Lajosné sz. Tarsoly Eszter adományából.) Közli: Szabó Károly.

541.

1332. dec. 23. Az esztergomi káptalan I. Károly királynak jelenti, hogy az iránt, vajjon a Csalóközben Pethen és Pethend nevü két külön birtok létezett-e?, a vizsgálatot teljesítette.

Karolo . . regi . . capitulum Strigoniensis ecclesie . . litteras vestre serenitatis recepimus . . in hec verba: Karolus . . rex . . capitulo ecclesie Strigoniensis . . cum super causa que inter sanctimoniales dominas de Insula Lepo rum ab una, et quosdam homines . . qui asserunt se esse nobiles de Pethen parte ab altera super possessione Pethend nominata exorta in comitatu Posoniensi existenti vertitur coram

nobis, eo quod totam ipsam possessionem ipse sanctimoniales domine uno et eodem nomine scilicet Pethend nominatam, pars autem adversa aliam possessionem Pethen et aliam Pethend inter se divisam et separatam affirmat ac super hoc nobis plena veritas hactenus non potuit constare utrum due diverse sint possessiones ipsis diversis nominibus Pethen et Pethend nominate vel uno et eodem nomine Pethend que antiquitus hominum erat Zolgagewriensium nec ne, inter partes iusticiam facere nequeamus pretextu contencionis predicte, fidelitati vestre . . mandamus quatenus duos ex vobis . . unacum Egidio et Michaele de Chala famulis . . magistri Tathamerii Albensis ecclesie prepositi aule nostre vicecancellarii hominibus nostris ad predictum comitatum Posoniensem . . pro testimonio transmittere debeatis qui homines nostri . . sub testimonio . . dictorum hominum virorum ab omnibus hominibus . . sciant . . veritatem super hoc utrum predicta possessio Pethend una et eadem sit cum illa quam pars adversa alio nomine scilicet Pethen nominat vel diverse sint et due et ipsis diversis nominibus vocitate, demum scita super hoc plena veritate . . terram ipsam seu possessionem super qua contencio oritur regali prius mensura mensurando estiment . . Datum in Visegrad, feria sexta proxima post festum Concepcionis virginis gloriose, anno domini M° CCC° XXX° secundo. Nos igitur . . cum predictis Egidio et Michaele de Chala vestris hominibus . . magistros Nicolaum archidiaconum Huntensem et Ladizlaum nostros concanonicos . . duximus destinandos, qui . . reversi quarta et quinta feria proxime preteritis hanc de premissa inquisicione rescivisse veritatem nobis . . retulerunt, quod quidam nobiles de duabus villis Abanya vocatis ac castrenses de sancto Michaele dixissent Pethen et Pethend fore duas possessiones, sed quatuor nobiles viri de villa Sceredahel retulissent Pethen et Pethend audivisse et scivisse duas esse possessiones et diversas, tunc cum homines de Pethen quandam terre particulam eiusdem possessionis Pethen vicinam dominabus sanctimonialibus de Insula Leporum reddiderunt, item Iwan sacerdos de Sceredahel homo mature etatis sicut dixerunt et bone opinionis dixisset mediante sua consciencia nunquam audivisse aliquam terram Petend vocatam sed solam Pethen, item dixisset idem se in statu sacerdotali a

quadraginta annis in provincia de Cholloukuz usque nunc commorari et tamen Pethend non audivisset, item nobiles de Teyed et de tercia Abanya item nobiles de Ethe dixissent solam esse Pethen, item quidam nobilis nomine Lorandus de Karcha et alii communes homines ac forenses provincie memorate dixissent solam Pethen et quicunque dicerent aliud dicerent falsum, item quidam homo antiquus iobagio domini et prelati nostri archiepiscopi Strigoniensis dixisset se a tempore regis Stephani non recordari nec audivisse vel scivisse nisi solam Pethen, item quidam nobiles de Fulmod et quidam iobagiones comitis Sebes propter metum comitis Posoniensis ut dixerunt de nocte ad eos venientes dixissent se nescire aliquam terram Pethend vocatam sed solam Pethen, item iidem homines vestri et nostri nobis retulerunt quod predicta terra Pethen presentibus utrisque partibus vicinisque suis et commetaneis mensurata regali cum mensura absque pratis et pascuis animalium centum et sexaginta tria iugera se contineret. Datum feria quarta proxima ante festum Nativitatis Christi, anno eiusdem prenotato.

Papíron, hátlapján a pecsét csekély töredékeivel; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. Mon. Poson. 67. 6. dipl. ltár: 2760. Ugyanott megvan a pozsonyi káptalannak 1332. nov. 27-én kelt oklevele, mely szerint »Johannes dictus Dyak Michael filius Laurencii nobiles de Padan, Blasius filius Stephani, Simon filius Johannis nobiles de Mod, Johannes filius Polda de Polda Ety, Nicolaus filius Benedicti de Chenkez Ety, Johannes dictus Lenkuz filius Mark nobilis de Nyek« azt bizonyították »quod ipsa possessio Pethen vocata ipsorum nobilium de Pethen esset hereditaria sed possessio alia Pethend vocata inter hanc Pethen et Padan ipsa possessio Pethend intermedia esset ita quod unus lacus ab aliis duabus Pethen et Padan separaret.« Mon. Pos. 67. 7. dipl. ltár: 2759. Közli: Kovács N.

542.

1332. A budai káptalan előtt a kökényesi prépost és conventje Békás-Megyeren egy birtokrészt és szőlőt Domokos fiára Jánosra bizonyos viszonszolgálat mellett átruháznak.

Capitulum ecclesie Budensis ad universorum . . noticiam . . volumus pervenire, quod religiosus vir frater Briscius prepositus ecclesie de Kukenus pro se personaliter et pro conventu ac patronis eiusdem ecclesie de Kukenus videlicet pro Petro filio Mykud quondam Bani item Johanne et Ladizlao filiis Nicolai filii eiusdem Mykud . . confessus extitit . . quod quia Johannes filius Dominici hospes de Bekasmeger ipsi monasterio servicia sua quamplurima . . exhibuisset . . et insuper pro quibusdam necessitatibus eiusdem monasterii de Kukenus tres marcas ad racionem marcarum Budensium dedisset, pro eo in recompensacionem predictorum serviciorum suorum et ipsarum trium marcarum ad subvencionem ipsius monasterii solutarum et expensarum quandam particulam terre eiusdem monasterii de Kukenus in predicta possessione Bekasmeger in territorio Wyzamal vocato habitam in vicinitatibus Petri filii Legus Jacobi sponsi dicti Zevles et Benedicti iobagionis nostri ac circa vineam eiusdem monasterii de Kukenus existentem ad plantandum vineam pro tribus marcis cerarum ad modum pergreth singulis annis in festo Purificacionis beate virginis ipsi monasterio de Kukenus pro luminaribus exsolvendarum retulit dedisse . . predicto Johanni filio Dominici iure perpetuo possidendam ex consensu et permissione patronorum eiusdem monasterii de Kukenus, tali modo, quod si predictus Johannes filius Dominici ipsas tres marcas cerarum a die percepcionis fructus illius terre in dicto festo Purificacionis beate virginis dare et solvere non curaret extunc cum duplo solvere teneretur, hoc eciam adiecto quod sepefatus Johannes filius Dominici ipsam particulam terre et vineam in eo plantatam in vita vel in morte cuicunque posset vel vellet sub eodem censu trium marcarum cerarum vendere possit vel legare, qui similiter penam dupli incurrerent si ipsam summam cerarum trium

marcarum in aliquo anno solvere non curarent . . Datum per manus discreti viri magistri Ladizlai lectoris ecclesie nostre, anno domini M° CCC° XXX° secundo, magistro Demetrio cantore, Jacobo custode, magistro Posonio, Petro quondam decano, Petro Syculo, Dominico, Johanne presbiteris, Johanne et altero Johanne ac Jacobo magistris, ceterisque canonicis existentibus.

A zsacskóba varrott pecsét zöld selyem zsinóron függ, fölül cyrographum rajta ; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. Monial. V. Bud. 14. 1. dipl. ltár : 2761. Közli : Kovács N.

543.

1332. A budai káptalan előtt Katus budai polgárnő és fia, O-budai Vidus fiainak Dióskúthoz közel egy birtokrészt elörökitenek

Capitulum ecclesie Budensis . . ad universorum . . noticiam . . volumus pervenire, quod domina Katus relicta Nicolai filii Michaelis mercatoris civis de castro Budensi unacum Nikus filio suo ab una parte, item Nicolaus Gregorius Paulus et Michael filii Vydus de Veteri Buda ex altera coram nobis personaliter constituti, iidem domina Katus et Nikus filius suus quandam terre sue arabilis particulam in territorio Veteris Bude prope Dyoskut circa magnam viam existentem cum eadem via a parte meridionali directe ex parte loci *antiqui castri Kurchan* vocati incipiendo a parte inferiori videlicet a parte vinearum circuendo usque aciem lapidei orti circumdatam, cui quidem terre particule a parte orientali in medietate terre Emirici filii Jacobi et Galus ac Johannis filii Chepani coniunguntur a parte vero occidentali et septemtrionali ultra dictam magnam viam a parte vinearum terra Cheneus vicinari dinoscitur, per comitem Hunth dictum Gusunger patrem dicte domine Katus tempore nupciarum eidem Katus donatam et traditam viginti sex iugera continentem ex permissione et voluntate omnium proximorum suorum nemineque alio coram nobis contradictore apparente predictis filiis Vydus, Nicolao Gregorio Paulo et Michaeli, pro triginta duabus marcis argenti

mercimonialis .. retulerunt vendidisse .. iure perpetuo .. possidendam . '. assumentes .. eosdem filios Vydus .. ab omnibus pretextu dicte terre particule .. vendite .. in futurum molestare volentibus expedire .. Datum per manus discreti viri magistri Ladislai lectoris, anno domini M° CCC° XXX° secundo, magistro Petro cantore, Jacobo custode, magistro Posonio, Petro quondam decano, Petro Siculo, Dominico presbiteris, Johanne et altero Johanne ac Jacobo magistris, ceterisque canonicis existentibus.

A pecsét sárga-vörös selyemsodraton függ, fölül cirographum rajta; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. Monial. V. Budens. 18. 1. dipl. tár: 2762. Közli: Kovács N.

NÉV- ÉS TÁRGYMUTATÓ.

alisp. = alispán.
b. = birtok.
cnt. = convent.
cs. = család.
f. = falu.
főesp. = főesperes.
főisp. = főispán.
fly. = folyó.
hn. = helynév.
kápt. = káptalan.
kly. = király.
mv. = mezőváros.
nemz. = nemzetség.
o. sz. cs. = onnét származó család.
p. = puszta.
prép. = prépost.
püsp. = püspök.
szgb. = szolgabirák.
tn. = tulajdonnév.
vr. = vár.
vm. = vármegye.

Lényegesebb sajtóhibák.

11. lap. »Szamosujvári« helyett olvasd »Somogyvári«.
27. l. utolsóelőtti sorban »Kumanházy« helyett olvasd »Kamánházy«.
30. l. 23-ik sorban »capituls« helyett olvasd »capituli«.
53. l. 4-ik sorban »Károly király Egyed fiának I. Ivánnak« helyett olv. »I. Károly király Egyed fiának Ivánnak«.
58. l. 15-ik sorban »Vug« helyett olv. »Vng«.
317. l. 6-ik sorban »suis« helyett olv. »sui«.
323. l. lent a jegyzetben »Hornathy« helyett olv. »Horuathy«.
405. l. a 8-ik sorban »genera« helyett olv. »genere«.
484. l. 4-ik sor »Datam« h. olv. »Datum«.
487. l. 15-ik sor »omnibu« helyett olv. »omnibus«.
487. l. 16-ik sor »ciat« helyett olv. »scias.«
487. l. 16-ik sor »vosbis« helyett olv. »vobis«.
487. l. 14-ik sor »Zosbouch« helyett olv. »Zobouch«.
Az 578-ik lapon a 491. folyószám kimaradt.

MAGYAR TÖRTÉNELMI EMLÉKEK. (Monumenta Hungariae Historica). *I. osztály. Okmánytárak:* (Diplomataria). I—XXV. kötet. 1857—1879. 8-rét. Ára az eddig megjelent 25 kötetnek együtt megrendelve 45 frt. Tartalom:

Magyar történelmi okmánytár, a brüsszeli országos levéltárból és a burgundi könyvtárból. (1441—1652. Összeszedte s lemásolta Hatvani (Horváth) Mihály. I—IV. kötet. (Monum. Diplom. 1—4. köt.) 1857—59. $80^{4}/_{8}$ ív 5 frt.

Magyar történelmi okmánytár, londoni könyv- és levéltárakból 1521—1717. Összeszedte és lemásolta Simonyi Ernő. Egy kötetben. (Monum. Diplom. 5. köt.) 1859. 318 lap. 2 frt.

Árpádkori uj okmánytár. (Codex Diplom. Arpadianus cont.) Fejér Gy. Codex Diplomaticusának folytatása. Közzéteszi Wenzel Gusztáv. I—XII. kötet. (Monum. Diplom. 6—13. 17. 18. 20. 22. kötet.) 1860—1874. 392 ív 28 frt.

Alvinczi Péter okmánytára. (Diplom. Alvinczianum.) Erdélyi visszacsatolása felett a magyar királylyal és meghizottjával folytatott alkudozások történetéhez 1685—1688. Közzétette Szilágyi Sándor. 2 kötetben. (Monum. Diplom. 14. 15. köt.) 1870. I. VI és 421 lap. II. 338 és LVIII lap. 4 frt.

III. Pál pápa és Farnese Sándor bibornok Magyarországra vonatkozó diplomacziai levelezései. 1538—1549. Közli Óváry Lipót. (Monum. Dipl. 16. köt.) 1879. XXXVI. és 214 lap. Ára 2 frt.

Pázmány Péter levelezése. (Cod. Epistol. Petri Pázmány Card). Közzé teszi Frankl Vilmos I. kötet. 1605—1625. (Monum. Diplom. 19. köt.) 1873. XXV és 461 lap 3 frt.

Okmánytár I. Rákóczi György svéd és franczia szövetkezéseinek történetéhez. 1632—1648. Szerkesztė és jegyzetekkel ellátta Szilágyi Sándor. Egy kötet. (Monum. Diplom. 21. kötet.) 1873. IX. és 491 lap. 2 frt.

Okmánytár II. Rákóczi György diplomatiai összeköttetéseihez. (1648—1660. Szerkesztė Szilágyi Sándor. Egy kötet. (Monum. Diplom. 23. kötet.) 1874. VII és 740 lap. 3 frt.

A két Rákóczi György fejedelem családi levelezése 1632—1660. Szerkesztė Szilágyi Sándor. Egy kötet, két fényvéseti hasonmással. (Monum. Diplom 24. kötet.) 1875. XII és 644 lap. 4 frt.

Oláh Miklós levelezése. Közli Ipolyi Arnold. Egy kötet. (Monum. Diplom. 25 kötet.) 1876. XV és 639 lap. 3 frt.

MAGYAR TÖRTÉNELMI EMLÉKEK. (Monumenta Hungariae Historica.) *II. osztály. Irók.* (Sciptores) I—XXIII. 1. 2. fele. XXIV—XXIX. és XXXII. kötet. Egy a VIII. kötethez tartozó pótfüzettel. 1857—1877. 8-rét. Ára az eddig megjelent 30 kötetnek együtt megrendelve 54 frt. Tartalom:

Szerémi György, II. Lajos és János királyok házi káplánja emlékirata Magyarország romlásáról. 1484—1543. Közli Wenzel Gusztáv. Egy kötet. (Monum. Script. 1. köt.) 1857. XXXIV. és 410 lap. 2 frt.

Verancsics Antal, m. k. Helytartó. Esztergomi Érsek összes munkái. Közli Szalay László (1—7) és Wenzel Gusztáv (8—12) 12 kötet. Név és tárgymutatóval. (Monum. Script. 2—6. 9. 10. 19. 20. 25. 26. 32. kötet.) 1857. 294 ív 26 frt.

Gr. Illésházy István nádor följegyzései 1592—1603, és Hidvégi Mikó Ferencz historiája 1594—1613. Biró Sámuel folytatásával. Közli Kazinczy Gábor. Egy kötet. (Monum. Script. 7. kötet.) 1863. IX és 231 lap. 2 frt.

Rozsnyay Dávid, az utolsó török deák, történeti maradványai. Összeszedte s jegyzetekkel és oklevéltárral kisérve kiadta Szilágyi Sándor. Egy kötetben s egy pótfüzettel. (Monum. Script. 8 kötet.) 1867. 544 lap. 2 frt.

Altorjai B. Apor Péter munkái. Közli Kazinczy Gábor. Egy kötetben. (Monum. Script. 11. kötet.) 1863. X és 434 lap. 2 frt.

Brutus János Mihály, m. kir. történetiró magyar historiája. 1490—1562. A m. k. egyetemi könyvtár eredeti kéziratából a szerző életével közli Toldy Ferencz. I. II. III. kötet. (Monum. Script. 12. 13, 14. kötet.) 1863—1867. I. CIX és 461 lap. II. IX és 495 lap. III. VIII és 474 lap. Ára 7 frt.

Ghymesi Forgách Ferencz, nagyváradi püspök, magyar históriája 1540—1572. Forgách Simon és Istvánffi Miklós jegyzéseikkel együtt. A hercz. Eszterházy-féle kéziratból közli Majer Fidél. Bevezette Toldy Ferencz. Egy kötet. (Monum. Script. 16. kötet.) 1866. LXXXVIII és 538 lap. 5 frt.

Baronyai Decsi János magyar históriája 1592—1598. A szerző codexéből közli Toldy Ferencz. Egy kötet. (Monum. Script. 17. kötet.) 1866. LXXX és 328 lap. 3 frt.

Késmárki Tököly Imre naplója 1676—1678 évekről. Közli Torma Károly. Egy kötet. (Monum. Script. 18. kötet.) 1866. XII és 199 lap. 1 frt 20 kr.

Késmárki Tököly Imre naplója 1693—1694. évekből. Az eredeti kéziratból közli Nagy Iván. Egy kötet. (Monum. Script. 19. kötet.) 1868. VIII és 701 lap. 5 frt.

Késmárki Tököly Imre naplói, leveleskönyvei és egyéb emlékezetes iratai. Két kötetben. Közli Thaly Kálmán. I. kötet 2 részben: K. Tököly I. és némely főbb híveinek (Dobai Zs., Sándor G., Daj M., Almády J.-nak) naplói és emlékezetes iratai. 1686—1705. II. kötet: Levelés könyvei és egyéb emlékezetes iratai. (Monum. Script. 23. kötet két részben, 24. kötet.) 1868—1873. I. XXXII és 788 lap. II. XVI és 701 lap. 7 frt.

Kritobulosz: II. Mohamed élete. A magyar tudományos Akadémia történeti bizottsága által kiadott görög szöveget ugyanennek megbízásából fordította Szabó Károly. Egy kötet. (Monum. Script. 22. kötet.) 1875. X és 278 lap. 2 frt.

Történelmi naplók. 1663—1719. Közli Thaly Kálmán. Ottlyk György önéletleírása. — Bártfai követek naplója az ónodi gyűlésről. — Gr. Forgách Simon és Pápai János nándor-fejérvári követségének diariuma. — Id. Rozsnyai János [illegible] krónikája. — Bivolinyi István törödék-naplója. — Kitter György [illegible] emlékirata. Egy kötet. (Monum. Script. 27. kötet.) 1875. XXXII és 467 lap. 4 frt.

Szamosközi István fennmaradt történeti munkái. Közli Szilágyi Sándor. Három kötetben. (Monum. Script. 21. 28. 29. kötet. 1877.) 6 frt.

HARMADIK OSZTÁLY: ORSZÁGGYŰLÉSEK.

MAGYAR ORSZÁGGYŰLÉSI EMLÉKEK, történeti bevezetésekkel, (Fraknói Vilmostól) Első kötet: 1526—1536. Budapest, 1874. XXXII és 656 lap. 5 frt. — *Monum. Comitialia. I köt.* — Második kötet: 1537—1545. Budapest, 1875. 656 lap. 5 frt. *Monum. Comitialia, II. kötet.* — Harmadik kötet: 1546—1556. Budapest, 1876. 617 lap. — *Monum. Comitialia III. köt.* Ára 5 frt. — Negyedik kötet. 1557—1563. Budapest, 1877. 670 lap. Ára 5 frt. — Ötödik kötet. 1564—72. 670 és IV lap. Budapest, 1878. Ára 5 frt. — Hatodik kötet. 1573—1581. 649 lap. Budapest, 1879. Ára 5 frt.

ERDÉLYI ORSZÁGGYŰLÉSI EMLÉKEK történeti bevezetésekkel Szilágyi Sándortól. I. kötet. 1540—1556. XVI és 596 l. Ára 3 frt. Második kötet. 1556—1576. 584 l. Budapest 1877. Ára 3 frt. — Harmadik kötet. Budapest, 1878. Ára 3 frt. Negyedik kötet. Budapest 1879. Ára 3 frt.

NEGYEDIK OSZTÁLY: DIPLOMACZIA.

MAGYAR DIPLOMACZIAI EMLÉKEK, az Anjou-korból, szerk. Wenzel Gusztáv. Első kötet: 1268—1341. Budapest, 1874. XXX és 425 lap. 3 frt 15 kr. — Második kötet: 1341—1370. Budapest, 1875. XXX és 887 lap. 3 frt. Harmadik kötet: 1371—1426. Budapest, 1876. XXVIII és 771 l. 4 frt. *Monum. [illegible] II., III. kötet.*

MAGYAR DIPLOMACZIAI EMLÉKEK Mátyás király korából. Szerkesztik: Nagy Iván és b. Nyáry Albert. Első kötet 1458—1466. Budapest, 1875. XXIV és 598 lap. Ára 2 frt. Második kötet 1466—1480. Budapest 1877. 448 l. Ára 2 frt. Harmadik kötet. 1481—1488. Budapest, 1877. 522 l. Ára 2 frt. — Negyedik kötet. 1488—1490. Budapest, 1878. XXVI és 434 lap. Ára 2 frt.

☞ Mind a négy osztályból eddig megjelent 73 kötet együtt megrendelve 240 frt helyett 110 frtért kapható.

KNAUZ NÁNDOR: Kortan, hazai történelmünkhöz alkalmazva. Jutalmazott pályamű. Budapest 1877. 73 ív. 4 frt.

KÁLLAY BÉNI: A szerbek története 1780—1815. Első kötet, Budapest, 1877. [illegible] lap. Ára 3 frt 60 kr.

Budapest, 1880. Az Athenaeum r. társ. könyvnyomdája.